

B I B L I O T H E C A E  
B O D L E I A N A E

C O D I C U M

M A N U S C R I P T O R U M  
O R I E N T A L I U M ,

V I D E L I C E T

HEBRAICORUM, CHALDAICORUM, SYRIACORUM, AETHIOPICORUM,  
ARABICORUM, PERSICORUM, TURCICORUM, COPTICORUMQUE

C A T A L O G U S ,

J U S S U C U R A T O R U M P R E L I A C A D E M I C I

A J O A N N E U R I

C O N F E C T U S .

P A R S P R I M A .

O X O N I I ,

E T Y P O G R A P H E O C L A R E N D O N I A N O .

M D C C L X X V I I .

# PRAEFATIO.

DUAE res erant, quae hunc Catalogum nostris curis et impensis absolvendum quodammodo deposcebant. Primo, Literarum Orientalium Utilitas jam indies magis manifesta, sive ad Asiaticarum Gentium Historiam, Mores, et Protectum in variis Artibus ac Scientiis indagandum, sive ad Divinarum Scripturarum interpretationem feliciter

explicandam adhibeantur. Dein, ipsa Bibliothecae Bodleianae Conditio et Apparatus, quae certe nulla alia re magis se effert, quam Codicum Orientalium copia. Nolumus profecto ex nostra parte aliquid deesse, quod vel Literas Orientales magis promoveret, vel Bibliothecae nostrae Famam et Utilitatem latius propagaret.

Lautam hancce Bibliothecae nostrae suppellectilem praecipue debemus Viro Illustrissimo Gul. Laudo, Archiepiscopo Cantuariensi, qui inter varia quibus distinebatur negotia, eodem quo Bodleius ipse Fundator studio Literarum incrementis prospiciebat. Hunc in finem, Arabicae Linguae, quae hactenus caeteris minus exculta fuerat, Lecturam primus instituit; et Codices quamplurimos ex variis terrae partibus ingentistudio et sumptu immani conquisivit. Publica ejus gesta et Politicam vitam aliorum iudicio permittimus: Hanc illi laudem ne invideant, qui ab eo partium studiis alienissimi sunt: Iniqui enim essemus nisi

lubenter et palam praedicaremus, Virum fuisse erga hanc Academiam et erga bonas Literas animo magno et liberali. Nec vero in irritum cessit Virisummi

Studium et Munificentia. Celebrantur jam inde harum Literarum cultores

Narcissus Marsh, Archiepiscopus Armachanus; Thomas Mareschallus; Edvardus Pocockius; Thomas Hydius; Robertus Huntingtonus, Episcopus Rapotentis; Thomas Gravius; Edvardus Bernardus; *qui omnes in Codicibus comparandis operam posuerunt, mox in Bibliothecae Bodleianae usum cessuris; partim quod ipsi suis studiis perfuncti Codices suos in Bibliotheca Bodleiana tanquam in rei Literariae summa arce reponi voluerunt, partim quod istos propriis sumptibus, Literarum incrementis et eruditissimorum Virorum memoriae rite consulens, CONQUISIVIT ACADEMIA. ALIOS EX ORIENTE TRANSMISIT THOMAS ROE, EQUES AURATUS, REGIS BRITANNICI AD CONSTANTINOPOLIM LEGATUS. ACCESSERUNT ALII EX RECENTIORI Ricardi Rawlinson, LL. D. Jacobi Dawkins, Armigeri, et Thomae Hunt, Ling.*

Heb. Professoris Regii et Aedis Christi Canonici, *munificentia.*

Interea Penu ista in immensum creverat, et prae ipse mole sua minus cognita, et in communem usum minus accommodata evaserat. Etenim dum tantos Thesauros undique comparabant, et tantum Codicum cumulum congerebant Viri docti et munifici, neque ipsis, neque Academiae quae Codices excepit, facile erat Libros singulos recensere, et suum cuique Titulum, Capita, et rerum Elenchos accurate adscribere. Etenim, ut fit, in manus veniebant Libri temporis injuria deformati, hac vel illa parte mutili, vel partium ordine perturbati, diversi vel unius vel diversorum Auctorum Tractatus simul consarcinati, atque etiam Scriptura connexi, ita ut opus fuerit singulos Codices a principio ad finem evolvere, atque etiam magna ex parte perlegere, priusquam cuncta in ordinem redigere, et Catalogum

Catalogum rite compositum conficere possis. His de causis temere et defunctorie, prout tempus patiebatur, Codices in Catalogum redigebant, posteris relinquentes eundem denuo recensere ac rite disponere. Quod cum opus fuit tanti et Laboris et scientiae ad hunc usque diem infectum permansit. Plurimi fane hunc vel illum Codicem explorabant sed desiderabatur omnium de integro Recensio.

Itaque ne diutius Bibliothecae nostrae Famae et Utilitati aliquid deesset, arbitrati fumus ad com?nune rei Literariae Bonum et Decus fore si Catalogum novum, in quo Libri diligenter recensiti, ac certo ordine digesti Lectoribus sub unum veluti conspectum subjicerentur, conficiendum curaremus. Accesserunt Vota plurimorum Laude et scientia conspicuorum Virorum, imprimis Thomae secker, Archiepiscopi Cantuariensis. Istius Consiliis usi fumus de Homine qui Negotium aggredereur. Refugiebant enim plerique qui in his Literis versati erant rem tantae Morae, Taedii, et Laboris. Intelligebat autem Praesul summus ex Literis commendatitiis Josephi Yorke, Equitis Aurati, qui tunc temporis Regis Britannici apud Belgas Foederatos Legatus erat in istis regionibus compertum fuisse qui huic rei ultro se offerebat. Is erat Joannes Uri, Hungariensis, qui jam tum Lugduni Batavorum commorans sub Cl. J. schultens Linguis Orientalibus operam dabat. Virum ita nobis commendatum ultro excepimus et annuo stipendio donavimus donec negotium ad finem perductum fuerit. Is igitur in hac Recensione per multos annos desudavit: singulos Codices qui in Linguis Hebraica, Chaldaica, Aethiopica, syriaca, Arabica, Persica, Turcica conscripti fuerint ad examen revocavit, Argumenta eorundem nonnunquam paucioribus, interdum vero (ubi nempe illud exigere videretur Argumenti Dignitas) diffusioribus verbis exposuit Titulos diligenter inspexit, eosque ut et ipsa Auctorum Nomina, tum Latine, tum ipsis scriptorum Codicumque Linguis, quoad fieri potuit, exhibuit: Inconditam atque indigestam Codicum congeriem non tantum in Linguarum in quibus exarati erant Classes diduxit, sed etiam, habita ubique Voluminum formae ratione, in scientiarum et Disciplinarum Ordines, prout in optimis Catalogis feri consuevit, digessit. Praeterea, an Libri membranacei, bombycini, chartacei sint, quot singuli foliis constant, utrum integri, an parte quadam mutili ad nos pervenerint, qui eorum Domini seu Possessores fuerint, ut et Amanuenses a quibus, Tempus item quo, necnon Locum ubi exscripta vel editi, et num elegans Characterum figura, itemque alia quae circa scriptores notatu digna occurrebant, indicavit. Postremo, Auctorum eorumque Operum Indicem alphabetico ordine digestum, ut quicumque illum adierit, facile inspicere possit, qui Auctores et cujus generis Opera singulis codicibus contineantur, pro singularum Linguarum Libris, exceptis Aethiopica et Coptica, quod his perpauci sint contexti, ad calcem totius operis adjecit.

Fatendum est tamen, quod dolemus, Catalogum adhuc imperfectum esse. Quocumque enim id casu evenit, in Recensione tantorum Codicum non pauci praetermissi sunt. sunt et alii qui nondum in Recensionem redacti sunt. Hi omnes novum opus vel secundam hujus partem complere possunt. sed confecta tanta parte, quae certe et Dignitate et Utilitate longe major est, nolimus diutius Literarum Orientalium Cultores ista fraudare. Hic igitur qui nunc in medium profertur Catalogus primae partis vicem habeat; alteram mox aggressuri sumus. *DABAMUS EX AEDIBUS CLARENDONIANIS, DIE 2<sup>do</sup> FEB. MDCCLXXXVII.*

# CODICES MANUSCRIPTI

HEBRAICI ET CHALDAICI,

UNA CUM ARABICIS

CHARACTERE HEBRAEO EXPRESSIS.

## VETUS TESTAMENTUM

INFOLIO.

### CODEX I.

CODEX *membranaceus*, pulchritudine eximius, foliis 233 constans, quo continentur:

1<sup>o</sup>. QUINQUE megilloth sive volumina, a jacobo bar nathan, in usum R. MOSHE BEN R. SHEMUEL, anno Mundi 5117, CHRISTI 1357, literis quadratis, exquisitissimis bellissimisque exarata, et a JOSEPHO BAR SHABTAI BAR SHELOMO, in ejusdem honorificentissimi Doctoris gratiam, punctis et accentibus insignita: qui, nullo instructi mandato, ab addenda Masora prorsus abstinere. Targum, caractere minutiore punctis affecto expressum, lateri cujusque Libelli accommodatum est; insuper ABEN ESRAE et R. SALOMONIS Commentarii LIBRUM RUTH, CANTICUM CANTICORUM atque ECCLESIASTEN, in margine illustrant.

2<sup>o</sup>. Haphtaroth sive textus PROPHETICI, per sabbata et alia festa, in Synagogis legi soliti. Literae et puncta a praedictis JACOBO<sup>A</sup> et JOSEPHO<sup>B</sup> sunt.  
[Laud. A, 171.]

### II

Codex membranaceus, in principio *manus*, folia, duas in columnas dispertita, 143 complens, atque aetatem undecimi seculi redolens. Ibi exhibetur BIBLIORUM, duobus Voluminibus contentorum, VOLUMEN PRIMUM, quod perficit PENTATEUCHUS, literis Hebraeo-Hispanicus, quadratis, grandiusculis, aequalibus et simplici elegantia conspicuis, exaratus, de quo haec commemoranda in primis veniunt: eum cuncta destitui Masora, Libros vero ejus non picturis, aut vasta quadam elementorum initialium figura, sed quatuor linearum tantum intercapedine, distingui;



CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET  
CHALD.

2

gui; praeterea characteres vetustate nonnullis in locis ita absorptos esse, ut a lectoribus, ne penitus subducerentur oculis, redintegrari vel denuo ascribi debuerint; denique puncta et accentus, ut ex diversitate perspicuum est atramenti, recens accessisse. Initium fit GEN. XXVII, 31. [Laud. A, 172.]

XXIV.

Codex membranaceus, eadem et manu et forma, ac superior, exscriptus, majori tamen custoditus cura, foliis 443 constans. Complectitur **BIBLIORUM**, duobus Voluminibus contentorum, **VOLUMEN SECUNDUM**, ubi in limine conspiciuntur **PROPHETAE PRIORES** sive **LIBRI HISTORICI**, nimirum **JOSUAE**, **JUDICUM**, **SAMUELIS** et **REGUM**; deinde sequuntur **PROPHETAE POSTERIORES** ordinis utriusque, **MAIORES** nempe et **MINORES**; his postremo succedunt **HAGIOGRAPHIA**, quae ita se excipiunt: **PSALMI**, **JOBUS**, **PROVERBIA**, **QUINQUE MEGILLOTH**, **DANIEL**, **ESDRAS**, **NEHEMIAS**, **PARALIPOMENA**. [Laud. A, 162.]

XXV.

Codex membranaceus, amplus atque pene quadrus, characteribus quadratis, grandibus et perelegantibus, tres in columnas descriptus, folia 68 implens, ubi reperitur **TARGUM** five **PARAPHRASIS JONATHANIS CHALDAICA** in **LIBROS JOSUAE**, **JUDICUM**, **RUTH**, **SAMUELIS** et **REGUM**, punctorum vocalium accentuumque expers. Praeponuntur variae in **HAGIOGRAPHIA** lectiones, quibus inter Se **BEN ASHER** et **BEN NAPHTHALI**, occidentales item et orientales, discrepant. [Laud. A, 168.]

XXVI.

Codex membranaceus, augustus, amplus, folia 260 complens, et aetatem quatuor minimum seculorum prae se ferens. Eo continentur

**PENTATEUCHUS**, una cum **TARGUM ONKELOSI**, isque forma *literarum quadrata*, vasta, exacta et perquam nitida, cum punctis, exaratus, ac *Sub triplici columna ita digestus*, ut versus Chaldaici versibus Hebraicis, singuli singulis, immediate subjungantur. Attextitur et Masora, Sed valde contracta et concisa, imo non paucis in locis prorsus omittitur: major, *Supra paginam posita, lineas duas occupat*; infra posita, tres; nonnunquam duas duntaxat; *luculento et aequabili*, ast minuto, *characterem Scripta*; minor *intercolumnia ornat*, et *margines*. *Litterae initiales magnitudine longe reliquas superant*. [Laud. G, 97.]

XXVII.

Codex chartaceus, mole ingens, folia, certas in columnas partita, 306 complectens. Ibi exhibetur **PARS BIBLIORUM** in quatuor linguis, Hebraica, Graeca, Latina et Anglica, videlicet **ESDRAS**, **NEHEMIAS**, **TOBIAS**, **JUDITH**, **ESTHER**, **JOBUS**, **PSALMI**, **PROVERBIA**, Ecclesiastes, canticum canticorum, liber sapientiae ET ecclesiasticus: repositis in margine variantibus Graeci textus lectionibus. [Laud. L, 73.]

XXV.

Codex membranaceus, peramplus, elementis, quae puncta quoque exhibent, quadratis, illisque praegrandibus et ad venustissimam typorum speciem accedentibus, in gratiam illustris familiae cujusdam Judaicae, exaratus, foliis, quadruplici columna distinctis, 97 constans. Ibi continetur **BIBLIORUM**, quatuor Voluminibus comprehensorum, **VOLUMEN PRIMUM**, complectens **GENESIN**, **EXODUM** et duo prima **LEVITICI** capita, cum **PARAPHRASI ONKELOSI**, Hebraico contextui, nullo lineae, nullo *literarum*, discrimine, versibus alternis interposita. Additur simul tergemina Masora, *characterem expressa exiliore*; *praeliminaris*, circa primores Librorum voces, in quadrum redacta, sub rosarum, liliorum et aliorum florum, necnon

non elephantorum, camelorum, aquilarum, cervorum, ciconiarum, leonum sphingumque, habitu repraesentatur; magna, absque ullo anomalo vel orbico ductu, textum in supera ora tribus, in infera quatuor, lineis cingit; parva denique, inter columnas spatia, et margines, occupat. Is codex, qui ex infula Harmuzia, vulgo Ormus dicta, est: advectus, ad seculum quartum decimum videtur referendus. [Arch. Bodl. A, 95.]

## VIII.

Codex membranaceus, peramplus, eadem et manu et forma, qua prior, exaratus, folia, quorum nonnulla in principio inquinata ab aqua sunt, 105 continens. Exhibet Bibliorum, quatuor Voluminibus comprehensorum, volumen secundum, quod complent Leviticus, numeri et Deuteronomium, cum paraphrasi onkelosi, singulis versibus Hebraicis substrata, ubi initium fit Lev. III, I. Volumen tertium foliorum 140, quod complecti debebat libros josuAE, iudicum, samuelis et regum, itemque jeremiam et ezechielem, desideratur. [Arch. Bodl. A, 96.]

## IX.

Codex membranaceus, peramplus, eadem et manu et forma, ac prior, exaratus, foliis, quorum penultimum intercidit, 150 constans, ubi continetur Bibliorum, quatuor Voluminibus comprehensorum, volumen quartum, exhibens isAiAE vaticinium, duodecim PROPHEAS MINORES, QUINQUE MEGILLOTH, PSALMOS, JOBUM, PROVERBIA, D ANIELEM, ESDRAM, NEHEMIAM, et DUOS LIBROS PARALIPOMENORUM, absque Paraphrasi Chaldaica. [Arch. Bodl. A, 97.]

## X.

Codex chartaceus, literis quadratis, grandibus et pinguibus, nec multam redolentibus antiquitatem, exaratus, folia 134 habens. Ibi occurrit liber geneleos, punctis vocalibus instructus, sed versuum distinctionibus, Masorae observationibus,

et ut plurimum accentuum notis, destitutus, cujus inter lineas, intervallo pollicis latitudinem assequente diremtas, interpretatio Latina, ad verbum expressa, conspicitur inserta: characteres pari ubique magnitudine gaudent, et literae begadchephat, ubi Grammaticae exigunt rationes, lineola signantur Raphe. Codex non a Judaeo, verum ab alio aliquo, literas Hebraeas pingendi perito, videtur scriptus. [Arch. Bodl. A, 278.]

## XXXI.

Codex membranaceus, elementis quadratis, grandiusculis et aequalibus, ita exaratus, dilutiori tamen atramento, ut nihil in tota scriptione non egregie concinnatum fit, foliis, duas in columnas divisus, 224 constans. Ibi continetur Bibliorum, duobus Voluminibus comprehensorum, volumen primum, quod complent pentateuchus, et prophetae priores, nimirum josua, iudices, libri samuelis et regum, punctis vocalibus et accentibus insigniti. Masora admota est utraque, litera descripta minima, quam lynceis legere oculis vix possis: major, in superiore foliorum parte, lineas duas; in inferiore, tres occupat; spatium reliquum minor vindicat. Praemittuntur ben asher et ben naphthali dissensiones, indices item nonnulli Masoretici, cum Parasharum tabella. Codex hicce, aetate seculi tertii decimi decurrente, videtur scriptus. [Pocock. 347.]

## XXXII.

Codex membranaceus, eadem et manu et forma, qua prior, exaratus, folia 230 numerans, ubi exhibetur Bibliorum, duobus Voluminibus comprehensorum, volumen secundum, complectens prophetas posteriores, nempe maiores et minores, itemque hagiographa, quae hoc procedunt ordine:

dine : libri chronicorum, psalmi, jobus, proverbia, daniel, esdras, nehemias, ecclesiastes, canticum canticorum, lamentationes jeremiae, ruth, esther. Libri metrici non continua ferie, sed ut carminis prae se serant faciem, pinguntur. [Pocock. 348.]

## XIII

Codex chartaceus, literis Rabbini- cis, grandibus et luculentis, exaratus, foliis 243 constans, quo continetur **PENTATEUCHI HEBRAEO-CHALDAEO-ARABICI**, in duo Volumina tributi, **VOLUMEN PRIMUM**, exhibens **GENESIN** et **EXODUM** tali dispositione, ut singulis versibus Hebraicis singuli versus Onkelofiani sive Chaldaici, et singulis Chaldaicis singuli subnectantur Arabici. Auctor interpretationis Arabicae est **R. SAADIA GAON PHIUMENSIS**, Judaeus usquequaque doctissimus et celeberrimus, qui non Pentateuchum solum, sed et reliquos V. T. Libros, in gratiam popularium suorum, longe lateque per universum imperium Mohammedicum in Afia et Africa dispersorum, Arabice reddidit. Omitti non debet, textus priores punctis affectos esse, ultimum vero iis carere: puncta namque Arabum vocalia characteribus rite exprimi Hebraicis nequeunt. [Pocock. 348.]

## XIV.

Codex chartaceus, eadem et manu et forma, qua praecedens, exscriptus, idque anno **CHRISTI** 1448, folia 285 complens, ubi reperitur **PENTATEUCHI HEBRAEO-CHALDAEO-ARABICI**, in duo Volumina digesti, **VOLUMEN SECUNDUM**, complectens **LEVITICUM**, **NUMEROS** et **DEUTERONOMIUM**, cujus ad calcem sequens a calligrafo annotata est: epigraphe: *Colophon est impositus huic LEGI initio mensis Nisan anni Contractuum millesimi septingentesimi sexagesimi in*

*urbe Hamath ad fluvium rebellem sive Orontem sita, descripsitque servus parvus, pauper, ELIA BAR JESHUA BAR CHALPHON<sup>a</sup>. [PoCock. 396.]*

## XV.

Codex chartaceus, vetustate exesus, blattasque passim et tineas passus, ac ruinosus, foliis 183 constans. Ibi continetur **LIBER PROVERBIORUM**, cum subjuncta singulis versibus Arabica anonymi et interpretatione, et sat limata in verborum phrasiumque potestates commentatione, characteribus Rabbini- cis, grandibus et lectu facilibus, descriptus, qui hoc decoratur titulo: *Studium Sapientiae* <sup>b</sup>. Praemittitur praefatio bene longa, sed initii expers. Ad textum Hebraeum accessere puncta. [Pocock. 70.]

## XXIV.

Codex chartaceus, caractere Rabbini- co, majusculo, puro et nitido, anno Contractuum 1665, **CHRISTI** 1353, Mardini in Mesopotamia exaratus, qui foliis constat 240. Ibi exhibentur **PROPHETAE PRIORES**, videlicet **LIBRI JOSUAE, JUDICUM, SAMUELIS** et **REGUM**, ex lingua Hebraica in Arabicam conversi. Calligrahi nomen est **MORDECHAI BEN R. UZIEL** <sup>c</sup>; possessoris, **R. ABRAHAM BEN R. JESHUA**: auctor autem interpretationis a Clarissimo **POCOCKIO**, in Spec. Hist. Arab. p. 361, vocatur Judaeus anonymus, quem stylus alium a **SAADIA** indicet. Quisquis sit ille, quia verbis contextus non presse adhaesit, paraphraste potius quam interpretis nomine est insigniendus. [Pocock. 349.]

## XXV.

Codex membranaceus, initio mutilus et fine; foliis, tres in columnas tributis,

187 constans. Continet **BIBLIORUM**, duobus *Voluminibus comprehensorum*, volumen primum, quod absolvunt pentateuchus, josua, judices, libri **SAMUELIS**, cum *Fragmentis REGUM et CHRONICORUM*, literis Hebraeo-Germanicis, quadratis, magnitudine et elegantia mediocri, exarati, simulque punctis vocalibus et accentibus insigniti: accedente, praeter marginalem, Masora textuali, quae in Summa pagina per lineas duas, in ima per tres, progreditur; interdum in circulos abit. Hic codex incipit **GEN. xxxiv. 21: definit 11 CHRON. ix. 4:** aetate videtur Sex Secula dudum transcendisse. [Hunt. 11.]

XVIII.

Codex membranaceus, utrinque mutilus, eadem et manu et forma, qua superior, exscriptus, folia 209 implens, **BIBLIORUM**, duobus *Voluminibus comprehensorum*, **VOLUMEN SECUNDUM** constituens. In limine comparent Libri regum, cum prophetis majoribus, ubi **JEREMIAM** ratione ordinis sequitur **EZECHIEL**, hunc **ISAIAS**; postea succedunt duodecim prophetae minores; ultimo loco occurrunt **HAGIOGRAPHIA**, quorum haec est series: **RUTH**, psalmi, jobus, proverbia, ecclesiastes, canticum canticorum, threni, daniel, esdras, nehemias, esther. Initium fit i **REG. xxii. 35: finis, 1 PARAL. ix. 11.** [Hunt. 12.]

XIX.

Codex membranaceus, aetatem quatuor circiter seculorum prae se serens, folia, duas in columnas dispertita, 191 complens. Exhibet **PENTATEUCHUM** forma literarum quadrata, grandiuscula et non ineleganti, exaratum, punctis item et accentibus instructum, adjecta utraque Masora, sed minutiore caractere expressa: minor, in marginibus et columnarum intervallis, non caret elegantia; major, in summa pagina et ima, in circulos, rhombos, triangula,

aliasque figuras, bellissime formatur. Desunt voces Librorum initiales. [Hunt. 69 ]

XX.

Volumen rotatile, usibus olim alicujus Synagogae destinatum, longum pedes duos et quadraginta, latum pedes duos totidemque pollices, coriis viginti una junctis constans. Ibi reperitur **LIBER GENESE OS**, cum parte **EXODI** priore, eaque usque ad capitis duodecimi versum 37 protensa, literis quadratis, uncialibus, sed punctorum accentuumque expertibus, exaratus: nulla in eo Masorae nota, nulla capitum versuumque distinctio, nullus, praeter characterum coronulas, visitur ornatus. Volumen hocce, non mediocri est antiquitatis, argumento est, quod, absumtis longo aevo tribus pellibus, aliae in locum earum suffectae sint. [Hunt. 618.]

XXI.

Volumen rotatile, eadem, qua superius, manu descriptum, longum pedes tres, latum pedes duos, coriis duobus una junctis constans, ubi continetur Fragmentum **EXODI**, idque, in altera quidem pelle, a capitis decimi quarti versu 28 usque ad capitis decimi septimi versum 9; in altera vero, a capitis duodecimi versu 38 ad capitis decimi quarti versum 28; pertingens. [Hunt. 622.]

XXII.

Volumen rotatile, eadem, qua praecedens, manu exscriptum, longum pedes triginta, latum pedes duos, coriis quindecim una junctis constans, quo continentur **EXODUS** et **LEVITICUS**: prior a capitis decimi septimi versu 9 incipiens, posterior in capitis vicesimi versu 21 desinens. [Hunt. 619.]

XXIII.

Volumen rotatile, eadem, qua antecedens, manu exaratum, longum pedes octo

B

octo et quinquaginta, latum pedes duos, coriis triginta una junctis constans: complectitur LEVITICUM a capitis vicesimi versu 21 ad finem usque; et RELIQUOS deinceps PENTATEUCHI LIBROS. [Hunt. 620.]

XXIV.

Volumen rotatile, longum pedes quatuor et quinquaginta, latum pedem unum tresque pollices, coriis quatuor et viginti una junctis constans, quo continentur HAPHTAROTH sive SECTIONES illae PROPHETICAE, quae singulis pentateuchi sectionibus, usu apud Judaeos recepto, adjungi, atque in synagogis, singulis diebus festis, legi consuevere. scriptura eandem, quam superius, prae se fert manum. [Hunt. 617.]

XXV.

Codex membranaceus, peramplus, characteribus Hebraeo-Germanicis, quadratis, praegrandibus et pinguibus, scitissime exaratus, foliis, triplici columna distinctis, 307 constans. Complectitur pentateuchum, una cum paraphrasi CHALDAICA, quae alternis versibus contextui Hebraeo subjungitur, addita Masora utraque; praeterea QUINQUE MEGILLOTH, HAPHTAROTH item et JOBUM: atramentum in punctis est subrusum; in literis, integrum et illaesum. Codex hicce ultra annos quadringentos non videtur assurgere. [Maresc. 1.]

XXVI.

Codex membranaceus, amplus, literis Hebraeo-Germanicis, quadratis, vastis et crassis, pereleganter exscriptus, foliis, duas in columnas divisus, 304 constans, ubi continentur LIBRI SAMUELIS et regum, prophetae item posteriores, TRES videlicet MAJORES et DUODECIM MINORES, cum punctis vocalibus et accentibus, necnon utraque Masora, parce ascripta: major enim, ad summam paginam lineam duntaxat unam, ad

infimam non plus quam duas, occupat. Initium fit 1 SAM. VI. 10. [Maresc. 3.]  
XXVII.

Volumen rotatile, primitus in synagoga aliqua lectum, longum pedes octoginta, latum pedes duos et tres pollices, coriis quadraginta una junctis constans. Ibi reperitur PENTATEUCHUS, elementis literarum quadratis, perpolitus et coronatis, sed absque punctis vocalibus et accentibus, necnon capitum versuumque distinctionibus, exaratus: in quo nulla Masorae apparent vestigia, et Libri non sunt a se invicem, nisi quatuor tantummodo linearum intervallo, separati. Hocce volumen, vel minus esse antiquum, vel summa servatum cura, nitor pellium ostendit. [Rawlinson. A.]

XXVIII.

Volumen rotatile, longum pedes octo, latum pedem unum, membranis quatuor una junctis constans, ubi continetur LIBER ESTHER, caractere quadrato, coronulis ornato, atramento autem robusto et illustri, scite admodum politeque, sed fine punctis vocalibus et accentibus, fine Masora, exscriptus. Trium seculorum aetatem non superat. [Rawlinson. B.]

XXIX.

Codex chartaceus, anni destitutus nota, folia 138 complectens, ubi continetur PROVERBIORUM LIBER, caractere quadrato, perpulchro, sed punctis carente, exaratus, adjunctum habens Commentarium, literis Rabbincis nitide descriptum, qui textum sacrum undique cingit: hujusce Commentarii auctor, in Prologi fine, diserte indicat, nihil ibi a se allatum iri, quod ex sapientum dictatis, Medrash Rabba, Tanchuma, Pesikta et Talmude, non derivarit. Nomen ipsi est SOLIMAN ABEN MOSHE ABEN SUSO et MAIMON A. [Museo, 81.]

## VETUS TESTAMENTUM

## IN QUARTO.

## XXX.

Codex membranaceus, caractere quadrato, majusculo, magnificentissime et pulcherrime exaratus, facie plus quatuor secula computans. Exhibet psalmos, Masora carentes, inque scriptione Disticha referentes, cum punctis vocalibus et accentibus: ibi nomen Tetragrammaton integre scribitur, et literae begadchephat, quando Dagesh leni instrui non possunt, lineola afficiuntur Raphe, Superne incumbente; praeterea Keri marginale ut plurimum in textu ipso occupat locum, nota marginali nulla apparente. Adjicitur ad calcem index. [Laud. E, 22.]

## XXXI.

Codex membranaceus, literis Hebraeo-Germanicis, quadratis, perpulchris, illisque, quod ad voces initiales, rubris, exaratus, ubi continentur psalmi, cum punctis vocalibus et accentibus, Sed omni Masora et Keri destituti, atque alternantibus lineis ita Scripti, ut prior posteriorem duabus circiter literis utrinque Superet, appictis foede et inscite nonnullis, Sub Psalmorum initia, lineamentis. In priore postremi folii parte conspicitur Alphabetum Cabbalisticum, cum sphinge hexagono insidente; in posteriore vero haec Latine legas scripta: Hoc Psalterium Ebraicum est de Bibliotheca venerabilis Monasterii Sancti Eadmundi accommodatum fratri Ricardo Brynckelei ordinis minorum sacraeque theologiae humillimo professori. 1502. [Laud. L, 16.]

## XXXII.

Volumen rotatile, longum pedes decem, latum pollices octo, membranis quatuor una nexis constans, ubi reperitur liber Esther, absque ullis punctis, absque ullis capitum versuumque distinctionibus, et Masorae animadversionibus, exscriptus,

quippe qui in festo Purim publice praelegebatur. Forma characterum est quadrata, nitida, venusta, et corniculis ornata. [Arch. Bodl. A, 186.]

## XXXIII.

Codex membranaceus, literis quadratis, crassis, pulchris, nonnunquam tamen vacillantibus, exaratus, folia 125 complens. Continet librum ezechielis, cum interpretatione Latina, eaque gemina; una locum inter lineas, altera, quae aetate cum textu conjuncta esse videtur, marginem occupante. Puncta sunt addita, Masora omissa. Aliquid omnino peregrini est, quod librarius initium scriptiois, contra morem orientalem, fecerit a sinistra, finem a dextra, quodque orationem Dominicam bis Hebraice expresserit in calce. [Museo, 159.]

## XXXIV.

Codex membranaceus, eadem qua prior exscriptus manu, foliis 185 constans, quo continentur Esdras, nehemias, jobus, threni, esther et ruth, cum punctis vocalibus et accentibus, verum absque ullo Masorae vestigio. Primis duobus, inter lineas, adjecta est interpretatio Latina, verbum pro verbo reddens; porro Esdras et jobus initialibus carent vocibus: liber autem ruth terminatur in capitis quarti versu 16. Atramentum in literis Hebraicis est firmum et illustre, in punctis subpallidum. [Museo, 851.]

## XXXV.

Codex chartaceus, luculenta exaratus litera, paginis 283 constans, ubi reperitur Targum sive paraphraseos Chaldaicae

DAICAE in libros chronicorum, a samuele clerico manu descriptae et latinitate donatae, volumen primum Chaldaice et Latine, continens librum primum chronicorum usque ad libri secundi capitis tertii versum 8. Annectitur impressum ejusdem translationis specimen. [Clerc. 8.]

XXXVI.

Codex chartaceus, paginas 416 implens. Ibi occurrunt:

10. Paraphraseos Chaldaicae in libros chronicorum, a SAMUELE Clerico manu descriptae et latinitate donatae, volumen alterum Chaldaice et Latine, complectens librum secundum chronicorum, qui initium ducit a capitis tertii versu 8. In calce operis haec leguntur: Absoluta est versio haec Targum Chronicorum sive Paralipomenorum 15 Novembris, anno Domini 1662, sub nocte.

20. Tractatus anonymi de Arte Arabum metrica, Sermone et literis Arabicis Scriptus. [Clerc. 9.]

XXXVII.

Codex membraneus, literis quadratis, non magnis, at puris, exactis, aequabilibus et tibi constantibus, exscriptus, idemque antiquitate simul et integritate paucis vel nulli Secundus. Ibi representantur libri veteris testamenti omnes, sub duplici columna digesti, una cum punctis et Masora parva. Genesi, folio uno intermedio carenti, praemittuntur Prolegomena quaedam, caractere minutissimo et vix aspectabili conscripta: sequitur rashii Commentarius, contextum Sacrum lineis in summa pagina duabus, in infima tribus, cingens. Deuteronomio Subnectuntur ben asher et ben naphthali discrepantiae. Daniel et libri duo Esdrae ultimum in hagiographis occupant locum. Quod ad codicis spectat aetatem, calligraphus eam in Operis calce his indicat verbis: Ego shemuel bar jacob serugiel a exaravi hos daniellem et esdram, suntque absoluti in urbe Soria anno 4864. Nomen viri, ad cujus exaravit usum, vetustate vel casu aliquo abrasum legi nequit; fuisse tamen eum Nasi Seu

Principem inde veri videtur simile, quod planta pulcherrima et urna mannae appelletur. In Sequenti pagina haec legas Italice Scripta: La presente Bibbia manoscritta e stata veduta da me diligentemente e trovata translata fideliss. seritta con ogni accuratezza cosi de punti come di accenti l'anno 5064 alla creatione del mondo con il Massored piccolo et l'espositione di R. Salomone sopra il Pentateuco, et in ogni dubio da stampa si puo ricorrere a questa che per l'antichita e realta e verissima e bona. Jo. Leon Modena, Rabi Hehr. in Venetia il di 8 Octobre 1628 de'Chritiani che e 5388 alla creatione del mondo secondo il computo degle'Ebrei. Observari interest, celeberrimum hunc illa aetate Judaeorum Magistrum, pro Daleth millenario, parum compte picto, legisse He, atque ob incongruum qui inde emersurus erat numerum, duobus Tau de in dustria Suppressis, fecisse 5064. Noster ergo codex, si librario fides, scriptus est anno Christi 1104. [Arch. Seld. A, 47.]

XXXVIII.

Codex partim membraneus, partim chartaceus, ubi continentur:

10. Haphtara deborae, cum praeposita jonathanis in canticum illius paraphrasi: additis passim utrique textui punctis.

20. Commentarii anonymi in ecclesiasten, esther, canticum canticorum, jobum: ultimus illorum exaratus anno Mundi 5197, Christi 1437.

30. R. jedaiae Praecepta morum varia.

ria, ex antiquis Graecorum et Arabum Philosophis collecta, atque in certas sectiones distincta, quibus titulus: Delectus Margaritarum <sup>a</sup>. Opus primum Arabice Scriptum, in Hebraicam postea linguam conversum a R. JEHUDA BEN TIBBON.

4<sup>o</sup>. Anonymi Libellus de ARISTOTELIS *morti proximi* oratione, Liber Pomi <sup>b</sup> inscriptus: fingitur ibi Philosophus ille animam fugientem mali aurei odore aliquantisper retinuisse, atque isto temporis intervallo, de vita futura et morte contemnenda, cum astantibus discipulis praeclare disseruisse. [Pocock. 184.]

XL.

Codex chartaceus, characteribus Rabbincis, venustis et luculentis, anno CHRISTI 1580, exaratus, complectens PROPHETAS aequae Hebraico in Arabicum sermonem ab anonymo translato, quibus librarius, in voluminis frontispicio, Sequentem praemisit epigraphen: Aggredior scribere Paraphrasin PROPHETARUM posteriorum, qui sunt ISAIAS, jeremias, EZECHIEL, et DUODECIM, anno Creationis 5340 <sup>d</sup>. Folia nonnulla, usu et incuria hinc inde avulsa, recentior Supplevit manus. [Hunt. 206.]

XXXIX.

Codex membranaceus, formis literarum quadratis, Hebraeo-Gallicis, compositissimis, exaratus, folia 196 *habens*. Complectitur PSALMORUM LIBRUM, punctis vocalibus et accentibus notatum, simulque interpretatione anonymi Arabica, singulis versibus subtextis, necnon Commentariolo, singulis Psalmis Subnexo, instructum, cui praemittuntur indices nonnulli Masoretici, cum prologo. In calce codicis haec leguntur:

*Ego* SHABTAI filius R. JEREMIAE NOMICO, *cujus* requies sit paradus, *emi* Librum hunc a R. SASON filio JEHUDAE HISPANIC<sup>c</sup> die 3 mensis Marcheshvan anni 5144, Scilicet CHRISTI 1384. Adduntur plura, Sed prave et incondite Scripta. [Pocock. 281.]

XLI.

Codex membranaceus, caractere quadrato, aequabili et grandi, cum punctis, exaratus, Sed per totum Squalidus, quasi unguine et adipe oblitus, qui Solia, duas in columnas divisa, 148 implet. Ibi occurrunt LEVITICUS, NUMERI et DEUTERONOMIUM, quibus Arabs quidam mendose praefixit titulum Genesis et Exodi; necnon QUINQUE MEGILLOTH: LIBER ESTHER, qui ultimum occupat locum, tantummodo usque ad capitis tertii versum 10 protenditur. Atramento dilutissimo et tenuissimo, ubi impervium est oculis factum, nova manus nigrius Superinduxit. Nulla Masorae vestigia apparent, nihil ad latera textus legitur. [Hunt. 235.]

XLII.

Codex membranaceus, elementis literarum quadratis, Hebraeo-Italicis, grandibus, aequalibus et



nitidis, exscriptus, Soliis, duas in  
columnas partitis, 207 constans. Ibi  
exhibentur PROPHETAE  
POSTERIORES *tam* MAIORES *quam*  
MINORES, *videlicet* ISAIAS,  
JEREMIAS, ezechiel, hoseas, joel,  
amos, abdias, jonas, michaeas,  
naum, habacuc, sophonias, aggaeus,  
zacharias, MALACHIAS. Puncta, *et*  
Masorae vestigia *in* margine *hinc*  
*illinc* obvia, *literis* videntur  
coetanea esse. [Hunt. 261.]

C  
o  
d  
e  
x

## XLIII.

Codex membranaceus, nec aetate insignis nec nitore, folia 127 complens, ubi continentur josua et judices, caractere quadrato, punctis vocalibus et accentibus praedito, exarati, appositis literis numeralibus, quae in margine superiori capita, in laterali versus, indicant: neutrius Masorae conspicitur ibi nota. [Hunt. 396.]

## XLIV.

Codex membranaceus, veterrimus, literis quadratis, majusculis et magnificis, scriptus, at utrinque truncus. Ibi Chaldaice exhibentur:

10. Paraphrasis onkelosi in genesin, Exodum, et initium Levitici, cum punctis.

20. Historia excidii Templi Hiero-Solymitani, Soliis quinque constans.

30. Quinque Bibliorum LIBELLI, nimirum RUTH, canticum canticorum, Ecclesiastes, threni, Esther.

[Hunt. 399.]

## XLV.

Codex chartaceus, figuris literarum Rabbincis, luculentis et tervis, absque anni exaratus nota, Soliis 132 constans. Ibi continetur liber jobi, cui nomen Elenctici<sup>a</sup> inditum, cum interpretatione Arabica duplici, eaque passim Scholiis illustrata: una r. SAADIAE perpetua; altera r. mosche gecatiliae interrupta, et priori hic et illic tantum substrata. Contextus Hebraeus majusculis est literis expressus, idemque punctis insignitus. Praemittitur praefatio. [Hunt. 511.]

## XLVI.

Codex chartaceus, literis Rabbincis, anno Mundi 5077, Christi 1317, a r. shelomo sedesh<sup>b</sup> exaratus, Soliis 280 constans, quo continetur pentateuchus, hoc insignis titulo: Interpretatio legis in Linguam Arabicam<sup>c</sup> Interpres est r. gaon saadia alphiumi<sup>d</sup>, qui seculo decimo floruit. Moneri par est, Parathas, quarum primam truncatam r. moshe altortos supplevit, magno a se invicem intervallo distingui, vocesque initiales caractere quadrato et vastiore pingi. [Hunt. 523.]

## XLVII.

Codex chartaceus, pervetus, literis exaratus Rabbincis, egregiis et nitidis, folia 88 implens, in quo occurrunt DANIEL, ESDRAS, NEHEMIAS, CUMPUNCTORUM VOCALIUM ET ACCENTUUM NOTIS. SPARGUNTUR NONNUNQUAM IN ORIS ALIQUOT KERI ET JATHIR. POSTREMUM FOLIUM, UBI SCRIPTIO ERAT ANNUS, VETUSTAS CORRUPIT. [HUNT. 367.]

## XLVIII.

Codex chartaceus, caractere Rabbincis, lectu perfacili et fatis grandi, transcriptus, folia habens 45. Ibi reperitur Fragmentum ecclesiastae, punctis instructum, atque Commentario anonymi Arabico, Sensum literalem praesertim investigante, munitum: id tribus tantum postremis capitibus, si quatuor priores capitibus decimi versus exceperis, constat. [Hunt. 616.]

## XLIX.

Codex chartaceus, non una exscriptus manu, quo continentur:

10. liber Esther, cum r. Isaac arami Commentario, impressus: in margine conspicitur interpretatio ejusdem Libri Arabica, manu exarata.

20. Liber geneleos, Commentario Arabico munitus, et ab isAAco ben shelomo,

SHELOMO, in gratiam R. SHEMUEL BAR JOSEPH, ANNO CONTRACTUUM 1866, Christi 1554, descriptus. Ait anonymus, in fragmento praefationis, se Commentarium huncce, *Frontem AHARONIS*<sup>A</sup>, nominasse.

3<sup>o</sup>. Interpretatio psalorum Arabica: desiderantur postremi tres. [Hunt. 416.]

L.

Codex chartaceus, valde remotam antiquitatem prae se ferens, ubi reperitur pentateuchus arabicus, isque litera Rabbinica, duplicem manum arguente, sed sine ulla vel scriptoris, vel temporis, vel loci, quo facta sit scriptio, mentione exaratus: interprete R. SAADIA GAON PHIUMENSI, ex Phium, olim Pithom, urbe Aegypti. Cognomen ipsi GAON, id est Excellens, doctrinae fama adjecit. [Hunt, 460.]

LI.

Volumen rotatile, longum pedes decem, latum pollices sex, membranarum quinque una junctis constans. Comprehendit LIBRUM ESTHER, literis quadratis, minusculis, coronatis et venuste effictis, exaratum, sed sine punctis et Masora: cujus extremitates serti flosculi ambiunt. Includitur in sacculo, ex corio confecto. [Rawlinfon. C.]

LII.

Codex membranaceus, vetustus, elementis quadratis, ornate et concinne transcriptus, foliis 243 constans. Ibi reperiuntur NUMERI et DEUTERONOMIUM, cum PARAPHRASI CHLADAICA, singulis versibus Hebraicis alterne subtexta, illique Haphtarum nonnullis, atque Commentario RASHII, Rabbinicis literis expresso, ex omni parte cincti. Initium fit NUM. IV. 44. [Maresc. 51.]

LIII.

Codex chartaceus, caractere Rabbinico, luculento et compto, anno Contractuum 1778, CHRISTI 1466, exaratus, folia numerans 190. Ibi exhibentur judices, cum punctis vocalibus et accentibus; itemque LIBRI REGUM, ast hi absque punctis: apposito, in ora supera et infera, RASHII Commentariolo, qui non ultra, quam ad caput usque tertium Libri primi Regum, pertinet. Nomen scribae R. ABRAHAM BAR MEIR. [Marsh. 607.]

LIV.

Codex membranaceus, litera Rabbinica, impolita et incomposita, exscriptus. Continet PENTATEUCHUM, cum punctorum tum MaSorae expertem, in quo Scriba, qui eum in usum proprium videtur deproperasse, utitur nonnunquam Scribendi compendiis: nectuntur ei RASHII in canticorum canticorum et ECCLESIASTEN Commentarii. [Marsh. 635.]

LV.

Codex chartaceus, concinne compactus, exhibens Interpretationem PENTATEUCHI Persicam, caractere Hebraeo, punctis affecto, expressam, cum notulis nonnullis hinc inde in margine obviis: autographum est MARESCALLI, e Bibliis Polyglottis descriptum. [Maresc. 45.]

LVI.

Codex membranaceus, caracteribus quadratis, minutis, perpulchris, cum punctis, exaratus, foliis 316 constans. Exhibentur ibi JOSUA, JUDICES, LIBRI samuelis et regum; jeremias, ezechiel, isaias, prophetae minores; daniel, esdras, nehemias, paralipomena, ruth, esther, psalmi, jobus, proverbialia, ecclesiastes, canticum

TICUM CANTICORUM, THRENI, duplici columna dispositi, Sine Masora. Codex in illorum videtur numero collocandus, qui Seculo decimo tertio Scripti sunt. Initium sit jos. x. 6: finis thren. iii. 30. [Tann. 173.]

## LVII.

Codex chartaceus, literis Rabbincis, grandiusculis, luculente, cum punctis, descriptus, foliis, quorum unum atque alterum lacerum in fine, 88 constans, ubi continentur LIBRI SAMUELIS: prior incipiens a capitis secundi versu 3, posterior desinens in capitis vicesimi quarti versu 10. Accedunt nonnullae MaSorae animadversiunculae. [Marsh. 91.]

## LVIII.

Codex chartaceus, characteribus quadratis, peregrinam manum olentibus, exaratus, folia 72 complens. Continet librum ruth, danielem, esdram ET NEHEMIAM, cum punctorum notis. Visuntur aliquot Keri hinc illinc in margine. [Marsh. 21.]

## VETUS TESTAMENTUM IN

## OCTAVO, ETC.

## LIX.

Codex membranaceus, figura literarum quadrata, quadantenus minuta et vacillante, annos minimum quingentos supergressa, exaratus, Soliis 103 constans. Complectitur PSALMORUM LIBRUM, partim punctis instructum, partim destitutum, qui haec digna notatu habet: regulae Orthographicae, plus quam par est, negliguntur, suffixa et praefixa non addenda adduntur, addenda praetermittuntur;

## CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

nomina Divina ita confunduntur, ut tetragrammaton JEHOVA, nunc pro ELOHIM, nunc pro ADONAI, ponatur; et versa vice; praeterea vocabula non pauca, imo Sententiae, vel omittuntur vel transponuntur, interdum et non legitima legitimis Substituuntur; denique ex Masoretarum notis, quas Keri vocant, aliae in textum invehuntur, aliae intactae

relinquuntur. Punctator, malo

occurrendum ratus, omissa hic et illic Supplevit, superflua subtilissime expunxit: tetragrammaton, quod tangere nefas putabat, lineolatantum Superne ducta removit. [Bodl. 2271, 627.]

## LX.

Volumen rotatile, longitudine pedum octo, pollicum quatuor latitudine, membranulis Sex una nexis constans, ubi reperitur LIBER ESTHER, caractere quadrato, minuto, longe elegantissimo, descriptus: nulla ibi punctorum, nec Masorae, nota. [Bodl. Arch. 177.]

## LXI.

Codex membranaceus, multiplici exaratus manu, ubi habentur:

10. PSALTERIUM HEBRAICUM, literis quadratis, minutis, parum exactis, cum punctis, exscriptum, et variis coloribus interstinctum: oras notae quaedam Latinae in Radices occupant.

20. PSALTERIUM LATINUM, annotatiunculis passim illustratum, atque coloribus rubro et caeruleo illuminatum.

30. TH. GASCOIGN Relatio de RICH. SCROOP Archiepiscopi Eboracensis decollatione, factajussu HENRICI IV.

40. Ejusdem Querimonia de vitiosa Archiepiscopi Cantuariensis electione A. D. 1443. [Bodl. 1878, 30.]

## LXII.

Codex membranaceus, litera quadrata, minuta, omnibus tamen calligraphiae numeris expleta, exaratus, idemque eleganter compactus, complectens librum

psalmorum, cum PUNCTIS vocalibus et accentibus: ibi Sophpasuk minio

nio pingitur; *Jathir* textu pulsum, *Keri* contra infertum, conspicitur. Triplex claudit codicem Alphabetum, Hebraicum nempe, Arabicum, Graecum. [Bodl. Arch. B. 3009, 20.]

## LXIII.

Codex membranaceus, characteribus quadratis, grandibus et elegantibus, cum punctis, anno Mundi 5235, CHRISTI 1475, exaratus. Ibi continetur PSALTERIUM, in quinque distributum Libros, quorum quisque aureis sub initium literis fulget: primus Psalmos xLi; Secundus xxxi; tertius xvii; quartus item xvii; quintus XLiv; exhibet, praetermissa MaSora utraque. Calligraphus, quod Librum quintum quartum, quartum tertium, tertium Secundum, appellavit, aberrasse ab janua censendus est. Praemittitur elenchus: in calce leguntur versus aliqui Biblici in precibus adhibendi. [Seld. 105. Sup.]

## LXIV.

Codex membranaceus, caractere quadrato, majusculo et punctis praedito, exscriptus, ubi reperitur Fragmentum LIBRI JUDICUM, foliis quatuor duntaxat constans: primum, a capitis quarti versu 14 usque ad capitis quinti versum 14; secundum, a capitis quarti versu 13 ad ejusdem capitis versum 23; tertium, a capitis sexti versu 20 ad ejusdem capitis versum 30; quartum, a capitis item sexti versu 8 ad ejusdem capitis versum 20, procedit. Masora circumfunditur. [Seld. 101.]

## LXV.

Codex membranaceus, non usque adeo vetus, literis quadratis, minutissimis et punctorum expertibus, Scriptus, foliis, hic illic praepostere positus, 120 constans. Exhibet ECCLESIASTEN, utraque Masora septum, cujus initium, cubitali caractere expressum, exquisitissimo coruscat auro; tum LIBRUM ESTHER, in quo parprehenditur ornatus; denique HAPHTAROTH: in horum initialibus vocibus, post unamquamque literam nigram, rubra conspicitur. Scriba R. DAVID BAR ISAAC COHEN, in extrema pagina, ait, fe quinque

absolvisse Megilloth, cum Haphtaribus. Omnino duo tantum visuntur. [Seld. 106.]

## LXVI.

Codex chartaceus, literis Rabbincis, luculentissime exaratus, in quo occurrunt:

1<sup>o</sup>. PROVERBIA SALOMONIS, cum interpretatione Arabica, contextui Hebraeo, punctis insignito, versibus alternis substrata.

2<sup>o</sup>. Commentarius in Tractatum, cui titulus: *Capitula Patrum*. Sequuntur Excerpta ex eodem tractatu. [Pocock. 285.]

## LXVII.

Volumen rotatile, longum pedes tres, latum totidem pollices, membranulis duabus iisque Solutis constans, ubi reperitur LIBER ESTHER, punctorum vocalium atque accentuum, ut et Masorae, expers, cujus character est minutulos, nitor mirabilis, elegantia quam absolutissima, cylindrus denique ejus affabre et tornatus et laevigatus. [Seld. Arch. 72, 4.]

## LXVIII.;

Codex membranaceus, characteribus quadratis, venustis et exactis, anno Mundi 5243, CHRISTI 1483, exaratus, foliis 267 constans. Ibi continentur PENTATEUCHUS, PSALTERIUM, QUINQUE MEGILLOTH, HAPHTAROTH, duplici columna, exceptis Psalmis, distincti, una cum punctis et utraque Masora. Initiales Librorum voces, in quadris rubrica exornatis, aurea sunt litera expressae. Nomen DEI tetragrammaton ubique plene scribitur. [Pocock. 30.]

Codex

D

## LXIX.

Codex chartaceus, literis Rabbincis, a Medico quodam JACOBO BAR JOB, anno Contractuum 1646, CHRISTI 1334, nitide exaratus. Ibi exhibetur LIBER ECCLESIASTAE, punctis insignitus, nec Arabice solummodo translatus, sed et Commentario, vocum in primis significationes persequente, expositus, foliis 172 constans. Interpres anonymus, qui simul et commentator, verbis contextus fatis presse adhaesit. Praeponitur praefatio. [Pocock. 274.]

## LXX.

Codex membranaceus, elementis literarum quadratis, bellissimis ac tersissimis, descriptus, folia 185 complens. Continet EXODUM, punctis vocalibus et accentibus, ut et utraque Masora, instructum, cum praemisso Parasharum conspectu, hoc in frontispicio aenigma habente: *Puer exiit in mundo, qui natus est ante patrem suum, et virginitatem sustulit matris suae, et tertiam partem occidit mundi*<sup>a</sup>. [Pocock. 7.]

## LXXI.

Codex membranaceus, externa facie obsoletus, plurimis locis mutilus, aetatem praeter propter septem seculorum habens. Ibi continentur HAGIOGRAPHIA sive LIBRI CHRONICORUM, PSALMI, JOBUS, PROVERBIA, QUINQUE MEGILLOTH, DANIEL, ESDRAS, NEHEMIAS, caractere quadrato, punctis praedito, exscripti, admota Masora utraque: magna, per universum textum, oram superiorem et inferiorem una utrinque linea cingente; parva, latera occupante. Incipit 1 CHRON. 11. 21: desinit NEH. XIII. 15. [Hunt. 591.]

## LXXII.

Codex membranaceus, parvulus, litera quadrata, cum punctis, elegantissime exaratus, ubi continentur PROPHETAE MINORES, cum EZECHIELE, hoc perturbato ordine: HOSEAS incipit a capitis decimi versu 12; JOEL desinit in capitis secundi versu 3; AMOS a cap. primi versu 13 ad cap. fecundi versum 5 proce dit; JOEL a cap. secundi versu 3 progreditur ad

finem; AMOS, incipiens a cap. primi verfu 1, terminatur in ejusdem cap. versu 13, exin a cap. quinti versu 16 ad finem perducitur. Sequuntur ABDIAS, JONAS, MICHAELAS, NAUM, HABACUC, SOPHONIAS, AGGAEUS, ZACHARIAS, MALACHIAS. Ultimo in loco est EZECHIEL, qui a cap. primo ad cap. xvi. versum 47; dein a cap. xxi. versu 6 ad cap. XLII. versum 13, protenditur. [Hunt. 604.]

## LXXIII.

Codex chartaceus, characteribus Rabbincis, lectu facillimis, exaratus. Complectitur DEUTERONOMIUM, punctis et *Raphe* non per totum, sed usque ad caput septimum duntaxat, instructum, idque ita digestum, ut Parashae et cum iis concurrentes Haphtarum alternis se invicem vicibus excipiant. Incipit a capitis tertii versu 12: at repositis, quae transposita sunt, foliis, initium erit cap. 1. vers. 16. [Hunt. 475.]

## LXXIV.

Volumen rotatile, longum pedes duodecim, latum pollices duos, membranis Septem una junctis constans, quo continetur LIBER ESTHER, literis quidem quadratis, Sed parum compositis, exaratus: coronulis, punctis et MaSora,

carens. In stanea conditur Pyxide.  
[RawlinSon. D.]

LXXV.

Codex chartaceus, forma *literarum*  
Rabbinica, luculenter exaratus, folia 229  
complens.

complens. Comprehendit GENESIN a 10. CAPITIS quarti versu 20 usque ad CAPITIS xxxvi. versum 7; EXODUM a CAPITIS quinti versu 8 ad CAPITIS XL. versum 19; totum denique DEUTERONOMIUM: puncta sunt ommissa atque Masora. [Marth. 10.]

LXXVI.

Codex membranaceus, literis quadratis, perpulchris, exscriptus. Ibi occurrunt:

10. PSALMI non ferie continua, sed ut carminis formam referant, scripti, cum punctis et indice, absque Masora. Margines anonymi occupat Commentarius caractere Rabbinico. Nomen DEI tetragrammaton plene pingitur. Initium facit PSAL. iv.

2°. R. JEHUDAE HACHASID Liber, agens de DEO, ejus unica et simplici essentia, laudibusque ipsi uni et foli debitis, sub forma et ratione Canticorum, singulis hebdomadae diebus pronunciandorum. Titulus est: *Canticum Unitatis et Unici* a. [Bernard. AE, C, 1, 10, 5.]

LXXVII.

Codex chartaceus, caractere Rabbinico, grandiusculo, scite descriptus, exhibens ISAIAM, cum punctis: per annum nomine destitutum 1560, quo exaratus dicitur, Seleucidarum videtur intelligi, incidens in CHRISTI 1248. [Bernard. AE, C, 1, 22.]

NOVUM TESTAMENTUM

IN QUARTO.

LXXVIII.

Codex chartaceus, multiplici scriptus manu, ubi continentur:

2°. R. SHELOMO BEN MOSHE ALGUERINI b de Coelo et Mundo Tractatus, ex AVICENNA et ARISTOTELE decerptus: sequitur R. JOSEPH Microcosmus.

3°. R. MOSIS MAIMONIDAE Responsa ad Quaesita quaedam ex LEGE sibi proposita.

4°. Ejusdem Epistola duplex: prior Meridionalis nomine circumfertur; altera docetur, quo se pacto homo, in persecutionum diebus, gerere debeat.

5°. Ejusdem Oratio de Resurrectione mortuorum, Arabice primum concepta, Hebraice hinc a R. SHEMUEL BEN TIBBON reddita.

6°. ABUNASAR ALPHARABI, summi olim inter Arabas Philosophi, Dialectica, novem et octoginta thesibus, quae Capitula c nuncupantur, tradita. Frontispicium deest.

7°. Tractatus Arabicus de morborum cognoscendorum curandorumque ratione, initio carens. Hujus auctor MUSA BEN OBAIDALLA ISRAELITA CORDUBENSIS d. [Pocock. 280.]

NOVUM TESTAMENTUM I N

O C T A V O .

LXXIX.

Codex chartaceus, capacissimo praeditus margine, literis Rabbinicis, minutulis, splendide exaratus, Soliis 275 constans. Complectitur QUATUOR SACROSANCTA



EVANGELIA, de Graecis Arabice  
conversa: primum, ut calligraphus in  
clausulis notat, conscriptum est anno  
post

plexi: membrana est robustissima, atramentum decolor. Auctor, artis hermeneuticae laude florentissimus, vitam usque ad annum **CHRISTI 1232** produxisse fertur. [Hunt. 77.]

XCVI.

Codex chartaceus, anno Mundi 5212, **CHRISTI 1452**, non inconcinne exaratus, foliis 130 constans, quo continetur Commentarius in **EXODUM**, duplici Sub columna digestus, et hac inscriptione insignitus: Revelans Profunda<sup>a</sup>. Multa ibi e Philosophiae penetralibus deprompta. Auctor est **R. SHEMUEL BEN R. SAADIA MOTOTH** [HUNT. 8L.]

XCVII.

Codex chartaceus, situ hic illic exesus putrefactusque, folia 344 complens. Ibi occurrunt **RALBAG** sive **R. LEVI BEN GERSON** in **LEVITICUM**, **NUMEROS** et **DEUTERONOMIUM**, Commentarii, variis doctrinalibus et moralibus, quae e singulis locorum expositionibus eliciuntur, usibus sive porismatibus instructi. Desiderantur Sub initium nonnulla. [Hunt. 110.]

XCVIII.

Codex chartaceus, absque memorato exaratus anno, Solia 297 complectens, ubi exhibetur Commentariorum mysticorum in **PENTATEUCHUM**, duobus Voluminibus absolutorum, et *Lex Oblationis* <sup>c</sup> inscriptorum, Volumen primum, **GENESIN**, **EXODUM** et **LEVITICUM**, enucleans. Auctor vocatur **R. JACOB BAR CHANANEL SEKILI** [Hunt. 82.]

18 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.  
XCV.

Codex chartaceus, luculente descriptus, foliis 260 constans, in quo habetur **R. ISAAC GAON** in **PENTATEUCHUM** Commentarius, Arabica lingua confectus, sed scitis Rabbincis et gerris Talmudicis

ita ubique refertus, ut voces Arabicas, primo intuitu, prorsus abesse crederes. Ultima folia post Parasham **DEUT. xxxix.**

10, humore putrefacta, legi non possunt. [Hunt. 115.]

XCVI.

Codex chartaceus, pure et eleganter, sine tamen anni nota, exaratus, ubi reperitur **R. ISAAC GAON** <sup>c</sup> Commentarius in **EXODUM** Arabicus, isque nunc diffusior, nunc brevior, prout argumentorum, de quibus agitur, ratio postulat, foliis 180 constans. Complura ibi et varia Doctorum, tam priscorum quam recentiorum, referuntur placita. [Hunt. 134.]

XCVII.

Codex chartaceus, anno Mundi 5204, **CHRISTI 1444**, egregie exaratus, Solia 236 implens. Ibi continetur Commentariorum mysticorum in **PENTATEUCHUM**, duobus Tomis comprehensorum, et *Lex Oblationis* <sup>f</sup> nuncupatorum, Tomus primus, **GENESIN**, **EXODUM** et **LEVITICUM**, exponens: auctore **R. JACOB BAR CHANANEL SEKILI**. [Hunt. 113.]

XCVIII.

Codex chartaceus, luculentis exscriptus literis, praetermissa anni nota, comprehendens **R. DAVID BEN JOSEPH KIMCHI** in **DUOS REGUM LIBROS** Commentarium; foliis, quorum priora decem recens adjecta Sunt, 117 constat. [Hunt. 130.]

Codex

XCIX.

Codex chartaceus, folia 170 complexus, quo continetur *allegoricus* in **NUMEROS** et **DEUTERONOMIUM** Commentarius, sub *calcem* truncus, desinens quippe in Sectione **DEUT. XXXII. 5.** Nomen auctoris ignoratur, a quo *tamen* **RAMBAM, ABEN ESRA, JOSHUA BEN LEVI,** saepenumero laudantur: istis igitur recentior Suerit *oportet.* [Hunt. 146.]

C.

codex chartaceus, cum auctoris nomine, *tum* principio carens *et* sine. Exhibet Fragmentum commentarii in **LEVITICUM,** foliis 47 constans : ibi praecipue de rebus ad leprosum atque mulierum menstruo laborantium Leges spectantibus disputatur. [Hunt. 147.]

CI.

Codex *chartaceus,* ab initio *mancus,* anno Contractuum 1686, Hegirae 776, **CHRISTI** 1347, Sobae in Syria elegantissime *exaratus,* folia 180 *habens,* ubi comprehenditur Commentarius satis accuratus in **GENESIN** *et* **EXODUM,** isque Arabico sermone compositus: auctore **R. ABRAHAM BEN R. MOSCHE GAON BEN R. MAIMON DAIHAN** Olim ad **R. ISAAC BAR OBADIA** pertinuit. [Hunt. 166.]

CII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, primoribus *et* postremis foliis *diminutus,* exhibens anonymi Commentarium in **PSALMOS, JOBUM, RUTH, CANTICUM CANTICORUM, ECCLESIASTEN, PROVERBIA,** brevi stylo *ac* methodo conscriptum, qui *a* versu primo **PSAL. decimi** usque ad *captitis* primi **PROV. verfum** 21 *pertingit.* Folia aliquot in

**JOBO** loco sunt *mota.* [Hunt. 268.]

CIII.

Codex chartaceus, utrinque *mutilus,* foliis 270 constans, in quo occurrit anonymi in **GENESIN** Commentarius, e Libro *Sohar* imprimis *et* *Tikkunim* exscriptus, ubi Cabbalae beneficio complura panduntur *mysteria:* praeterea quicquid fere *sententiarum* ad *Libri* istius *sacri* *explanationem* sit, *ibi* congeritur *exponiturque.* Definit in Parasha **GEN. XLVII. 28.** [Hunt. 287.]

CIV.

Codex chartaceus, a **R. MOSHE BAR NATHAN DETH NARBONENSI,** anno Mundi 5083, **CHRISTI** 1323, in usum **R. CHAIIA COHEN,** pereleganter *exaratus.* Ibi reperitur **R. DAVID KIMCHI** in **EZECHIELEM** Commentarius, foliis 190 *comprehensus,* cui, quia *complurium* *vocabulorum* *significationes* ex *praestantissimo* **BEN GANNACH** *Lexico* erant ab auctore *exscriptae,* nova manus, *erasis* *primis* *vocibus,* hunc *praefixit* *titulum:*

Liber Radicum **ABI WALID BEN GANNACH**<sup>b</sup>.

[Hunt. 155.]

CV.

Codex membranaceus, anno Mundi 5090, **CHRISTI** 1330, *descriptus,* folia 172 *implens.* Complectitur Commentarium in **ISAIAM,** a **R. DAVID BAR JOSEPH BEN KIMCHI** *elucubratum,* *et* *variis* ab anonymo in *marginibus* *infer* *tis* *animadversionibus* *instructum.* Librarius *fe* appellat **JEHUDA BAR JOSEPH.** [Hunt. 234.]

CVI.

Codex chartaceus, folia 148 numerans,  
ubi continentur:

10. Commentarius super **ABEN**  
**EZRAM** in

plexi: membrana est robustissima, atramentum decolor. Auctor, artis hermeneuticae laude florentissimus, vitam usque ad annum christi 1232 produxisse fertur. [Hunt. 77.]

XCII.

Codex chartaceus, anno Mundi 5212, christi 1452, non inconcinne exaratus, foliis 130 constans, quo continetur Commentarius in Exodum, duplici sub columna digestus, et hac inscriptione insignitus: Revelans Profunda <sup>a</sup>. Multa ibi e Philosophiae penetralibus deprompta. Auctor est r. shemuel ben r.

saadia mototh <sup>b</sup>. [Hunt. 81.]

XCIII.

Codex chartaceus, situ hic illic exesus putrefactusque, folia 344 complens. Ibi occurrunt ralbag sive r. levi ben gerson in Leviticum, numeros et Deuteronomium, Commentarii, variis doctrinalibus et moralibus, quae e singulis locorum expositionibus eliciuntur, usibus sive porismatibus instructi. Desiderantur Sub initium nonnulla. [Hunt. 110.]

XCIV.

Codex chartaceus, absque memorato exaratus anno, Solia 297 complectens, ubi exhibetur Commentariorum mysticorum in pentateuchum, duobus Voluminibus absolutorum, et Lex Oblationis <sup>c</sup> inscriptorum, Volumen primum, genesin, exodum et leviticum, enucleans. Auctor vocatur r. jacob bar chananel sekili <sup>d</sup>.

[Hunt. 82.]

XCV.

Codex chartaceus, luculente descriptus, foliis 260 constans, in quo habetur r. isaac gaon in pentateuchum Commentarius, Arabica lingua confectus, sed scitis Rabbincis et gerris Talmudicis ita ubique refertus, ut voces Arabicas, primo intuitu, prorsus abesse crederes. Ultima folia post Parasham deut. xxxix. 10, humore putrefacta, legi non possunt. [Hunt. 115.]

XCVI.

Codex chartaceus, pure et eleganter, sine tamen anni nota, exaratus, ubi reperitur r. isaac gaon <sup>e</sup> Commentarius in exodum Arabicus, isque nunc diffusior, nunc brevior, prout argumentorum, de quibus agitur, ratio postulat, foliis 180 constans. Complura ibi et varia Doctorum, tam priscorum quam recentiorum, referuntur placita. [Hunt. 134.]

XCVII.

I •

Codex chartaceus, anno Mundi 5204, christi 1444, egregie exaratus, Solia 236 implens. Ibi continetur Commentariorum mysticorum in pentateuchum, duobus Tomis comprehensorum, et Lex Oblationis <sup>f</sup> nuncupatorum, Tomus primus, genesin, exodum et leviticum, exponens: auctore r. jacob bar chananel sekili.

[Hunt. 113.]

XCVIII.

Codex chartaceus, luculentis exscriptus literis, praetermissa anni nota, comprehendens r. david ben joseph kimchi in duos regum libros Commentarium: Soliis, quorum priora decem recens adjecta Sunt, 117 constat. [Hunt. 130.]

Codex

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 19  
XCIX.

Codex chartaceus, folia 170 complexus, quo continetur allegoricus in NUMEROS et DEUTERONOMIUM Commentarius, sub calcem truncus, desinens quippe in Sectione DEUT. XXXII. 5. Nomen auctoris ignoratur, a quo tamen RAMBAM, ABEN ESRA, JOSHUA BEN LEVI, saepenumero laudantur: istis igitur recentior fuerit oportet. [Hunt. 146.]

C.

Codex chartaceus, cum auctoris nomine, tum principio carens et sine. Exhibet Fragmentum commentarii in LEVITICUM, foliis 47 constans: ibi praecipue de rebus ad leprosum atque mulierum menstruo laborantium Leges spectantibus disputatur. [Hunt. 147.]

CI.

Codex chartaceus, ab initio mancus, anno Contractuum 1686, Hegirae 776, CHRISTI 1347, Sobae in Syria elegantissime exaratus, folia 180 habens, ubi comprehenditur Commentarius fatis accuratus in GENESIN et EXODUM, isque Arabico sermone compositus: auctore R. ABRAHAM BEN R. MOSCHE GAON BEN R. MAIMON DAIAN <sup>a</sup>. Olim ad R. ISAAC BAR OBADIA pertinuit.

[Hunt. 166.]

CII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, primoribus et postremis foliis diminutus, exhibens anonymi Commentarium in PSALMOS, JOBUM, RUTH, CANTICUM CANTICORUM, ECCLESIASTEN, PROVERBIA, brevi stylo ac methodo conscriptum, qui a versu primo PSAL. decimi usque ad captitis primi PROV. versum 21 pertingit. Folia aliquot in JOBLO loco sunt mota. [Hunt. 268.]

CIII.

Codex chartaceus, utrinque mutilus, foliis 270 constans, in quo occurrit anonymi in GENESIN Commentarius, e Libro Sohar imprimis et Tikkunim exScriptus, ubi Cabbalae beneficio complura panduntur mysteria: praeterea quicquid Sere Sententiarum ad Libri istius Sacri explanationem iit, ibi congeritur exponiturque. Definit in Parasha GEN. XLVII. 28. [Hunt. 287.]

CIV.

Codex chartaceus, a R. MOSHE BAR NATHAN DETH NARBONENSI, anno Mundi 5083, CHRISTI 1323, in usum R. CHAIIA COHEN, pereleganter exaratus. Ibi reperitur R. DAVID KIMCHI in EZECHIELEM Commentarius, foliis 190 comprehensus, cui, quia complurium vocabulorum lignificationes ex praestantissimo BEN GANNACH Lexico erant ab auctore exscriptae, nova manus, erasis primis vocibus, hunc praesixit situlum: Liber Radicum ABI WALID BEN GANNACH <sup>b</sup>.

[Hunt. 155.]

CV.

Codex membranaceus, anno Mundi 5090, CHRISTI 1330, descriptus, folia 172 implens. Complectitur Commentarium in ISAIAM, a R. DAVID BAR JOSEPH BEN KIMCHI elucubratum, et variis ab anonymo in margine infertis animadversionibus instructum. Librarius fe appellat JEHUDA BAR JOSEPH. [Hunt. 234.]

CVI.

Codex chartaceus, folia 148 numerans, ubi continentur:

10. Commentarius super ABEN EZRAM in

in PENTATEUCHUM, in scriptus: Biur sive Declaratio <sup>a</sup>. Nomen auctoris R. SHELOMO BEN JAISH.

2°. R. JOSEPH BEN CASPI Tractatus, in quo ea, quae ABEN EZRA in Commentario suo in PENTATEUCHUM obscurius dixerat, fusius dilucidiusque edisseruntur.

3°. R. ABRAHAM in notabilia Moreh Nebochim loca Commentarius: is tres in partes discretus Mystera Legis <sup>b</sup> inscribitur. [Hunt. 293. j  
CVII.

Codex chartaceus, characteribus luculentis, non designato anno, exaratus, foliis 200 constans. Ibi exhibetur Commentarius in GENESIN, Arabica lingua conscriptus, in quo auctor, qui est R. ISAAC GAON, haud inhaeret stricte verborum phrasiumque explanationi, sed variorum Doctorum quoque affert interpretationes, easque aestimat et momentis Suis ponderat. [Hunt. 294.]

CVIII.

Codex membranaceus partim, partim chartaceus, literis exscriptus minutis, ubi reperitur Commentarius literalis et moralis in PENTATEUCHUM, folia, quorum nonnulla vel Sunt lacera, vel inversa et loco mota, 147 complens: ibi Talmud Solum laudatur. De auctore non constat; initium enim et sinis desiderantur. [Hunt. 454.]

CIX.

Codex partim membranaceus, chartaceus partim, utrinque truncus, foliis 95 constans. Comprehendit RASHII sive R. SALOMONIS GALLI in LEVITICUM, NUMEROS et DEUTERONOMIUM, Commentarium, qui, incipiens a Sectione LEV. xxv. I, deficit in DEUT. XXVI. I. Folia aliquot vetustate avulsa recentior supplevit manus. [Hunt. 445.]

CX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, isque in gratiam R. SALMONI BAR MISSIM KIMCHI <sup>c</sup>, anno Mundi 5156, CHRISTI 1396, pulcherrime exaratus, continens R. EZRAE BEN SHELOMO, vulgo ex Familia Kimchiana R. SALMONI D dicti, in QUATUOR PROPHETAS PRIORES, nimirum JOSUAM, JUDICES, LIBROS SAMUELIS et REGUM, Commentarium, folia 176 complexum, qui Grammaticus et literalis est: illud tamen omne quod ad JOSUAM pertinet, praeter finem octo lineis constantem, desideratur. Calligraphus vocatur MOSHE BEN R. JESHUA ABEN MOSHE ROMAN <sup>c</sup>. [Hunt. 300.] CXI.

Codex chartaceus, perita exaratus manu, foliis 212 constans, quo continetur Commentarius in PARASHOTH NUMERORUM et DEUTERONOMII, itemque in HAPHTAROTH iis ex usu Judaeorum respondententes, Hebraeo-Rabbinicus, cui et Arabica quaedam immiscentur: auctore R. SAADIA BEN DAVID, qui ibi Grammaticam R. joNAE, Targum ONKELosi, Talmud, saepenumero laudat. [Hunt. 312.]

CXII.

Codex membranaceus, concinne compactus, ab ABRAHAM BAR SIMSON nitidissime exscriptus, folia, tres in columnas distincta, 278 habens. Ibi repraesentantur RASHII sive R. SALOMONIS JARCHI in PROPHETAS PRIORES, et POSTERIORES tum MAIORES tum MINORES, itemque

## UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 21

itemque PSALMOS, JOBUM, PROVERBIA, QUINQUE MEGILLOTH, DANIELEM, Commentarii. Nonnulla sub finem, proinde et anni nota, desiderantur. [Museo. 68.]

### CXIII.

Codex chartaceus, absque memorato exaratus anno, ubi habentur:

10. R. DAVID BAR JOSEPH BEN KIMCHI in JEREMIAM Commentarius: folia 104 complet.

20. BEN ASHER et BEN NAPHTHALI variae Lectiones in ISAIAM.

30. R. DAVID BEN JOSEPH BEN KIMCHI in EZECHIELEM Commentarius, foliis 108 constans.

[Museo. 85.]

### CXIV.

Codex chartaceus, a JOSEPHO BAR LEVI BAR MOSHE, anno Mundi 5248, CHRISTI 1488, Sobae Splendide exaratus, ubi occurrunt:

10. R. ABDIAE BEN ABDALMOCHSLN HISPANI sive R. DAVID BEN JOSEPH KIMCHI in ISAIAM Commentarius, folia 130 complexus.

20. Opus in capita viginti duo diductum, inscriptumque: Congregentur aquae <sup>3</sup>, cujus auctor R. SHEMUEL BEN AZARIA, vulgo HISPANUS TIBBONIS FILIUS. Id totum in Allegoriis, verbis mysticis, nodis item difficilioribus, qui nimirum in Lege, inque Prophetarum et Philosophorum scriptis, abditi latent, evolvendis et exponendis occupatur: in limine Philosophicis rationibus demonstratum itur, quare aquae et maria non obruant vel inundent terram.

[Marsh. 142.]

### CXV.

Codex membranaceus, concinne compactus, foliis 270 constans. Ibi conspicitur Commentarius in PROPHETAS PRIORES, itemque POSTERIORES MAIORES aequae ac MINORES, binis sub columnis digestus, qui, uno alterove sub initium folio carens, usque ad caput MALACHIAE secundum pertinet. Auctor est RASHI site R. SHELOMO BEN ISAAC. [Arch. Bodl. D, 23.]

### CXVI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, anno Mundi 5092, CHRISTI 1332, excellenter descriptus, qui folia complet 196. Eo continetur Commentarius in PENTATEUCHUM Medrashicus, sub duplici allegari solitus titulo: uno nempe, Tanchuma sive Consolatio; altero, Jellammedenu, hoc est, Docebit nos. Opus magnae apud Judaeos et existimationis et antiquitatis, cujus auctor, ex sententia communiore, est R. TANCHUMA BAR ABBA.

[Musco. 3757, 20.]

### CXVII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, atramento dilutiori, caractere ineleganti, exaratus, foliis 170 constans, ubi reperitur R. DAVID BAR JOSEPH BEN KIMCHI IN EZECHIELEM et PROPHETAS MINORES Commentarius, pertingens usque ad MALACHIAE verba: Et convertet cor patrum ad Filios. [Museo. 3761, 24.]

### CXVIII.

Codex chartaceus, pereleganter, sine anni tamen designatione, transcriptus, foliis, partim subrubidis, partim subfulvis, 210 constans. Exhibet Commentarios binos, priorem in ISAIAM, et ab initio et a sine nonnihilo truncum; alterum in JEREMIAM, integrum: utriusque auctor R. DAVID BEN JOSEPH KIMCHI



## 22 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

KIMCHI. In Fronte BERNARDUS Scripserat: Utile erit et Christianum cum editis conferre: ita licebit supplere. [Bernard. 20.]

### CXIX.

Codex membranaceus, a JEHUZEDEK BAR ELCHANAN <sup>a</sup>, anno Mundi 5051, CHRISTI 1291, duas in columnas nitide descriptus, idque in R. AHARON BAR ELIEZER usum, quo continentur:

10. Liber Pesikta dictus, folia 72 complectens: ibi auctor, cui nomen R. COHANA <sup>b</sup>, diversa loca Biblica, specialiter de vacca rufa, sabbato et festis, agentia, ex Mithnicorum et Gemaricorum dictis exponit. Initio quaedam desiderantur.

20. Commentarius in nonnulla EXODI capita, juxta tredecim regulas exegeticas confectus, inscriptusque Mechilta, foliis 80 constans. Incipit a capite XII: desinit, intermediis aliquot omissis, in xxxv.

30. Commentarius in LEVITICUM, Lex Sacerdotum; interdum Siphra, appellatus, folia 150 implens. Praemittuntur veterum Rabbiorum in exponenda Lege tredecim modi.

40. Commentarius in NUMEROS et DEUTERONOMIUM, sinis expers, folia tamen 127 habens: Siphri vocatur. De Operum horum auctoribus dissentiunt Judaei. [Maresc. 24.]

### CXX.

Codex chartaceus, literis lectu facilibus, non annotato anno, exaratus, qui foliis 250 absolvitur. Continet Opus, Illustratio Commentarii <sup>c</sup> inscriptum, ubi videlicet ea, quae a R. SHELOMO GALLO in suis super PENTATEUCHUM Commentariis obscurius involutiusque dicta erant,

in clara luce collocantur: auctore R. MOSHE GABBAI BAR SHEM TOB HISPANO.

[Museo. 3762, 25.]

### LIBRORUM SACRORUM INTERPRETES IN QUARTO. CXXI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, idemque characteribus minutissimis exaratus, ubi comprehenditur Commentarius in ISAIAM et JEREMIAM, presso admodum stylo ac methodo concinnatus, foliis quippe 58 constans, in quo tamen nonnunquam Linguae idiotismus et genius fati enucleate exprimuntur: prologo, auctoris nomine, ut et scriptionis aera, caret. [Laud. B, 78.]

### CXXII.

Codex chartaceus, a JOSEPH BAR ALI BEN isRAEL, in gratiam R. ISAAC BEN R. ABRAHAM coHEN, anno Mundi 5245, CHRISTI 1485, praesigni caractere exscriptus, quo continentur R. SHIMON BAR ZEMACH DURAN <sup>d</sup>, seculi decimi quarti Scriptoris, in JOBUM Commentarius, qui hoc circumfertur nomine: Amans Judicium <sup>e</sup>. Multa ibi e Philosophorum mente exprompta. Praemittitur praefatio, cum Carmine laudem Operis complectente. [Laud. L, 1.]

### CXXIII.

Codex chartaceus, anno Mundi 5171, CHRISTI 1411, transcriptus, ubi exhibetur R. LEVI BEN GERSHOM <sup>f</sup> sive GERSON in JOBUM Commentarius: auctor ille, qui, in Hispania natus, seculo decimo

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 27

cimo quarto floruit, tot exarasse scripta fertur, vix ut numerando percenseri possint. [Laud. L, 8.]

CXXIV.

Codex chartaceus, multiplici rudique exaratus manu. Ibi continentur:

i°. Observationes novae, sed imperfectae, in Commentarium quendam super PENTATEUCHUM, cum annexo Explanationis cujusdam in JOBUM Fragmento.

2°. R. DAVID BEN JOSEPH BEN KIMCHI HISPANI in PSALMOS Commentarius.

3°. Novae animadversiones in Commentarium quendam super PENTATEUCHUM, titulo: Novitates <sup>a</sup>. Conl. num. I.

4°. Commentarius in JOBUM, auctore R. LEVI BEN GERSHOM.

5°. Commentarius in QUINQUE MEGILLOTH, anno Mundi 5223, CHRISTI 1463, ab ELIEZER MOSHE BEN JOAB descriptus. Auctor est R. TOBIA BAR ELIEZER <sup>b</sup>.

6°. Libellus de Nativitatibus et Sortibus, initii et finis expers: constat sententiis arte dispositis. [Laud. L, 6.]

CXXV.

Codex chartaceus, in quo Scilicet reperiuntur:

i°. Anonymi Commentarius in PROVERBIA, caractere perexili, et lectu difficili, Scriptus.

2°. R. LEVI BEN GERSON in QUINQUE MEGILLOTH Commentarius : hic impressus Rivae Trid. anno Mundi 5320, CHRISTI 1560. Ibi tamen LIBER THRENORUM non conspicitur. [Laud. L. 11.]

CXXVI.

Codex chartaceus, manu triplici, eaque imperita, exaratus, ubi habentur:

i°. RAMBAN sive R. MOSHE BAR NACHMAN in JOBUM Commentarius, Explanatio <sup>c</sup> appellatus. Floruit auctor Seculo decimo tertio.

2°. Commentarius in PROVERBIA, anno Mundi 5209, CHRISTI 1449, exscriptus: hujus auctor R. LEVI BEN GERSHOM.

3°. Carmen, constitutiones quasdam Juridicas complectens, addita explicatione prosaica.

4°. Commentarius in VOLUMEN ESTHER, quem elucubravit R. ABRAHAM HISPANUS, cognomento ABEN EZRA.

5°. Dialogus de ciborum lege concessorum et vetitorum statutis, Arabico conceptus Sermone, [Laud. L, 14.]

CXXVII.

Codex membranaceus, elegantissime, non acta anni mentione, transcriptus, foliis 356 constans. Continet Commentarios in PENTATEUCHUM, et QUINQUE MEGILLOTH, RUTH nempe, CANTICUM CANTICORUM, ECCLESIASTEN, ESTHER et LAMENTATIONES JEREMIAE, CUM praefatione, ubi de quinque modis commentandi Legem sit sermo. Auctor est R. ABRAHAM BEN MEIR ABEN EZRA, [Pocock, 108.]

CXXVIII.

Codex chartaceus, caractere nitido, minus tamen venuste conformato, exaratus, folia 287 complens. Ibi reperitur Opus, quod totum in difficilioribus et perplexioribus locis, quae videlicet in R. ABRAHAM ABEN EZRAE Commentariis super PENTATEUCHUM obvia sunt, clare et dilucide edisserendis versatur: confecit id lucique commisit R. SHEM TOB BEN GAPHRUTH <sup>d</sup>. [Pocock. 108.]  
Codex

## CXXIX.

Codex chartaceus, rubigine vetustatis obsitus, in quo occurrunt:

i°. R. DAVID KIMCHI Commentarius in PSALMOS, Expositio Laudum <sup>a</sup> nuncupatus.

2°. R. ABRAHAM ABEN EZRAE Arcana <sup>b</sup> sive de recondita LEGIS doctrina Libellus, quatuor foliorum.

3°. Ejusdem in ECCLESIASTEN Commentarius, anno Mundi 4900, CHRISTI 1140, exaratus. In capitis septimi initio talis se offert nota : Medium Libri faciunt verba Tob Shem. Ergo non Appendix hujusce Commentarii, ut apud Clarissimum WOLF. Bibl. Hebr. Tom. iii. pag. 49 legitur, sed pars illius dimidia indicatur.

4°. Tractatus duplex de mactandorum animalium ratione apud Karaeos: posterior anonymus, alter ab ISRAELE AFRICANO confectus, inscriptusque : Ritus Mactationis <sup>c</sup>.

5°. Tractatus de mactandorum animalium ratione apud Rabbanaeos, tribus constans foliis. Auctoris nomen tacetur. [Pocock. 213.]

## CXXX.

Codex chartaceus, parum scite exaratus, ubi continentur:

i°. Tractatus, a R. LEVI BEN GERSHOM compositus, ac Signum animcea <sup>d</sup> appellatus. Auctor ibi, quae in Commentariis ABEN EZRAE in PENTATEUCHUM obscuriora et abstrusiora occurrunt, ea exponere aggreditur.

2°. Commentarius triplex in ABEN EZRAM super LEGEM: auctores vocantur R. SHELOMO GATANIO, R. MATATHIA JIZHARI, R. ABEN CASPI <sup>e</sup>. [Pocock. 183.]

## CXXXI.

Codex chartaceus caractere parvo, puro, anno Mundi 5195, CHRISTI 1435, descriptus, foliis 130 constans. Comprehenditur ibi Commentarius in CANTICUM CANTICORUM, Arabica lingua elaboratus, idemque magno ingenii et doctrinae apparatu ornatus: auctore R. JOSEPH COHEN, MAIMONIDAE discipulo. Praemittitur longa fatis praefatio, cujus primum folium lacerum. [Pocock. 189.]

## CXXXII.

Codex chartaceus, literis minutissimis, lectu tamen haud difficilibus, a R. SHABTAI BAR ABRAHAM, anno Mundi 5280, CHRISTI 1520, in usum proprium exaratus. Ibi exhibetur incerti scriptoris in LEVITICUM Commentarius, juxta tredecim Rabbnicos Legem interpretandi modos contextus, qui in fronte Lex Sacerdotum; in calce, Expositio in Legem Sacerdotum <sup>f</sup>, appellatur, foliis, quorum postrema aliquot madore sunt putrefacta, 190 constans: non omnino distinctus a Siphra. In prima Libri pagina R. DAVID BEN SHALOM CHARIRI <sup>g</sup> non auctoris, sed possessoris, est nomen. [Hunt. 400.]

## CXXXIII.

Codex chartaceus, anni destitutus, nota, folia implens 210. Complectitur Commentarium in GENESIN, sermone Arabico conscriptum, ubi, et sensus externus sive obvius et internus sive mysticus, luculenta illustratione aperitur: auctorem

#### UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 25

auctorem habet R. SAADIAM, BEN DAVID de Patre; BEN MERZUK de Familia, dictum. R. ISAAC CHALPHON, ad quem codex pertinet, tale in calce reliquit effatum: Maledictus sit qui furabitur illum, benedictus vero, qui leget in eo. [Hunt. 426.]

CXXXIV.

Codex chartaceus, Arabico exaratus sermone, constans Soliis 300. Ibi continetur Commentarius in EXODUM, a R. SAADIA BEN MERZUK <sup>a</sup> compositus, et a NISSIM TEMAM, tum in principio tum in fine, circulis, aliisque figuris, illisque nunc rubris nunc prafinis, sententias Biblicas complectentibus, exornatus. Ex Libris fuit olim R. ISAACI CHALPHON. [Hunt. 410.]

CXXXV.

Codex chartaceus, luculente, non designato anno, exscriptus, folia 186 complens. Continet Commentarium in LEVITICUM, lingua Arabica elaboratum : auctore R. SAADIA BEN MERZUK, Fuit aliquando illius possessor R. ISAAC CHALPHON. Librarius NISSIM TEMAM, in ultima pagina, dicit: Si sermo argentum, silentium aurum. [Hunt. 522.]

CXXXVL

Codex chartaceus, eadem ac superior exaratus manu, folia 204 habens. Ibi exhibetur Commentarius in LIBRUM NUMERORUM, Arabicus, quem conscripsit et foras dedit R. SAADIA BEN MERZUK. Complura ibi e veterum Rabbiorum mente exprompta. Quondam R. ISAACI CHALPHON Bibliothecam ornavit. [Hunt. 528.]

CXXXVII.

Codex chartaceus, foliis 170 constans. In eo habentur :

1°. R. SAADIAE BEN DAVID sive BEN MERZUK in DEUTERONOMIUM et THRENORUM LIBRUM Commentarii, Arabice concepti.

2°. Opusculum Hebraicum, illud describens bellum, quod singulis Sortium festis Judaei, Duce Bakbuk sive lagena vinaria, adversus puteum aquarum gerere Solent, partes vini tuentes. Situlus est: Tractatus de Inebriatis <sup>b</sup>, In sine quaedam deesse videntur.

3°. Explanatio HAPHTARAE, quae extat JER. VIII. 13, Arabica. [Hunt. 415.]

CXXXVIII.

Codex membranaceus, characterum forma et elegantia praesignis, folia 197 continens. Ibi reperitur anonymi in PENTATEUCHUM Commentarius, ex R. MOSHE BEN MAIMON, R. MOSHE BEN NACHMAN, R. SHELOMO BEN ADRATH, R. SHELOMO JARCHI, aliorumque scriptis, collectus, qui, incipiens a GEN. capite vi. desinit in DEUT. XXXIII, R. CHAIM LANIADO, in prima pagina, ait: Semper homo, dixere Rabbini, inscribat nomen suum in Libro suo, ne forte veniat aliquis e platea, et dicat illum esse suum; ea de causa et ego inscripsi nomen meum in Libro meo. [Hunt. 411.]

CXXXIX.

Codex chartaceus, prava et incondita manu, anno Mundi 5226, CHRISTI 1446, exaratus, qui foliis absolvitur 117. Exhibet Opus, scholia in obscuriora et difficiliora loca, quae in R. SALOMONIS JARCHI super PENTATEUCHUM Commentario extant, complectens, titulo: Illustratio <sup>c</sup>. Nomen auctoris R. SHEMUEL ALMOSHININO. Additae quaedam ad oras glossae et animadversiones. [Hunt. 517.]

Codex

## 26 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHAID.,

### CXL.

Codex chartaceus, non una exscriptus manu, ubi reperiuntur:

i°. Anonymi Opus lectu perdifficile, quo tractatus quidam Philosophicus, ad certa S. Scripturae loca accommodatus, exponitur, quinquaginta capitibus conclusum.

2°. Responsa Sapientis ad Quaesita quaedam, Sibi a Discipulo ex PENTATEUCHO proposita: ibi RAMBAM et RAMBAN persaepe laudantur.

3°. Explanatio in R. ABEN EZRAE Commentarium Super LEGEM. Illius auctor R. SHELOMO FRANCO <sup>a</sup>.

4°. R. ABRAHAM BEN ALTABIB <sup>b</sup> IN FRANCUM STRICTURAE sive animadversiones. [Hunt. 559.]

### CXLI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, isque a vermibus, quod ad priora folia, aliquatenus arrosus. Ibi reperitur R. ABRAHAM BAR CHAIIM BEN RAMUC <sup>c</sup> in PSAMOS Commentarius, qui prolixus est, et ad omnes versus pertinet: at tam impeditae impliciteque scriptus, ut, nisi repuerascas ad noscitanda elementa, vix ibi quicquam legas. Praemittitur Pfalmorum index, cum Rhythmo. [Hunt. 481.]

### CLXII.

Codex chartaceus, situ vetustatis squalidus, isque a tineis comesus, complectens Succinctum in SECTIONES LEGALES et PROPHETICAS, Festis Solennibus legi consuetas, Commentarium, in fine iunilum, folia tamen 114 implentem: nomen auctoris non proditur. [Hunt. 555.]

### CXLIII.

Codex chartaceus, prae vetustate ruinosus, temporis quo exaratus est vestigio carens, ubi reperiuntur RASHII Sive R. SHELOMO BEN ISAAC in NUMEROS et DEUTERONOMIUM Commentarii: iidem omnino cum illis, qui in publicum saepe jam divulgati sunt. Nonnulla in medio codice folia desiderantur. [Hunt. 425.]

### CXLIV.

Codex chartaceus, nitide, absque anni annotatione, exscriptus, foliis 248 constans. Continet Opus, Eucleatus RAMBAN <sup>d</sup> in scriptum, ubi ea, quae a R. MOSE NACHMANIDE, in suo super PENTATEUCHUM Commentario, vel praetermissa vel leviter tacta erant, luculentissime et dilucidissime explicantur. Appellatur auctor R. ISAAC. [Hunt. 556.]

### CXLV.

Codex chartaceus, foliis ab initio 18 mutilus. Eo continentur:

i°. Cabbalisticus R. ABIGDOR in selectiora PENTATEUCHI loca Commentarius, foliis 13 constans. Initium sumit ab EXOD. capite xxi: terminatur in DEUT. XXXIII. I.

2°. Anonymi Commentarius <sup>e</sup> sive Libellus, ea scriptionis compendia, quae per notabiliores PENTATEUCHI phrases in Masora occurrunt, exponens. Complet 26 paginas. [Hunt. 609.]

, . . . . • • ,

### CXLVI.

Codex membranaceus partim, partim chartaceus, fine et anni nota carens. Occurrit in eo peregregius in JOSUAM, JUDICES, et PRIMUM SAMUELIS LIBRUM, Commentarius, qui industriae et calamo R. DAVID BEN JOSEPH BEN KIMCHI acceptus fertur. Deficit in capitis vicesimi quinti versu 39. [Hunt. 558.]

Codex

UNA CUM ARABI CHARACTERIBUS. HEBRAICIS. EXPRESSIS. 27

CXLVII.

Codex chartaceus, multiplici exaratus manu, quo continentur :

1°. Fragmenta Commentariorum in nonnulla s. scripturae loca: in quibus de Providentia DEI, patientia JOBI, curru EZECHIELIS, tabulis MOSIS, aliisque rebus, subtiliter et variis ratiocinandi modis disseritur. Unum ita incipit: Dixit ISAAC de Prosapia ARUNAS <sup>a</sup>.

2°. Commentarius anonymi in GENESIN, initium ducens a capite XVIII.

3°. Tractatus de Arte incidendi sive diffecandi corpora humana, capitibus xxx. comprehensus. Auctor non nominatur. [Hunt. 613.]

CXLVIII.

Codex chartaceus, characteribus parvis, absque titulo et anni nota, exaratus, foliis 42 constans. Continet Cabbalisticum in PENTATEUCHUM Commentarium, a Parasha prima ad eam, quae DEUT. xvi. 18 extat, protensum, ubi secundum Gematriae regulas, vocabulis ad arithmetica revocatis, res variae, in profundo demersae, eruuntur. Principium tale: Cur incipit Lex a Beth et non ab Aleph ? Nullum de auctore verbum. [Hunt. 596.]

CXLIX.

Codex membranaceus, haud una exscriptus manu, ubi exhibentur:

1°. Anonymi in DANIELEM et ESDRAM Commentarii : prior folia 20, posterior 10, complet.

2°. Dialogus inter opulentum Regis cujusdam filium et religiosum quendam virum de DEO ejusque timore, de anima, de fide amicis praestanda, de praemio et poena, de fortunae inconstantia, de rerum caducarum et periturarum contemptu, xxxv. capitibus, prosa et rhythmo conceptis, constans, cui titulus: Liber Religiosi et Filii Regis <sup>b</sup>. Opus Graece primum scriptum, hinc Arabice, ac denique ab ABRAHAM BAR CHASDAI, qui seculo XII. inclinante floruit, Hebraice translatum, dicitur. Desideratur primum caput.

3°. R. JOSEPH KARAC <sup>c</sup> in LIBRUM JOBI Commentarius, Solia 57 implens.

CL.

Codex chartaceus, nobili exaratus caractere, ubi habentur:

1°. R. MOSHE BEN NACHMAN <sup>d</sup> IN JOBUM Commentarius, a JACOBO BAR MOSHE OBADIA Valladoleti Seu ValliSoleti, anno Mundi 5218, CHRISTI 1458, descriptus.

2°. Commentarius in CANTICUM CANTICORUM, verba contextus Sacri minio habens depicta. Auctor R. JOSEPH KIMCHI. [Maresc, 73.]

CLI.

Codex chartaceus, ab OBADIA BAR, SHELOMO, anno Contractuum 1823, CHRISTI 1511, pulchre exaratus, foliis 153 constans, Continet Commentarium in GENESIN, omni Sere allegoria destitutum, quem R. SHEMUEL HANNAGID BAR DAVID BAR SHELOMO <sup>e</sup> expraestantissimis Rabbini collegit. Opus bonae frugis plenum. [Marsh. 643.]

CLII.

Codex chartaceus, eadem ac prior scriptus manu, folia 168 complens. Ibi reperitur R. SHEMUEL HANNAGID in LIBRUM NUMERORUM Commentarius: auctor singulas textus sacri voces vel phrases diligenter persequitur, et fatis bene explicat. Ad calcem haec a Librario annotata leguntur verba: Libri quatuor, auxilio occulta scientis, ad exitum sunt

## 28 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

sunt perducti, incipiam ergo Librum Deuteronomii. [Marsh. 626.]

CLIII.

Codex chartaceus, litera perparvula exaratus. Ibi exhibetur ignoti auctoris in PENTATEUCHUM Commentarius, ex celebrioribus Judaicae Sapientiae Magistris, cum primis e RASHII operibus, decerptus, adjectis ad oras, quando res aliqua obscura et difficiles explicatus habens occurrit, luculentissimis Scholiis: mutilus utrinque est, quippe, ducto initio a capite GEN. XVIII. terminatur in DEUT. xvi. 18. [Marsh. 73.]

CLIV.

Codex chartaceus, nitide et terse, anno CHRISTI 1513, transcriptus, ubi occurrunt:

10. Commentarii in PROVERBIA, JOBUM, DANIELEM, ESDRAM, ac denique LIBROS PARALIPOMENORUM, ab anonymo collecti. Ad calcem haec conspicitur epigraphe: Absoluta est haec Collectio, feria quarta, die 25 mensis Tammuz anni 273, ad mandatum R. JACOB GALLI <sup>a</sup>

20. Expositiones in QUINQUE MEGILLOTH Medrashicae. Auctoris nomen abest. [Seld. Arch. A, 102.]

CLV.

Codex chartaceus, perexili descriptus caractere, ubi continetur Commentarius in LEVITICUM, Sermone Arabico elaboratus, atque Exegesis <sup>b</sup> nuncupatus, cujus singulas Sectiones praefatiuncula praecedat, simulque Carmen rhythmicum claudit. Clarissimus WOLF. Bibl. Hebr. Tom. iv. p. 937, illum ad R. SAADIAM BEN DAVID refert: omnino auctor ignoratur. [Musco 171.]

LIBRORUM SACRORUM

INTERPRETES IN OCTAVO.

CLVI.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1556, CHRISTI 1244, perbelle exaratus, continens Commentarium in ISAIAM, Arabica lingua elucubratum, et Paraphrasis <sup>c</sup> in scriptum, qui foliis, quorum priora recens sunt suppleta, 152 constat: auctore R. SAADIA BEN JOSEPH, Synagogae capite. Floruit SAADIA ille seculo decimo. [Pocock. 32.]

CLVII.

Codex membranaceus partim, partim chartaceus, folia, cum tineis et blattis luctantia, 104 complens. Complectitur literalem et Grammaticum in LIBRUM PROVERBIORUM Commentarium, ubi verba contextus sacri, quae explicantur et excutiuntur, minusculis sunt characteribus expressa, passimque punctis insignita. Auctor R. MOSHE BEN KIMCHI HISPANUS. [Hunt. 227.]

CLVIII.

Codex chartaceus, longinquitate temporis ruinosus, foliis 110 constans. Ibi reperitur Commentarius in SECTIONES illas LEGALES et PROPHETICAS, quae diebus festis et solennibus, in Judaeorum Synagogis legi consuevere, Arabice conscriptus: auctorem habet R. TANCHUM HIEROSOLYMITANUM.

[Hunt. 607.]

Codex

UNA CUM ARABI CHARACTER. HEBR. EXPRESSIS. 29

CLIX.

Codex chartaceus, principio aeque ac fine carens, ubi reperiuntur:

i°. Commentarius in PENTATEUCHUM Grammaticus, a R. NACHMAN BAR FRANC in gratiam R. ABRAHAM BAR MORDECHAI, anno Mundi 5176, CHRISTI 1416, exaratus: auctore R. EZRA BEN SHELOMO BEN GATNIN, Cognomento ESTROK SHELOMO <sup>a</sup>, a quo id operis, ut ipse in calce testatum reliquit, ad umbilicum est perductum, anno Mundi 5132, id est CHRISTI 1372, Grumenti Sive in urbe Agrimonte.

2°. Ejusdem Liber qui inscribitur: Secretum Domini timentibus se <sup>b</sup>. Auctor ibi Commentariis ABEN EZRAE in PENTATEUCHUM lucem et praesidium afferre conatur. [Hunt. 217.]  
CLX.

Codex chartaceus, densus, forma oblongus, anno Contractuum 1633, CHRISTI 1321, descriptus. Continet Meletemata et Animadversiones in selectiora PENTATEUCHI loca, ea praecipue, quae de ritibus in Paschate celebrando servandis, deque Sacerdotum legibus et officiis, praecipiunt : addita appendice.. Opus, excepta Talmudica farragine, Arabice elaboratum: auctore R. ISAAC GAON. [Hunt. 241.]

CLXI.

Codex chartaceus, longinquitate temporis attritus exesusque, foliis 103 constans. Ibi comprehenditur incerti scriptoris in GENESIN et primam EXODI Parasham Commentarius, isque ad priscorum religionis Judaicae interpretum mentem accommodatus: diligens in primis est auctor in annorum computo. [Hunt. 391.]

CLXII.

Codex chartaceus, literis luculentis, nitidis, omissa anni nota, exaratus, folia 96 continens. Ibi exhibetur Commentarius in LIBRUM NUMERORUM, ab auctore anonymo partim ex praeclaris R. MOSHE HADDARSHAN, R. PINCHAS BEN JAIR, R. JEHUDAE BEN SHELOMO, R. TANCHUMAE, operibus, partim ex propriis cogitatis, conflatus. R. JOSEPH BEN HILLEL ait in calce : Emi ego illum mihi ipsi, faciat me DEUS dignum, ut legam in eo ego; et semen meum ; et semen seminis mei, usque ad finem omnium generationum in Secula seculorum. Amen. [Hunt. 389.]

CLXIII.

Codex chartaceus, vetustus, nec temporis prodens vestigium, nec auctoris nomen. Continet Commentarium in DECALOGUM, Arabicum, capitibus decem, foliis situ squalentibus 12, comprehensum, qui hoc praenotatur titulo: Decem praeceptorum Paraphrasis <sup>c</sup> [Hunt. 402.]

CLXIV.

Codex chartaceus, duplici exaratus manu. Continentur eo:

i°. R. ISAAC ABUHAB <sup>d</sup> in nonnullas SECTIONES LEGALES Commentarius, partim literalis, partim allegoricus et Cabbalisticus. Complura ibi passim congeruntur ex Talmude, et aliunde.

2°. Fragmentum Commentarii in PSALMOS : non exprimitur auctoris nomen. [Hunt. 342.]

CLXV.

Codex chartaceus, cum auctoris nomine, tum anni carens nota, ubi reperitur Commentarius in EXODUM, Arabica



### 30 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

bica lingua conscriptus, isque ab allegoriis abstinens, in solo sensu literalis inhaerens : laudatur nonnunquam R. SAADIA GAON, ut et Talmud. Primum folium Commentarii in GENESIN finem duntaxat exhibet. [Hunt. 376.]

CLXVI.

Codex chartaceus, accurata descriptus manu, foliis 314 constans. Ibi continetur Commentariorum mysticorum in PENTATEUCHUM, a R. JACOB BEN CHANANEL SEKILI compositorum, ac Lex Oblationis inscriptorum, Pars posterior, quae LEVITICUM, NUMEROS et DEUTERONOMIUM, explanat, ducto initio a capite xvi. Tale Operi imponitur fastigium : Memoriam nominis mei annunciabit obsignatio mea, postquam in terram meam reversus fuero: etenim manus mea consumetur, et scriptum meum remanebit. Anno Contractuum 1842, nempe CHRISTI 1530. [Hunt. 476.]

CLXVII.

Codex chartaceus, literis perparvis exaratus, folia 154 complectens. Ibi exhibetur Commentarius in PROVERBIA, eruditus, et compluribus ad sancte vivendi studium incitamentis refertus: verum prae temporis injuria utrinque truncus, incipiens scilicet a capitis secundi versu 9, desinens in capitis xxxi. versu 18. De auctore nihil compertum. [Hunt. 407.]

CLXVIII.

Codex chartaceus, varia scriptus manu, ubi continentur:

i°. Commentarius anonymi in LIBRUM NUMERORUM et primum DEUTERONOMII caput, Arabice elaboratus.

2°. Conciones Arabicae de Fide, Justitia, Perfectione, Precatione, Modestia, Pudore, Mifericordia.

3°. CANTICUM CANTICORUM, cum punctis, et Paraphrasi Arabica, usque ad capitis octavi versum 5 pertingens.

4°. Commentarius Arabicus in DEUTERONOMIUM, incipiens a capitis tertii versu 23, desinens in Parasha, quae extat XXIV» 10. [Hunt. 496.]

CLXIX.

Codex chartaceus, egregio exaratus caractere, foliis 160 constans. Eo continetur Commentarius in EXODUM, initio et fine prae vetustate mutilus, incipiens quippe a capite decimo, desinens in capitis XXXVIII. versu 21. Laudantur ibi R. AKIBA, R. ELIEZER, R. BEN NACHMAN. De auctore non constat. [Hunt. 397.]

CLXX.

Codex chartaceus, characteribus ex scriptus minutis, qui folia numerat 81. Ibi occurrit anonymi in insigniora et notabiliora GENESEOS, EXODI et LEVITICI, loca Commentarius, utrinque mancus, et variis pravis transpositionibus laborans. [Hunt. 577.]

CLXXI.

Codex chartaceus, situ passim et madore corruptus, foliis 256 constans. Continet Commentarium in EXODUM, Arabicum, compluribus quaesitis et responsis, itemque historiis Tulmudicis, distinctum, qui, incipiens a capite primo, deficit in capitis xxx. versu 11. Auctoris nomen latet. [Hunt. 497.]

CLXXII.

Codex membranaceus partim, partim chartaceus, folia 62 complens, ubi continetur R. MOSHE BAR NACHMAN in JOBUM Commentarius, duplici manu exaratus, cui situlus: Expositio <sup>a</sup>. Floruit RAMBAN seculo decimo tertio. [Marsh. 45.]

Codex

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 31  
CLXXIII.

Codex chartaceus, caractere exaratus mundo, lectu facili, constans foliis 63. Complectitur brevissima methodo conscriptum in LEVITICUM et DEUTERONOMIUM Commentarium, sed mancum fine: deficit enim in capite xxvi. Nomen auctoris reticetur. [Marsh. 65.]

CLXXIV.

Codex chartaceus, initio et fine dessitutus, foliis constans 122. Ibi reperitur anonymi in GENESIN et EXODUM Commentarius, incipiens GEN. VI. 9, definens EXOD. XXVII. 20. Conjectae quaedam ad oras notae. [Marsh. 225.]

T A L M U D

ET ILLIUS INTERPRETES I N F O L I O.

CLXXV.

Codex membranaceus, peramplus, splendidissime, non indicato anno, exaratus, foliis, duas in columnas partitis, 334 constans. Continet Commentationes in illos Talmudis Tractatus, qui scilicet inscribuntur de Sabbato, de Mixtionibus, de Paschate, de Ovo quod die festo natum est, de Scenopegiis, de Principiis anni, de Lectione voluminis ESTHER, de Solennitate expiationum, de Jejuniiis, de Profanis, de Mulierum menstruis, de Benedictionibus, de Fratrum jure, de Literis matrimonialibus, de Divortiis, de Sponsalibus et Sponsalitiis, de Muliere ad adulterium declinante, de Votis, de Damnis, de Conductione et Locatione, de Emptione et Venditione, de Synedriis, de Plagis, de Juramentis. Auctor vocatur R. JESHAIA POSTERIOR<sup>a</sup>. [Laud. A, 163.]

CLXXVI.

Codex membranaceus, politissimis exscriptus literis, qui foliis, triplici columna distinctis, 141 constat. Ibi continetur R. MOSIS MAIMONIDAE Compendii Talmudici, quod Jad Chasaka sive Manus fortis; interdum Mifhne Tora, id est Repetitio Legis, appellatur, Volumen primum, complectens Libros tres: primus inscribitur de Scientia; secundus, de Amore; tertius, de temporibus. Antecedit praefatio, cum praeceptorum affirmantium et negantium, Librorum item et tractatum totius Operis, sciagraphia sive indice. [Laud. A, 165.]

CLXXVII.

Codex membranaceus, luculente, fine anni mentione, exaratus, folia, duas in columnas divisa, 162 implens. Comprehendit R. MOSIS MAIMONIDAE Compendii Talmudici, quod quatuor Partibus, quatuordecim Libros simul complectentibus, absolvitur, Volumen secundum, exhibens Librum quartum de Mulieribus; quintum, de Sanctitate; sextum, de Separatione. Librarii nomen JONATHAN BEN SHABTAI.

[Laud A, 166.]

CLXXVIII.

Codex membranaceus, venustissimis transcriptus characteribus, foliis, tres in columnas dispertitis, 211 constans. Ibi reperitur praedicti Compendii Talmudici Volumen quartum, in quo sequentes conspiciuntur Libri hoc ordine: decimus nempe de Purificationibus, initii expers, duodecimus de Possessionibus et Acquisitionibus, undecimus de Damnis, decimus tertius de Judiciis, decimus quartus de Judicibus, quartus de Mulieribus. [Laud. A, 164.]

Codex

24 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

CLXXIX.

Codex membranaceus, belle exaratus, folia, quorum quodque duas in columnas abit, 127 complens. Complectitur succinctam anonymi Enarrationem Tractatum Talmudicorum de Benedictionibus, de Profanis, de Primogenitis, de Sabbato, de Mixtionibus, de Paschate, de Ovo quod die festo genitum est, de Diebus quati festis, de Jejuniis, de Lectione Libri ESTHER, de Initiis anni, de Expiationibus, de Scenopegiis, de Damnis, de Rebus inventis, de Societate in commerciis, de Juramentis, de Idololatria, de Plagis, de Literis matrimonii, de Fratris mortui uxore vel ducenda vel discalceatione dimittenda, de Libello repudii, de Sponsalibus et Sponsalitiis, de Muliere menstruo laborante, de Votis. Laudantur ibi RAMBAN et RASHI : utroque igitur auctor recentior. [Laud. B, 152.]

CLXXX.

Codex membranaceus, foliorum 88, qui olim ad R. ELIEZER BAR SHEMUEL COHEN pertinuit. Ibi reperitur R. MOSIS MAIMONIDAE Compendii Talmudici Pars prima, duos complectens Libros, unum de Scientia, alterum de Amore, inscriptum : posterior deficit in Libro Legis. Praeponitur praefatio, cum Praeceptorum syllabo, Librorumque et tractatum totius Operis situlis. [Laud. F, 115.]

CLXXXI.

Codex membranaceus, peritia characterum quadratorum et elegantia vel praestantissimis par, foliis, duplici columna distinctis, 343 constans, quo continentur Compendii Talmudici, Mishne Tora sive Repetitio Legis nuncupati, Libri priores quinque, inscripti videlicet de Scientia, de Amore, de Temporibus, de Mulieribus, de Sanctitate. Praemittitur Praeceptorum affirmantium et negantium feries, cum totius Operis conspectu. [Pocock. 307.]

CLXXXII.

Codex chartaceus, vetustus, folia habens 300. Continet Commentarium in quartam Talmudis partem, quae est Seder Kodashim, Arabico confectum sermone, cujus auctor R. MOSES MAIMONIDES. Desiderantur quaedam in initio: etenim incipit a capite tractatus Baba Kama octavo. [Pocock. 295.]

CLXXXIII.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1533, CHRISTI 1221, elegantissime descriptus, folia 208 complens, ubi exhibetur R. MOSIS MAIMONIDAE Commentarius in Partem Talmudis primam sive Seder Seraim, Arabice elaboratus: praemittitur praefatio, quam a Clarissimo POCOCCIO Latinae consuetudini traditam in Porta MOSIS videre est. [Pocock. 260.]

CLXXXIV.

Codex chartaceus, literis transcriptus quadratis, folia, capacissimo margine praedita, 96 complens, ubi conspicitur Partis Talmudicae primae, Seder Seraim appellatae, Tractatus tertius, isque, per aliquot paginas, R. SALOMONIS Commentario munitus, verum ita madore multis in locis corruptus, ut characteres vix possint cognosci: de iis agitur ibi rebus, de quibus dubium, an Decimae DEO datae sint, necne. [Hunt. 21.]

CLXXXV.

Codex chartaceus, rudi praecipitique exaratus manu, ubi habetur R. SALOMONIS Levitae in Ordinis Talmudici quarti, Nesikin dicti, Tractatum sextum, scilicet de Juramentis inscriptum, Commentarius, foliis, quorum nonnulla vel partim vel prorsus vacua sunt, 47 constans. [Hunt. 44.]

CLXXXVI.

Codex chartaceus, eadem ac prior manu

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 41

manu exaratus, folia, quorum pleraque scriptura carent, 66 implens, quo continetur in Partis Talmudicae quartae, Seder Nesikin nuncupatae, Tractatum nonum de Idololatria

Commentarius:

auctore R. MOSE TUDELENSI <sup>A</sup>.

[Hunt. 45.]

CLXXXVII.

Codex membranaceus, luculente politeque, fine notato tempore, exscriptus, foliis 145 constans. Ibi reperiuntur Compendii Talmudici, Jad Chasaka vocati, Libri posteriores tres, duodecimus nempe de Possessionibus et Acquisitionibus, initio truncus; decimus tertius de Judiciis; decimus quartus de Iudicibus. Ex Libro undecimo primum folium apparet folium. [Hunt. 34.]

CLXXXVIII.

Codex membranaceus, characteribus quadratis, pevenustis, descriptus, folia, quorum singulae paginae duplici columna constant, 230 implens. Continet compendii Talmudici, Manus fortis appellati, Libros posteriores octo, septimum videlicet de Seminibus, qui incipit a Halacha tertia ; octavum de Ministerio sacro; nonum de Sacrificiis; decimum de Purificationibus; undecimum de damnis; duodecimum de Possessionibus et Acquisitionibus; decimum tertium de Judiciis; decimum quartum de Iudicibus. [Hunt. 49.]

CLXXXIX.

Codex chartaceus, a BARCUTH COHEN BAR SAR SHALOM COHEN <sup>B</sup> ad Usum proprium, anno Contractuum 1617, CHRISTI 1305, graphice exscriptus, foliis 260 constans. Ibi reperiuntur Commentarii in sequentes R. ISAAC BEN R. JACOB ALPHESI Compendii Talmudici Tractatus: nimirum R. PERACHIAE <sup>C</sup> in Shabbath ; R. JEHUDAE COHEN <sup>D</sup> IN Sanhedrin; R. JEHUDAE in Maccoth et Aboda zara; R. SACCAI <sup>C</sup> IN Gittin; R. CHANANEL <sup>F</sup> in Kiddushin. Desiderantur sub finem nonnulla. [Hunt. 252.]

CXC.

Codex chartaceus, vetus, nulla fui parte mutilus, folia 188 complens. Exhibet R. MOSIS MAIMONIDAE Compendii Talmudici Libros priores duos, alterum puta de Scientia inscriptum, de Amore alterum: praemittitur Praeceptorum et Tractatum omnium epitome: claudit opus Carmen rhythmicum, quod R. CHANANEL BEN CARATA in honorem auctoris condidit. [Hunt. 80.]

CXCI.

Codex chartaceus, luculente exaratus, foliis 132 constans. Continetur eo R. MOSIS MAIMONIDAE Commentarius in Partem Talmudis primam, quae scilicet Seder Seraim inscribitur, Arabice elucubratus, cum Praefatione, ubi de Mishnae et Gemarae ratione. [Hunt. 117.]

CXCII.

Codex chartaceus, nitide, non facta anni mentione, exscriptus, foliorum 260. Ibi reperitur R. ISAAC ALPHESI Compendii Talmudici Pars prima, sequentes complectens Codices: Berachoth, Shabbathy Erubin, Pesachin, Joma, Succa, Jom tob, Taanith, ROSH hashshana, Megilla Moed; succedunt tractatuli de Pollutione, de Libro Legis, de Scheda quae postibus januarum includitur, de Phylacteriis, de peniculamentis; ultimus codex vocatur Chulin. [Hunt. 135.]

Codex

## 34 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

### CXCIII.

Codex chartaceus, vetustus, totuSque prae vetustate putridus. Complectitur Compendii Talmudici, Jad Chasaka nuncupati, Librum Sextum, qui nimirum inscribitur de Separatione. Principium et finis periere. [Hunt. 286.]

### CXCIV.

Codex chartaceus, humore situque in ima parte corruptus, folia 102 implens. Continet Commentarium Arabicum in Compendii Talmudici, Manus fortis nomine celebrati, Librum secundum, inscriptum puta de Amore. Auctor est

R. SHELOMO BAR JACOB BAR MOSHE BAR SHEMUEL <sup>A</sup>, qui in Operis fronte splendidissimis titulis ornatur. [Hunt. 271.]

### CXCV.

Codex membranaceus, magnam passus antiquitatem, foliis 210 constans. Eo continentur Compendii Talmudici, Jad Chasaka dicti, Libri tres: sextus de Separatione, septimus de Seminibus, octavus de Ministerio sacro. Unum alterumve deest in principio folium, plura desiderantur in sine. [Hunt. 310.]

### CXCVI.

Codex chartaceus, anno Mundi 5075, CHRISTI 1315, nitide exaratus, folia 200 complens. Complectitur Compendii Talmudici, quod Repetitio Legis nuncupatur, Librum decimum, inscriptum scilicet de Purificationibus. [Hunt. 305.]

### CXCVII.

Codex chartaceus, imperita transcriptus manu, ubi continentur:

i°. R. MOSIS MARMONIDAE Compendii Talmudici Liber tertius, videlicet de Temporibus <sup>b</sup> inscriptus, foliis 155 constans : non conspicitur ibi debitus Sectionum ordo; insuper quaedam in sine desunt.

2°. Commentarius in Parathoth LEVITICI et illis respondentes Haptharoth, Arabicus partim, partim ex Talmude Hebraicus. Principium et sinis, proinde et auctoris nomen, desiderantur. [Marsh. 382.]

### CXCVIII.

Codex membranaceus, luculente, non expresso anno, exaratus, folia 147 implens, ubi reperiuntur Compendii Talmudici, Manus fortis appellati, Libri priores duo: unus de Scientia, alter de Amore. Praeponitur praeceptorum affirmantium et negantium ordo, initio cacarens. [Marsh. 116.]

### CXCIX.

Codex chartaceus, venusta et vetusta descriptus manu, foliis 100 constans. Exhibet Compendii Talmudici, quod Repetitio Legis nuncupatur, Librum undecimum, inscriptum scilicet de Damnis <sup>c</sup>. [Marsh. 344.]

### CC.

Codex membranaceus, amplus, literis Hebraeo-Germanicis, nitidis, non consignato anno, exaratus, folia, duas in columnas divisa, 300 complens. Complectitur R. MOSIS MAIMONIDAE Compendii Talmudici Libros posteriores quatuor: undecimum nempe de Damnis; duodecimum de Possessionibus et Acquisitionibus; decimum tertium de Judiciis; decimum quartum de Judicibus. Ad textum accedunt R. MEIR ROTENBURGENSIS animadversiones, caractere minutiore expressae. [Seld. Arch. A, 4.]

Codex

tjNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 41

CCI.

Codex membranaceus, quantitate molis insanus, foliis, certas in columnas partitis, 510 constans. Ibi occurrit R. MOSIS MAIMONIDAE Compendium Talmudicum, elementis literarum HebraeoGermanicis elegantissime exaratum, simulque animadversionibus variis, in ipsis textus columnis minore caractere infertis, instructum. Praemittitur praeceptorum, Librorum item et tractatum<sup>^</sup> ferias. [Seld. Arch. B, 2.]

CCII.

Codex membranaceus, amplius, scite venusteque exaratus, folia, duas in columnas distincta, 320 complens. In limine occurrunt Libri hi: Porta prima, Porta media, Porta postrema, Synedrium; sequuntur inscripti de Plagis sive flagellatione, de Juramentis, de Idololatria, de Documentis judicum, de Benedictionibus, de Festivitate, de Profanis, de Sacrificiis, de Excisione animarum, de Oblationibus vespertinis, de Primogenitis, de Aestimationibus, de Permutatione, de Decimatione dubia, de Heterogeneis, de Oblationibus, de Decimis, de Placenta, de Praeputio arborum, de Primitiis, de Vasis, de Domibus, de Balneariis, de Fluxu laborantibus, de Loto diei, de Petiolis fructuum, de Purificationibus, de Plaga leprae, de Vacca rufa, de Siclis, de Sabbato, de Mixtionibus, de Paschate, de Die expiationis, de Tabernaculo, de Volumine ESTHER, de Ovo diei festi, de Jejunio, de Festo parvo seu interfesto, de Fratruum jure, de Sponsalibus, de Literis matrimonii, de Libello repudii, de Muliere menstruata, de Muliere declinante, de Nasiraeo, de Votis, de Testificationibus; agmen claudunt Scribae, Sponsa, et Via terrae sive de Moribus Massecheth. Praemittitur tractatum capitumque index. [Seld. Arch. A. 7.]

CCIII.

Codex chartaceus, nobili caractere, anno Contractuum 1649, CHRISTI 1337, exaratus, foliis 142 constans, quo continentur Compendii Talmudici, quod ALPHESI nuncupatur, tractatus sequentes: Baba batra, Sanhedrin, Maccoth, Shebuoth, Aboda Zara; nonnihil ab editis hic illic discrepantes. Accedit R. MOSIS MAIMONIDAE in Horaioth Commentarius, Arabice. [Bernard. 106. AE, E, 3, 4.]

CCIV.

Codex membranaceus, luculentissime, fine anni nota, transcriptus, ubi reperitur anonymi in Capitula Patrum Commentarius, Sectionibus quinque, foliis vero, duplici columna distinctis, 26 constans. [Museo. 74.]

CCV.

Codex chartaceus, integer, nisi quod pro abrasis interdum vetustate literis alias quasdam dederit recentior calamus, foliis 135 constans. Complectitur R. MOSIS MAIMONIDAE Compendii Talmudici Librum tertium, inscriptum videlicet de Temporibus. [Museo. 3760, 23.]

TALMUD

ET ILLIUS INTERPRETES IN QUARTO.

CCVI.

Codex membranaceus, folia 82 implens, ubi comprehenditur Commentarius in Tractatum Talmudicum, de Die expiationis inscriptum, foliis nonnullis ab initio avulsis deminutus. Auctor ignoratur. [Laud. A, no.]

CCVII.

Codex chartaceus, blattas et tineas passus, foliis 166 constans, in quo habetur R. MOSIS MAIMONIDAE Compendii Talmudici

### 36 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

Talmudici Liber decimus, ubi de variis pollutionum generibus. [Laud. L, 17.]  
CCVIII.

Codex chartaceus, a R. SHELOMO LEVI BAR SHEMUEL luculente exaratus, folia 218 numerans. Comprehendit Commentarium in tractatus Talmudicos tres, videlicet ex Ordine sexto, qui nomine Munditiei inscribitur, in Oholoth, Negaim et Para, Arabice conceptum : auctore R. MOSE MAIMONIDE. Puncta non raro textui Mishnico subflernuntur. [Pocock. 233.]

CCIX.

Codex chartaceus, eadem ac prior manu exscriptus, foliis 102 constans. Eo continetur R. MOSIS MAIMONIDAE Commentarius Arabicus in partis Talmudicae quartae, quae Damnorum praenotatur titulo, Libros quinque, nimirum Baba kama, Baba mezia, Baba batra, Sanhedrin et Maccoth. Olim ad MUSA BEN ABDALMOCHSIN pertinuit. [Pocock. 235.]

CCX.

Codex chartaceus, eadem qua superior manu descriptus, folia 160 complens. Ibi reperitur Commentarius in partis Talmudicae secundae, Seder Moed dictae, codices tres, nempe Shabbath, Erubin, Pesachim, Arabice confectus, cujus auctor R. MOSHE BEN MAIMON. Fuit illius olim possessor MUSA BEN ABDALMOCHSIN. [Pocock. 236.]

CCXI.

Codex chartaceus, eadem ac praecedens manu, anno Contractuum 1535, CHRISTI 1223, transcriptus, foliis 220 constans, quo continetur Commentarii Arabici in partem Talmudicam quin-

tam, Seder Kodashim nuncupatam, Tomus posterior, incipiens a Tractatu quarto, qui de Primogenitorum agit jure. Auctor salutatur R. MOSHE BEN MAIMON. [Pocock. 237.]

CCXII.

Codex chartaceus, eadem ac prior manu exaratus, folia 172 implens. Complectitur R. MOSIS MAIMONIDAE Commentarii Arabici in partem Talmudis primam, Seder Seraim<sup>a</sup> dictam, Volumen primum, quatuor illustrans Libros, qui inscribuntur de Benedictionibus, de Angulo agri, de Decimatione dubia, de Heterogeneis: subjectis textui Mishnico punctis. Praemittitur longa Praefatio, quae totius Mishnae et Gemarae rationem exponit. [Pocock. 238.]

CCXIII.

Codex chartaceus, eadem ac superior manu exscriptus, folia 198 habens. Ibi occurrit R. MOSIS MAIMONIDAE Commentarii Arabici in partem Talmudis sextam, quae Seder Tahoroth vocatur, Tomus primus, complectens expositionem Codicis primi, de Vasis inscripti, cum praefatione prolixa, cujus desideratur initium. [Pocock. 92.]

CCXIV.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1644, CHRISTI 1332, nitide exaratus, foliis 183 constans. Continet Compendii Talmudici, quod Jad Chasaka vocitatur, Librum quartum de Mulieribus<sup>b</sup>, Arabice. Decem priora folia, perperam huc translata, ad codicis initium superioris pertinent. [Pocock. 98.]

CCXV.

Codex chartaceus, anno Mundi 5248, Contractuum 1799, CHRISTI 1488, pulchre descriptus. Ibi occurrunt:

10. R.

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 41

1°. R. MoSHE BEN MAIMoN Commentarius in Tractatus Talmudici de Synedriis caput decimum, Arabice conceptus, cui situlus: Paraphrasis <sup>a</sup>.

2°. Ejusdem Arabicus in Pirke Aboth Commentarius, cum Praefatione, in qua de animae facultatibus, virtutibus item et vitiis, per octo capita disseritur.

3°. Excerpta quaedam ex Capitulis Patrum. In limine haec proponitur quaestio: Ubi ligatus est ISAAC pater noster? [Pocock. 68.]

CCXVI.

Codex chartaceus, ab initio et fine mutilus, foliis 180 constans. Exhibet Commentarium Arabicum in Partis Talmudis secundae, Seder Moed vocatae, tractatus de Mixtionibus, de Paschate, de Siclis, de die Expiationis, de Ovo quod die festo natum, de Principio anni, de Jejuniis, de Libri ESTHER lectione, de Festo parvo, de Festivitate sive triplici Hierosolymas itione. Auctor R. MOSHE BEN MAIMON. [Pocock. 242.]

CCXVII.

Codex chartaceus, folia, quorum aliqua recens sunt suppleta, aliqua humore conglutinata absque fractione vix divelli possunt, 250 complens. Ibi reperitur R. MOSIS MAIMONIDAE Commentarius in Jebammoth, Ketuboth, Nedarim, Nasir, Gittin, Sota, Kiddushin, Arabice elaboratus. His tractatibus absolvitur Pars tertia Talmudis, Seder Nashim dicta. [Pocock. 72.]

CCXVIII.

Codex chartaceus, luculente exaratus, foliis 134 constans. Continet Compendii Talmudici, quod Jad Chasaka vocitatur, Librum decimum quartum de Judicibus <sup>b</sup>, Arabice. Desiderantur quaedam in fine. [Pocock. 106.]

CCXIX.

Codex chartaceus, nitidissime, fine annotatione anni, transcriptus, folia 170 implens. Ibi conspicitur R. MOSIS MAIMONIDAE Commentarius Arabicus in Ordinis Talmudici sexti Tractatus octo, quibus situli: Tahoroth, Mikvaoth, Nidda, Machshirin, Zabim, Tebul jom, Jadaim, Okesin. Liber olim ad R. OBADIA BAR SAADIA Judicem pertinuit. [Pocock. 205.]

CCXX.

Codex chartaceus, densus et decorus, ubi habentur:

1°. R. ISAAC BAR SHELOMO BAR ISAAC BAR SHELOMO BAR ISRAEL HASSOPHER BEN ISRAEL, Vulgo R. ISAAC ISRAEL dicti, in Pirke Aboth Commentarius, hoc notatus titulo: Expositio Tractatus Patrum\ Opus folia 190 complet.

2°. Ejusdem in LIBRUM JOBI Commentarius, folia 145 complectens. [Pocock. 202.]

CCXXI.

Codex chartaceus, blattis totus tineisque mancipatus, folia 170 numerans. Complectitur Commentarium in R. MOSIS MAIMONIDAE Libellum de consecratione Novilunii, Explanatio <sup>d</sup> inscriptum, ubi illa insimul cuncta, quae ad Judaeorum Neomenias, Fastos et intercalandi rationem, spectant, clare edissentantur, adhibitis figuris Mathematicis, itemque tabulis Astronomicis: quatuor ex his priores, quae videlicet Tekuphas representant, juxta,



### 38 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

Juxta R. ADA BAR AHABA BABYLONII mentem sunt constructae. Nomen auctori R. OBADIA BAR DAVID BAR OBADIA.

[Pocock. 182.]

CCXXII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus. Ibi leguntur:

1°. R. OBADIA BAR DAVID BAR OBADIA in R. MOSIS MAIMONIBAE Libellum de consecratione Novilunii Commentarius, in quo simul tota Calendarii Judaici ratio, Figurarum et Tabularum ope, dilucide exponitur.

2°. R. MOSIS MAIMONIDAE in Tractatum Talmudicum, cui Rosh Hashshana <sup>a</sup> nomen, Commentarius, cum circulis, coelorum circa terram conversionem ostendentibus. Assectus in fine. [Pocock. 185.]

CCXXIII.

Codex chartaceus, a R. EZRA BEN NATHANAEL, anno contractuum 1509, CHRISTI 1197, eleganter in usum suum descriptus. Ibi exhibetur Commentarius in Partis Talmudicae quartae, Seder Nesikin appellatae, Librum tertium, titulo Portae postremae signatum, foliis 222 constans. Commentarius iste in Indice manuscripto dicitur Arabicus, et a R. MOSE MAIMONIDE essectus: prius est falsum, posterius incertum. [Hunt. 200.]

CCXXIV.

Codex chartaceus, characteribus grandiusculis, anno Contractuum 1603, CHRISTI 1291, perpolitissime exaratus, Complectitur foliis 164 Compendii Talmudici, Manus fortis nomine notati, Librum quartum, qui, quinque tractatibus comprehensus, inscribitur de Mulieribus. [Hunt. 211.]

CCXXV.

Codex chartaceus, luculente transcriptus, folia 210 complens, ubi traduntur:

1°. Quaesita Hebraica septem et quadraginta de difficultatibus quibusdam in Opere Jad Chasaka obviis, totidemque Responsa: illorum auctor R. DANIEL BABYLONIUS, horum R. ABRAHAM BEN MOSHE. Praemittitur index.

2°. Quaestiones tredecim et totidem Responsiones, eosdem inter viros de Libro Prceptorum habitae, Arabice. [Hunt. 185.]

CCXXVI.

Codex chartaceus, nitide, absque anni mentione, exaratus, foliis 202 constans, quo continentur R. MOSIS MAIMONIDAE Compendii Talmudici Libri duo: octavus de Ministerio sacro, nonus de Sacrificiis. Librarius vocatur NATHAN LEVI BEN MORDECHAI. [Hunt. 452.]

CCXXVII.

Codex membranaceus, initio mancus, folia 102 habens, ubi reperitur Compendii Talmudici, quod Manus fortis situlum gerit, Liber quintus de Sanctitate. Figura literarum est inelegans, atramentum dilutum. [Hunt. 516.]

CCXXVII.

Codex chartaceus, anno ALEXANDRI 1779, CHRISTI 1468, Sobae nitide exscriptus, folia 110 implens. Comprehendit Compendii Talmudici, Jad Chasaka, nuncupati, Librum de Judiciis inscriptum, qui de quatuordecim tertius decimus est. Scriba appellatur BARCUTH COHEN BAR JOSEPH COHEN <sup>b</sup>.

[Hunt. 545.]

CCXXIX.

Codex chartaceus, eandem ac prior manum prae se ferens. Ibi continetur Compendii Talmudici, Mishne Tora appellati, Liber duodecimus de Possessionibus

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 41

sionibus et acquisitionibus, non paucis ab initio foliis avulsis mutilus. Sequuntur ex Libro ejusdem Operis sexto sectiones duae : altera de Votis, de Nasiraeis altera. Desideratur finis. [Hunt. 408.] CCXXX.

Codex chartaceus, utrinque truncus, foliis 136 constans. Exhibet Compendii Talmudici, a R. MOSE MAIMONIDE confecti, Librum septimum de Seminibus, lingua Arabica scriptum, qui, incipiens a capite tractatus secundi secundo, desinit in capite septimi Sive ultimi primo. [Hunt. 460.]

CCXXXI.

Codex chartaceus, tineosus, Saphetae in Galilaea Superiore, anno contractuum 1648, CHRISTI 1336, nitide exaratus. Ibi conspicitur R. MOSIS MAIMONIDAE Operis, cui nomen Jad Chasaka inditum, Liber Septimus de Seminibus foliis 255 constans. [Hunt. 219.]

CCXXXII.

Codex chartaceus, anno Mundi 5 244, Contractuum 1795, CHRISTI 1484, Sobae luculente descriptus, folia 104 implens. Continet R. MOSIS MAIMONIDAE Compendii Talmudici Librum decimum quartum, qui inscribitur de Judicibus <sup>b</sup>. Librarii nomen BARCUTH COHEN BAR JOSEPH COHEN. [Hunt. 563.]

CCXXXIII.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1782, CHRISTI 1370, splendide exaratus, qui folia habet 126. In eo occurrit Compendii Talmudici, Jad Chasaka appellati, Liber duodecimus, inscriptus de Possessionibus et Acquisitionibus <sup>c</sup>. Praeponitur tractatum sive sectionum totius Libri index. [Hunt. 612.]

CCXXXIV.

Codex chartaceus, vetus, potiore parte a tineis corrosus, complectens Compendii Talmudici, cui situlus Manus fortis, Tractatus quinque: primus agit de fratriarum Jure et ritibus in mariti absque liberis defuncti fratre ducendo vel repudiando, extracto calceo; secundus, de anno septimo et Jubilaeo; tertius, de sacrificio expiationis; quartus, de primitiis osserendis et donis sacerdotum; quintus, de ritu mactandi. Exscriptor ABRAHAM BAR JEHUDA. [Marsh. 27.]

CCXXXV.

Codex chartaceus, luculente, fine anni nota, exaratus, foliis 212 constans. In eo habetur Compendii Talmudici, cujus auctor R. MOSHE BEN MAIMON, Liber primus, de Scientia inscriptus. Praecedunt praeceptorum affirmantium et negantium ordo, cum Librorum tractatumque totius Operis conspectu, initii expers. [Marsh. 631.]

CCXXXVI.

Codex chartaceus, nitide transcriptus, folia 150 complens. Exhibet ex Libro Operis Jad Chasaka septimo, qui nimirum de Seminibus inscribitur, tractatus tres: primus est de heterogeneis non jungendis; secundus, de portione pauperibus relinquenda; tertius, de oblationibus. Praeponitur sectionum, capitumque totius Libri, index fine initio. [Marsh. 51 o.]

CCXXXVII.

Codex chartaceus, tineosus, principio ac fine carens. Complectitur Librum primum Manus fortis, inscriptum de Scientia, qui, incipiens a capite tractatus primi decimo, deficit in capite quinti sive ultimi quarto. Praemittitur prologus de legis MoSaicae praeceptis, initio destitutus.

4o CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

tutus. Postremo in loco occurrit fragmentum quoddam solutum de Judicum officiis, quod Arabicum est. [Marsh. 509.]

TALMUD ET ILLIUS INTERPRETES IN OCTAVO.

CCXXXVIII.

Codex chartaceus, pulchre exaratus, quo continentur:

i°. R. MOSIS MAIMONIDAE Commentarius in Pirke Aboth, Arabicus, cum Praefatione, octo capitibus constante, quae de animae facultatibus, omninoque de virtutibus et vitiis, quaerit. Rerum Hebraicarum consultissimus WOLF. Tom. III. Bibl. Hebr. p. 1017, Commentarium hunc minus recte ascribit R. SALOMONI.

2°. Opusculum Acquisitio Legis <sup>a</sup> nuncupatum, quo sententiae Rabbiorum variae, studium LEGIS laudantes commendantesque, comprehenduntur, adjecta interpretatione Arabica, ubi Mikra per Alkoran reddit auctor: salutatur is R. SHELOMO, cognomento ALSEGELMASI, ex urbe Mauritaniae Segelmessa.

3°. Libellus anonymi, quinque in capita tributus, in quo, sub titulo Timor peccati <sup>b</sup>, coelestis NUMINIS suggeritur amor.

v 4°. Tractatus Talmudicus de Via terrae, id est de Moribus: namque hos viam terrae vocant. [Pocock. 43.]

CCXXXIX.

Codex chartaceus, luculente exaratus, foliis 184 constans. Ibi reperitur Commentarius in Compendii Talmudici, Jad Chasaka dicti, Librum secundum, de Amore inscriptum, Arabicus, anno mundi 5239, Contractuum 1790, CHRISTI 1479, contextus: auctore R. SAID BEN DAVID, cognomento ADENENSI <sup>c</sup>, id quod ab Aden urbe Arabiae felicitis tractum. [Hunt. 361.]

CCXL.

Codex chartaceus, anno Mundi 5244, CHRISTI 1484, eadem ac prior manu descriptus, folia 212 complens. Comprehendit dilucidissimum in supra memorati Compendii Talmudici Librum secundum de Amore Commentarium, anno Mundi 5239, Contractuum 1790, CHRISTI 1479, Arabice elucubratur. Auctor illius R. SAID BEN DAVID ADENENSIS. [Hunt. 372.]

CCXLI.

Codex chartaceus, eadem ac superior manu exaratus, folia 250 implens. Ibi traditur R. SAID BEN DAVID ADENENSIS in Operis, Manus fortis nuncupati, Librum tertium, de Temporibus inscriptum, Commentarius, Arabica lingua, Saphetae in Galilaea superiore, elaboratus. [Hunt. 373.]

CCXLII.

Codex chartaceus, eadem qua prior manu exscriptus, folia 150 habens. Continet Arabicum in supradicti Operis Librum decimum de Purificatione Commentarium, quem R. SAID BEN DAVID ADENENSIS industria, in nobilis cujusdam discipuli gratiam, anno Mundi 5234, Contractuum 1785, CHRISTI 1474, elaboravit. [Hunt. 398.]

CCXLIII.

Codex chartaceus, non una exaratus manu, ubi reperiuntur:

i°. Opus Arabicum, R. MOSIS MAIMONIDAE Responsa ad varia Quaesita de Jad Chasaka sibi proposita complexum: priores Quaestiones tres R. NAHORAI BAR HILLEL HADDAIAN <sup>d</sup> movit, 2°. Commentarius

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 41

2°. Commentarius anonymi in quasdam Librorum Divinorum phrases, Philosophicus, cum annexis tredecim LEGEM interpretandi regulis.

3°. Expolitio Constitutionum aliquot Alphesianarum, Arabice concepta: foliis absolvitur 24.

4°. Tractatus Arabicus, novem supra centum Problematibus Physicis et Metaphysicis constans: hunc ABDALRAIM BEN ALHAKIM ISRAELITA <sup>a</sup> Medicus, anno Hegirae 716, CHRISTI 1316, conscripsit. [Hunt. 503.]

CCXLIV.

Codex chartaceus, Vetustate detritus, foliis 195 constans. Complectitur Tractatus tres, illosque ad R. MOSIS MAIMONIDAE Compendii Talmudici Librum tertium pertinentes: primus, de Sabbato; secundus, de rerum in sabbato mixtione; tertius, qui a recentiore est manu, agit de festo expiationis. Praemittitur tractatum totius Libri index. [Hunt. 379.]

CCXLV.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1616, CHRISTI 1304, nitide exaratus, comprehendens foliis 190 Compendii Talmudici, Repetitio Legis appellati, Librum sextum, inscriptum de Separatione <sup>b</sup>. Nominatur qui descripsit ELIESER BAR JOSEPH. [Hunt, 380.]

CCXLVI.

Codex chartaceus, calce destitutus, folia 90 numerans. Continetur eo R. MOSIS MAIMONIDAE Commentarius, Arabico sermone confectus, in partibus Talmudis secundae, Seder Moed dictae, Libros sequentes: Shabbath, Erubin, Pesachim, Shekalim, Kippurim, Succa, Jom tob. Initium sit a tractatu Taanith, de quo quatuor tantum supersunt paginae. Sequitur caput de Sabbato nonum decimum. [Hunt. 368.]

CCXLVII.

Codex chartaceus, triplici exaratus manu, quo comprehenduntur:

i°. Compendii Talmudici, cui situlus Jad Chasaka, Liber undecimus de Damnis, principio carens: occipit a capite tractatus primi septimo.

2°. R. MOSHE BEN SHESHATH <sup>b</sup> in selectiora et notatu digniora JEREMIAE et EZECHIELIS loca Commentarioli.

30. Expolitio ABEN EZRAE in JOBUM, sinis expers. [Hunt. 567.]

CCXLVIII.

Codex chartaceus, principio mutilus ac fine, complectens R. MOSIS MAIMONIDAE Manus fortis Librum tertium, de Temporibus inscriptum, qui, incipiens a capite tractatus Shabbath quarto, terminatur in capite noni primo. [Hunt. 378.]

CCXLIX.

Codex chartaceus, polite exscriptus, foliis 200 constans. Complectitur Compendii Talmudici, quod R. ISAAC BEN R. JACOB ALPHESI composuit, tractatum de Sabbato <sup>d</sup>, ad Seder Moed relatum. Conjectae sunt nonnullae ad oram animadversiones. [Hunt. 347.]

CCL.

Codex chartaceus, confuso exaratus Ordine, folia 206 habens. Ibi comprehenditur Operis, Mishne Tora dicti, Liber tertius, de Temporibus inscriptus, cujus in margine notae quaedam repositae. Desideratur finis. [Hunt. 597.]

Codex

## 42 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

### CCLI.

Codex chartaceus, initio et anni nota carens, folia 100 implens. Exhibet Compendii Talmudici, cujus auctor R. ISAAC ALPHESI, Tractatum Baba Kama. [Marsh. 590.]

### LIBRI

### JURIDICI ET RITUALES INFOLIO. CCLII.

Codex membranaceus, folia, duas in columnas divisa, 217 complens. Ibi continetur R. JACOB BEN ASHER BEN JECHIEL Operis, quod Arba Turim sive, Quatuor Ordines nuncupatur, Ordo primus, constans 693 sectionibus et Tractatibus tribus. Primus, sub titulo Cultus quotidianus, praecipit, quomodo homo inde a tempore, quo lectum reliquit usque ad tempus, quo eundem repetit, gerere se debeat. Secundus, Cultus Sabbaticus appellatus, constitutiones et leges ad Sabbatum spectantes, cum benedictionibus et precationibus per totum diem perficiendis, exponit. Tertius, Cultus festorum dictus, instituta, ad novilunium et festa per totum annum celebranda pertinentia, explicat. Liber Semita vitae <sup>a</sup> inscribitur: quia DEUM timentes a laqueis mortis tuetur. Desideratur praefatio. [Laud. A, 123.]

### CCLIII.

Codex membranaceus, folia, duas in columnas partita, 170 implens. Ibi reperitur Operis, quod, Quatuor Ordines vocatur, Ordo secundus, in Sectiones 422 discretus. Tractat de cibis vetitis et concessis, de mactatione animalium, de inspectione viscerum, de vino libaminum ejusque vasis, de idololatria, de muliere menstruum patiente, de votis, de circumcissione, de Libro Legis, de Scheda postibus januarum includenda, de primogenitis, de placenta, de oblationibus, de decimis, de excommunicatione, de luctu et lugentibus. Liber hunc prae se fert situlum : Docebit Scientiam <sup>b</sup> j quia, quaecunque in rebus ad horum temporum ritus Spectantibus Scitu necessaria Sunt, hominem docet. Praemittitur praefatio. [Laud. B, 138.]

### CCLIV.

Codex membranaceus, mole vastus, forma literarum quadrata, praegrandi, praepingvi, cum punctis, magnificentissime exaratus, foliis 361 constans. Primum ibi locum occupant SECTIONES quaedam LEGALES, CANTICUM CANTICORUM, LIBER RUTH, ECCLESIASTES, TEXTUS PROPHETICI ; deinde longo agmine Sequuntur Joseroth et Kruboth, Preces nempe et Cantiones maximam partem rhythmicae, eaeque ad varias Parashas, item in Sabbato magno, Pascha, festo Pentecostes, tabernaculorum, noviluniorum, encaeniorum, et die expiationum, recitandae; denique succedunt Pizmonim, quorum nonnulli nomina illorum, a quibus compositi erant, prae se ferunt. Initia Officiorum caractere aureo, altitudine duos minimum pollices aequante, exprimuntur; praeterea Liber picturis conspicitur egregiis ornatus. [Laud. E, 94.]

### CCLV.

Codex membranaceus, ab AHARON BAR CHAIIM COHEN in gratiam R. DAVID BEN MENACHEM, anno Mundi 4987, CHRISTI 1227, exscriptus, folia 190 habens. Continet Commentarium in Joseroth et Kruboth sive Preces et Cantiones rhythmicas, quas Judaei Germani in Sabbato

UNA CUM ARAB. CHARACT. IIEBK. EXPRESSIS. 43

Sabbato magno, Pascha, festo Pentecostes, tabernaculorum, noviluniorum, et die expiationis, in Synagogis cantillare solent, uno ab initio folio avulso mutilum. Nomen non designatur auctoris. [Laud. A, 175.]

CCLVI.

Codex chartaceus, caractere haud pulchro, lectu tamen facili, exaratus, folia 350 numerans, ubi habentur:

1°. Operis, quod Quatuor Ordinum nomine celebratur, Ordo quartus, in sectiones 426 distinctus, inscriptusque: Pectorale Iudicii <sup>a</sup>. Dissertur ibi de officiis et ritibus ad forum iive iudicia et iudices relatis, de rebus mobilibus et immobilibus, de emptionibus et venditionibus, de conductionibus et locationibus, de commodato et mutuo, de damnis, de juramentis, de testibus, de omnibus omnino pactis et conventis. Desinit in sectione 380.

2°. Eiusdem Operis Ordo tertius, sectiones 182 complexus, cui situlus: Lapis auxilii <sup>b</sup>. Agit de legibus uxoriis, de sponsalibus et sponsalitiis, de divortiis et libello repudii, de puella sibi desponsato viro nubere renuente, de fratrum iure et extractionis calcei caeremoniis, de virgine vel vi vel dolo compressa, de muliere adultera, Incipit a sectione 38. [Hunt. 78.]

CCLVII.

Codex chartaceus, nitidissime, non memorato anno, descriptus, folia 53 complens. Ibi Arabice traduntur,

1°. AZARIAE ABU SHEMUEL ALMOSLIMANI <sup>c</sup> de institutis quibusdam caeremonialibus tractatus, in octo capita tributus: primum agit de licitis et illicitis, quas ad cibum pertinent; secundum, de sponsalibus et sponsalitiis; tertium, de menstruata et puerpera; quartum, de circumcissione; quintum, de vino libaminis; sextum, de peniculamentis sacris; septimum, de phylacteriis manui et fronti adhibendis; octavum, de schedis postibus januarum affigendis. Prasponitur praefatio de rerum, quarum ad vitam sustentandam usus est, benedictione. Auctor, ejurata superstitione Judaica, ad eam, quas Mohammedana vocatur, se recepit.

2°. Tria capita, ex SAMUELIS FILII AZARII <sup>e</sup> Operibus decerpta: primum est de primogenitorum iure; secundum, de Tekuphis sive de Solis in quatuor puncta cardinalia Zodiaci ingressu; tertium, de Acquisitionibus et possessionibus. Principium capitis secundi ita habet: Explicuit nobis SHEMUEL, antequam factus esset Mohammedanus, Computum Astronomicum. Auctor ergo, patris vestigia secutus, nuncium religioni Judaicae remisit. [Hunt. 291.]

CCLVIII.

Codex chartaceus, luculente, parum tamen literato ab viro, exaratus, folia 244 implens. Complectitur Opus, in sexaginta distributum capita, agens scilicet, sub titulo Malogranatum et Flos <sup>a</sup>, de Ritibus omnibus in oblatione, decimis, placenta decerpenda, feminum fructuumque ratione, apud Iudaeos in terra Sancta receptis; de Hierosolyma, Tiberiade, Hebrone, omnibus urbibus, limitibus, lacubus, fluviis, montibus terrae Sanctae; de praecipuis inter Iudaeos terrae Sanctae et caeteros circa iudicia et ritus dissensionibus; de mensuris et ponderibus; de donis pauperum; de impositione manuum; de remissione debiti; de numeratione manipuli; de HILLELIS Senis Projbol. Auctor salutatur R. ISAAC COHEN BEN R, MOSHE PHARACHI <sup>e</sup>. [Hunt. 105.]

CCLIX.

Codex chartaceus, Arabica exaratus lingua

44 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

lingua, foliis 162 constans. Ibi exhibentur ex Libro Corporis Juris Maimonidei septimo situli quinque, de Donis videlicet pauperum sive portione pauperibus danda et relinquenda, de Oblationibus, de Decimis primis, de Decimis secundis et planta quarti anni, de Primitiis offerendis itemque viginti quatuor donis sacerdotum, de anno septimo et Jubilaeo. Principium desideratur et finis. [Hunt. 460.]

CCLX.

Codex chartaceus, magnam a vetustate injuriam passus, ubi reperiuntur:

10. Opus et titulo destitutum et auctoris nomine, tractans foliis 93 de Institutis et causis pecuniariis; de emptionibus, venditionibus, permutationibus, proxenetis; de pignoribus, mutuis, creditis, conductis, depositis; de tribunalibus, iudicibus, assessoribus, juramentis, fidejussoribus, testibus, notariis, actoribus et reis; denique de nummis sela, Maa, Peruta, Zuza. Laudantur ibi R. NITRONAI GAON, R. HAI GAON, R. SAADIA GAON. Quae Celeberrimus WOLF. Tom. III. Bibl. Hebr. p. 216 hoc de Libro refert, mutari vel induci possunt.

20. R. HAI GAON de Juramentis tractatus, bipartitus: pars prior folia 15, posterior 16, complet. sequitur recentiori manu scriptum de eodem argumento Fragmentum. [Hunt. 550.]

CCLXI.

Codex chartaceus, litera quadrata, majuscula, cum punctis, non ineleganter exscriptus, complectens foliis 240 Librum liturgicum, exhibentem preces et cantiones, quas totius anni decursu, iive profestis diebus sive diebus solennibus et jejuniis, pronuntiari debent, cum Commentario anonymi Arabico, caeremonias earum et condiciones exponente. situlus est: sylloge Precum et Canticorum c. Fragmentum praefationis de necessitate agit precum. Desiderantur quaedam in fine. [Hunt. 448.]

CCLXII.

Codex chartaceus, utraque in parte prae vetustate truncus, foliis tamen 167 constans. Continetur ibi Opus Canonicum, triginta capitibus complexum, differens Arabice de sabbato, Novilunio et reliquis festis; de Jejuniis, funerum luctu, synagogis, benedictionibus, muliere menstruum patiente, sponsalibus, circumcissione, fimbriis sacris, phylacteriis capitis et brachii, schedis ostiorum, libro Legis scribendo, mactatione animalium, vino libaminum, embolismo; de literis repudii uxorum, manumissionis servorum, extractionis calcei, abnegationis sponsi; de lectione PENTATEUCHI. Incipit a capite secundo: definit in tricesimo, fragmentum Pirke Aboth exhibente. Auctor R. SHELOMO BEN. R. NATHAN. [Hunt. 449.]

CCLXIII.

Codex chartaceus, haud inscite exscriptus, foliis 240 constans, in quo occurrunt:

1°. R. JEHUDUE BEN R. SHELOMO BEN GABIROL<sup>B</sup> Precatio, modulato quodam dicendi genere composita, paginas complens fere octo: ubi primum auctor DEUM a Majestate, summa bonitate, justitia, sapientia, reliquisque attributis, venerabundus celebrat; deinde Opera divina, quae in Macrocosmo et Microcosmo deprehenduntur, admiratur; denique, peccata confitens sua, clementiam divinam, inque mortis articulo protectionem, implorat. In fronte haec leguntur: Ex Precatione mea emolumentum capiet vir, namque inde discet aequitatem et sanctitatem: enarravi in ea terribilia DEI viventis, cum brevitate scilicet, non cum prolixitate: imposui

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 45

imposui eam capiti laudantium Eum, eamque appellavi Coronam Regni <sup>a</sup>.

2°. R. MOSIS MAIMOIDE. More Nebochim, Arabice. Desideratur unum alterumve in fine folium. [Poc. 234..]

CCLXIV.

Codex membranaceus partim, partim chartaceus, anno Mundi 5163, CHRISTI 1403, exaratus, qui foliis, duplici columna distinctis, 100 constat. Comprehenditur eo Operis, quod Quatuor Ordinum titulo insignitur, Ordo secundus, inscriptus : Docebit scientiam <sup>b</sup>, utpote explanans constitutiones, in usu hodie positas, de cibis concessis et vetitis, de mactatione animalium, de inspectione viscerum, de vino libaminum, de idololatria, de menstruata, de votis, de circumcissione, de Libro Legis, de Mesusa, de placenta, de oblationibus, de decimis, de excommunicatione, de luctu. Incipit a sectione 134. [Marsh. 285.]

CCXLV.

Codex chartaceus, perpolite transcriptus, nec anni indicans vestigium, nec auctoris, nisi per RABBENU, nomen. Continet Commentarium in Preces nonnullas quotidianas, sabbaticas et festas, itemque textus aliquot Biblicos et Mistinicos, ante vel post illas recitandos, Arabicum, qui foliis 66 absolvitur: horum postremum excerpta ex R. SHELOMO GAON, et Libro semita vitae dicto, exhibet. Praeponitur praefatio de Precum ratione et conditione. [Hunt. 44 7. j]

CCLXVI.

Codex membranaceus, nulli pulchritudine seu characterum quadratorum peritia et venustate secundus, qui puncta quoque admota habet. Ibi conspicitur Machsor Germanorum sive Cyclus, Liber nempe precum illarum et cantionum, quas a Judasis Germanis, per anni circulum, diebus sabbaticis, et praesertim festis solennibus, recitari vel cantillari debent, foliis 325 constans. Exscripsit R. SHEMUEL BAR CALONYMUS Ut ipse ad calcem profitetur, in gratiam R. SHELOMO BAR MORDECHAI, absolvitque die septimo mensis Ab, feria prima, anno Mundi 5094, CHRISTI 1334. [Maresc. 7.]

CCLXVII.

Codex membraneus, amplus, figura literarum quadrata, grandi, cum punctis, perite transcriptus. Complectitur foliis 162 Machsoris sive Libri liturgici, duo in Volumina tributi, Volumen alterum, quod perficiunt preces et cantiones, ad binos novi anni dies, festum item expiationum et tabernaculorum, pertinentes. Desiderantur sub finem nonnulla. [seld. Arch. A, 6.]

CCLXVIII.

Codex membranaceus, caractere exili, absque anni nota, exaratus, paginas, quarum prima auro diversoque colore est exornata, 226 numerans. Continet R. ISAAC BEN R. JOSEPH CORBOLIENSIS <sup>d</sup> de Ritibus hodie receptis tractatum, qui duplici circumferri solet titulo: alter est, Liber Praeceptorum parvus, quod ex majori sit excerptus; alter, septem Columnae captivitatis <sup>e</sup>, quia septem mundi columnis, quae septem hebdomadis dies sunt, superstructus est. Opus multo, quam in editis, auctius apparet, et insuper adjunctum habet, in ipsa textus columna, Commentarium, minutissimis ad miraculum, elegantibus tamen literis, sub variis, interdum et animalium,



44 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

malium, verbi gratia elephanti, aquilae, cervi et pegasi, figuris artificiose descriptum. Orae exhibent Liturgiam totius anni; Lessus in obitum Magnorum Rabbiorum; Librum Doctor peccatorum dictum ; Tractatum denique de concessis cibis et vetitis. [Seld. Arch. A, 51.]  
CCLXIX.

Codex membranaceus, litera quadrata, fine punctis, exscriptus, folia 120 complens. Ibi exhibentur sexaginta Selichoth, preces videlicet, quibus Judaei, in festis principalibus, implorare sibi misericordiam et peccatorum veniam solent; praeterea tres et triginta Pizmonim sive hymni, die expiationis concinendi: adjectis in margine, ubi ab intelligentia disjunctiores videri poterant, luculentissimis scholiis. Initium sit ab his verbis: 0 qui exaudis orationem, ad te usque omnis caro ventura est! Utrunque annectitur index. [Seld. Arch. A, 3.]  
CCLXX.

Codex membranaceus, a SHELOMO BAR ELIA <sup>A</sup>, in gratiam R. MOSHE BAR JESAADIA COHEN, caractere Judaeo-Germanico scite exaratus, conclususque die quinta mensis Elul, feria quinta, anno Mundi 5160, CHRISTI 1400. Comprehendit jura et instituta Mactationis, sabbati, fratruum item et benedictionum, diligenter atque enodate explanata, cum lectionum et precationum, quae nimirum per integrum annum in Synagogis fieri debent, conspectu sive indice. Principium, proinde et auctoris nomen, desideratur. [Museo. 73.]  
CCLXXI.

Codex membranaceus, literis quadratis, illisque rubris et nigris, cum punctis, graphice exscriptus, ubi reperitur Machsoris sive Libri liturgici, duobus Tomis comprehensi, Tomus alter, complectens foliis 135 preces et cantiones, ad novum annum, festum expiationum, tabernaculorum, necnon gaudium super Legem, pertinentes. Frontispicium picturis est decoratum. [Bodl. 2615, 710.]  
CCLXXII.

Codex membranaceus, initio mutilus et fine quoque decurtatus, foliis 88 constans, in quo invenias Commentarium varias in preces, praesertim eas, quae, pro obtinenda misericordia et peccatorum remissione, festo expiationis recitari solent. Nomen non indicatur auctoris. [Bernard. 6.]

JURIDICI ET RITUALES I N QUARTO.

CCLXXIII.

Codex membranaceus, a R. PEREZ BEN MORDECHAI Gallo, anno Mundi 5223, CHRISTI 1463, luculente descriptus, qui paginas habet 164. Eo continetur Opus, Liber de Lege Domus <sup>b</sup> inscriptum, sive Tradatus de Ritibus domesticis, in septem domos distinctus: prima agit de arte, tempore et loco, mactandi; secunda, de legitima mactatione, deque articulis Shehia, Derasa, Chalada, Hagrama, Ikkur, qui eam illegitimam reddunt; tertia, de animantibus ad vescendum permissis et prohibitis; quarta, de mixtionibus rerum in sabbato; quinta, de vino libaminum ejusque vasis; sexta, de triplici manuum ablutione; septima, de muliere menstruata et parturiente. Auctor R. SHELOMO BAR ABRAHAM BEN ADDERETH BARCILONENSIS <sup>c</sup>. [Laud. B, 99.]  
Codex

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 45

CCLXXIVi

Codex chartaceus, et characterum elegantia et anni nota destitutus, foliis 300 constans, ubi occurrit Commentarius in Preces Judaeorum matutinas, vespertinas, sabbaticas, atque ad festa pertinentes, literalis, interdum et moralis vel anagogicus, addito ordine Parashoth et Haptharoth, quem excipit brevis quaedam et circumscripta benedictionum explicatio. Operi Tabula inferitur duplex: altera perpetua pro septem annorum communium, ac totidem embolimaeorum, computo; altera temporaria aurei numeri seu cursus decemnovalis pro annis 2cc, incipiens ab anno 5093, CHRISTI 1333. Nuncupatur auctor R. DAVID BAR JOSEPH BAR DAVID BEN ABUDRIPHAM<sup>a</sup>.

[Hunt. 210.]

CCLXXV.

Codex chartaceus, luculente exscriptus, asteriscis insuper aureis distinctus, paginas 117 implens. Ibi conspicitur R. TANCHUM HIERSOLYMITANI JURIS Judaici Synopsis sive brevissima, perspicua tamen et dilucida, tum Praeceptorum affirmantium et negantium, tum Librorum quatuordecim Operis Maimonidei jad chasaka, Expositio, hunc prae se ferens titulum: Subtilitates Legis et Mysterii \ In principio aequae ac fine recens possessor asserit, absolutum hoc esse Opus anno Mundi 4750, nempe CHRISTI 990. [Hunt. 21c.]

CCLXXVI.

Codex chartaceus, stilo Chaldaico seu Talmudico-Hiersolymitano conscriptus, folia 272 complens. Complectitur Quaesita multiplicia, ad antiquas Decisiones caeremoniales sive legales caeremonias pertinentia, et juxta Parasharum seriem decurrentia, una cum Responsis, quae unius pene Talmudis auctoritate nituntur: auctore incerto. In nota, ad calcem pessima manu adjecta, R. SHIMON BEN LAKISH non auctoris hujusce Operis, sed tantum sententiae cujusdam ibidem memoratae assertoris, est nomen. [Hunt. 343.]

CCLXXVII.

Codex chartaceus, foliis 220, capitibus 50, constans. Invenitur ibi Operis Arabici, de Illicitis et Licitis c. inscripti, Pars secunda, agens de Festis, de Jejuniiis, de Libro Legis, de Nuncio Ecclesiae sive Synagogae, de Luctu funerum, de vino ciboque prohibito, de mactatione, de Mesusa, Tephillin et Zizith, de mulieribus quae in menstruis sunt, de heterogeneis, de calvitio item et praeputio. Auctoris omissum est nomen. [Hunt. 42 8 ]

CCLXXVIII.

Codex chartaceus, folia, madore passim corrupta, 193 numerans, in quo habetur Commentarius in Preces quasdam et benedictiones, textus item nonnullos Biblicos et Mishnicos, qui ante vel post illas legi consuevere, Arabica lingua conceptus. Salutatur auctor RABBENU. [Hunt. 48c.]

CCLXXIX.

Codex membranaceus, litera quadrata, punctorum experte, transcriptus, foliis 15c constans. Expositionem continet bene antiquam in titulos de Festo vulgari, de Pascha, de Scenopegiis, de Principio anni, de Die expiationis, de foliis palmarum in festo tabernaculorum solenniter receptis, de Placenta, de Primogenitis, de Usuris, de Pecuniis, de Sponsalibus, de Divortiis, de Puerpera, de Menstruata, de Testificationibus, de Luctu et lugentibus, de Jugulatione animalium,

48 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

malium, de Vino denique libaminum. Initium et finis intercideret. [Hunt. 501.]  
CCLXXX.

Codex chartaceus, ab utraque mutilus parte, Opus complectens Arabicum de Sacris Judaeorum ritibus, de Festis nimirum majoribus et minoribus, de Synagogis, de Benedictionibus, de Sponsione nuptiarum et repromissione, de Muliere parturiente et menstruo laborante, de Circumcisione, de Zizith sive peniculamentis sacris, de Ligamentis manui et fronti adhibendis, de Schedis postibus ostiorum includendis, de Libro Legis et scriptione ejus legitima, de jugulandorum ac laniandorum animalium arte, de vino quod idololatrias inservit, de intercalandi ratione, de Possessionibus et acquisitionibus, de Contractuum literis. Illius auctor R. SHELOMO BEN R. NATHAN. [Hunt. 374.]  
CCLXXXI.

Codex membranaceus, caractere minusculo, punctis instructo, Splendide exscriptus, folia 248 complens, quo continetur Machsor sive circulus, exhibens preces et cantiones in sabbato magno, novilunio, Paschate, Pentecoste, festo tabernaculorum, expiationum, novo anno, aliisque temporibus pronunciandas, immistis sectionibus Biblicis, in festis recitari et praelegi solitis. [Hunt. 484.]  
CCLXXXII.

Codex chartaceus, nullum astatis, qua quidem exaratus sit, vestigium exhibens. Comprehendit foliis 135 Librum, Lex Domus<sup>a</sup> inscriptum, ubi per septem capita, quae iterum in certas abeunt sectiones, disseritur de peritia in Lanionibus requisita; de mactatione legitima et illegitima; de cibis licitis et illicitis; de mixtionibus; de vetito vini Christianorum usu; de manuum ablutione; de feminarum immunditie. Acceptus refertur R. SHELOMO BAR ABRAHAM BEN ADDERETH vigiliis et industriae. [Hunt. 220.]  
CCLXXXIII.

Codex chartaceus, a variis varie pessimeque scriptus, et vacuis hinc inde paginis refertus, ubi continentur Disputationes, ex praestantissimis Jurisconsultis collectae, nempe de mactandorum et explorandorum animalium ratione, de cibis licitis et vetitis, de sponsalibus et sponsalitiis, de ritibus in extractione calcei observandis, de neomenia, de encaeniis, de scenopegiis, de paschate, de die expiationum, de vino libaminum, de divortiis. In limine occurrunt Quaesita et Responsa, ad casus Juris pertinentia, quorum auctor, si recentiori possessori fides, R. ACHAI GAON. [Hunt. 221.]  
CCLXXXIV.

Codex membranaceus, caractere quadrato, punctis notato, longe elegantissime exaratus, ubi habentur:

Lectio historica Paschalis, et eo pertinens, ut caeremonias et benedictiones, quibus Judaei Pascha suum celebrare solent, describat.

2°. Libellus Talmudi insertus, apophtegmata moralia, et alia pie dicta patrum Ecclesiae Judaicae continens. Vulgo Pirke Aboth vocatur. [Maresc. 59.]  
CCLXXXV.

Codex chartaceus, luculente exscriptus, foliis 154 constans. Ibi ab anonymo sequentes explanantur tituli, puta de benedictionibus, de profanis, de primogenitis, de sabbato, de commixtionibus, de Paschate, de festo vulgari, de diebus semisestis, de jejuniis, de die expiationis, de scenopegiis, de divortiis, de synedrio,

#### UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 49

synedrio, de juramentis, de idololatria, de vino libaminis, de literis matrimonii, de fratriis, de sponsalibus, de menstruata, de votis. Desiderantur quaedam in fine. [Seld. Arch. A, 53.]  
CCLXXXVI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, folia 145 habens, Continet Opus, ex optimis quibusque Jurisconsultis collectum, agens de lotionem manuum, de benedictione sponsi et sponse, de luctu funerum, de consecratione Templi, de festo fortium, de jejuniis, de noviluniis, de paschate, de principio anni, de cornu quod in festo novi anni inflatur. de die expiationis, de scenopegiis, de animantibus ad vescendum concessis et vetitis, de mactationis ritibus, de vino prohibito, de femina menstruata, de libello repudii. Incipit ab articulo 40 : definit in 20c. [Marsh. 580.]

CCLXXXVII.

Codex membranaceus, litera quadrata, punctis notata, graphice exaratus, foliis 380 constans, ubi Preces reperiuntur illas, quas per totum anni circulum, partim diebus sabbati partim Festis cujuscunque generis, fundi vel recitari debent, una cum canticis, Psalmis et benedictionibus. Legitur in calce: Finita est auxilio DEI Pars dimidia Machsoris. [Maresc. 42.]

CCLXXXVIII.

Codex membranaceus, a JOSEPH BAR SHABTAI in R. BENIAMIN BEN SHELOMO gratiam nitide, sed absque anni mentione, descriptus, idque in urbe Camerino. Complectitur R. ISAAC CORBOLIENSIS

<sup>A</sup> de Praeceptis jubentibus ac vetantibus, quas hodie in usu sunt, tractatum, anno Mundi 5037, CHRISTI 1277, compositum, cujus talis est inscriptio: Septem Columnae Captivitatis <sup>b</sup>. In margine accedit anonymi Commentarius: claudunt Opus R. PEREZ BEN ISAAC de Libello repudii et Extractione calcei discursus. Ad calcem adjicitur precum propitiatoriarum index. [Marsh. 574.]  
CCLXXXIX.

Codex chartaceus, anno Mundi 5354, CHRISTI 1594, exscriptus, quo continentur:

i°. Anonymi de Ritibus, in festorum totius anni celebrandorum ratione et ordine adhibendis, tractatus, titulo: Consuetudines <sup>c</sup>. Implet folia 90.

20°. R. SHEMUEL ARKEVOLTI <sup>d</sup> Bakkasha sive Precatio, cum punctis, numerose composita, cujus initium : 0 qui habitas excelsa! Trium est paginarum. [Seld. sup. 103.]

CCXC.

Codex chartaceus, principii expers, folia 38 habens. Complectitur Cantiones sive Preces rhythmicas, praecipue die expiationum cantillandas, immistis Textibus sacris, isto festo legi solitis: plerarumque auctores R. JEHUDA HALLEVI, R. SASON, R. SHELOMO, R. ISAAC.

[Marsh. 549.]

#### JURIDICI ET RITUALES IN OCTAVO.

CCXCI.

Codex chartaceus, nuperus, caractere quadrato, punctis passim instructo, exaratus,

## 50 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

aratus, folia 252 complens. Ibi reperitur Liber, Ordo Stationum <sup>a</sup> nuncupatus, sive Lectio triplex, singulis septimanas diebus, ex Sacra Scriptura, Mishna, Gemara, cum precibus et canticis, in recordationem sacrificiorum non amplius vigentium in Templo, instituenda. Series est haec: Praecedunt preces, hymni, Capitula patrum, Psalmi item aliquot feria prima recitandi; postea occurrunt textus Biblici, Talmudici, preces et Psalmi feria secunda decantandi: sic proceditur ad finem usque. Ea, quas Clarissimus WOLF. Bibl. Hebr. Tom. iv. p. 94 hoc de codice tradit, emendationis sunt indiga. [Laud. A, 43.]

CCXCII.

Codex membranaceus, mole parvus, litera quadrata, punctis praedita, exscriptus, foliis 180 constans. Exhibet Partem Machsoris Judaeorum Lusitanorum, complectentem postulationes, supplicationes, preces matutinas, vespertinas, sabbaticas, paschales, noviluniorum, encaeniorum, pro die jejunii ESTHER, pro die jejunii GEDALIAE, denique ad diem decimum septimum Tammuz spectantes, cum Psalmis nonnullis, et canticis Pizmon dictis. Inseruntur tredecim Fidei articuli, et totidem R. ISMAELIS Legem interpretandi modi. [Laud. A, 12.]

CCXCIII.

Codex chartaceus, caractere quadrato, punctis carente, transcriptus, in quo habetur Haggada <sup>b</sup> sive succincta noctium Paschatis enarratio, cum benedictionibus et caeremoniis, quae istis temporibus adhiberi solent, paginis, quarum tres coloribus sunt illuminatas, 32 constans. [Laud. D, 141.]

CCXCIV.

Codex chartaceus, antiqua manu partim, partim nova, exaratus, ubi continentur:

i°. Anonymi tractatus, titulo Demonstratio <sup>c</sup>, de jugulandorum et explorandorum animalium ratione, Arabicus, folia 21c complens.

2°. JOSIPPON BEN GORION de Excidio Hierosolymitano Libellus, anno Mundi 5220, Contractuum 1773, CHRISTI 1461, descriptus. Sub exitum legitur, JOSEPHUM a TITO dicente: Elige tibi in quacunque Regni mei parte locum, ubi quiescas, et daturus tibi sum, petiisse insulam quandam, in Romuleo procumbentem Tibri; atque exstruxisse in ea sibi, cum familia sua, domos et Synagogam. [Hunt. 345.]

CCXCV.

Codex membranaceus, literis exiguissimis, absque notato anno, exaratus, foliorum 90. Opus continet antiquum, principio mutilum, agens nempe de mactandorum et laniandorum animalium arte; de ciborum permissis et prohibitis generibus; de lotione manuum, moribus item ad mensam servandis; de rerum omnium per preces benedictione et consecratione; de precum per totum annum receptarum ordine et conditione. Auctor ignoratur. [Hunt. 404.]

CCXCVI.

Codex chartaceus, a JOSEPH BAR JAPHET BAR SHALOM BAR SAADIA BAR ABRAHAM <sup>d</sup>, anno Contractuum 1778, CHRISTI 1466, exscriptus. Ibi leguntur:

i°. Precationes quaedam Judaicae, sermoni Arabico traditae, quarum pleraeque verba primora tituli loco Hebraice exhibent; postrema sic inscribitur: Interpretatio Precationis R. SAADIAE GAON <sup>e</sup>. Nullum de interprete verbum.

2°. Carmen morale, Arabicum, quinquaginta

## UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 51

quaginta sectionibus constans: prima monet cavendum esse a Mundo et ejus fallaciis; secunda, non differendum esse bene agere; tertia, non dandum esse oblivioni, quod ratio aliquando sit reddenda. Conditum est a JUSEPH IBN HASAN <sup>A</sup> ex Libro quodam Hebraeo, Sepher Musar dicto. [Hunt. 488.]

CCXCVII.

Codex membranaceus, non una exaratus manu, ubi reperiuntur:

i°. Liber Praeceptorum parvus. Ita vulgo vocatur ille de Ritibus et vivendi regulis tractatus, quem R. ISAAC BAR JOSEPH CORBELIENSIS composuit, et sub titulo Septem columnae captivitatis in manus Judaeorum dedit: etenim majoris veluti compendium est. Floruit auctor seculo tertio decimo.

2°. Index generalis in codices Talmudicos Chulin et Ahoda zara, lectu perdifficilis. [Hunt. 499.]

CCXCVIII.

Codex chartaceus, a SAADIA BAR JEHUDA BEN R. ABIATAR, anno Contractuum 1514, CHRISTI 1202, egregie exaratus. Ibi Arabice traduntur:

i°. Opus, Dispositio <sup>b</sup> dictum, de rebus ad Jus Ecclesiasticum relatis, nimirum de Cultu quotidiano, de cultu sabbatico, de cultu Festorum, de luctu, de Synagogis, de benedictionibus, de sponsalibus, de mulierum menstruis, de circumcissione, de primogenitis, de peniculamentis, phylacteriis et schedis, de mactatione animalium, de vino libaminum, de possessionibus et acquisitionibus, de lectione Legis: caput tricesimum, quod ultimum est, Capitula Patrum et Viam terrae exhibet. Auctor illius, ut et sequentium, R. SHELOMO BEN R. NATHAN.

2°. Ordinatio sive Ordo <sup>c</sup> Precationum nocturnarum, pro provinciae cujusque, in qua degitur, consuetudine; et praeterea Paschae: paginis absolvitur 16.

3°. Liber, Tabulis instructus, ea docens, quae ad anni Judaici rationem constituendam intelligendamque pertinent. [Pocock. 262.]

CCXCIX.

Codex chartaceus, vetustus, foliis 200 constans. Complectitur preces et cantiones, partim singulis diebus, partim sabbatis, partim Festis, adhiberi solitas: his adjiciuntur R. SHELOMO KATON et R. ISAAC BEN RUBEN Azharoth sive Paraeneses, cum Hoshanoth: sequuntur deinde R. SAADIAE supplicationes, ad diem 10 Tebeth, 13 Adar, 17 Tammuz, 9 Ab, 3 Tishri, festumque Expiationis, pertinentes. [Marsh. 90.]

CCC.

Codex membranaceus, caractere quadrato, tum elegantia tum punctis passim carente, exaratus, foliorum 207. Ibi reperitur Liber principii expers, continens Preces sabbaticas, Noviluniorum, Paschales, Pentecostales et tabernaculorum, novi item anni et ad jejunia Spectantes, cum Psalmis nonnullis et lectionibus, e Scriptura Sancta depromptis: annectuntur Capitula Patrum. [3002 Arch. B, 13.]

CCCI.

Codex chartaceus, litera quadrata, punctis instructa, exscriptus, folia implens 151. Comprehendit Preces, diebus sabbaticis, noviluniis, Paschate, Pentecoste, festo tabernaculorum, encaeniorum et fortium, usurpandas, cum interpretatione interlineari Hispanica. Initium desideratur. [3003 Arch. B, 14.]

CCCII.

Codex membranaceus, caractere quadrato,

drato, punctis insignito, eleganter exaratus, exhibens foliis 84 Librum, complectentem Pizmonim sive Hymnos, Preces propitiatorias multiplices, aliquot item Psalmos, hoc titulo: Machsor pro Die expiationum <sup>a</sup>. Premittitur index. [3053 Arch, B, c4.]  
CCCIII.

Codex membranaceus, ex vetustate utrinque truncus, formas ordinis duodecimi, quo comprehenduntur Joseroth, sabbato magno, novilunio, itemque festo Paschatis et Pentecostes, destinatas : character est inelegans, nec puncta exhibens ubique. [Maresc. 133.]  
CCCIV.

Codex chartaceus, quantitate molis perparvus, repraesentans preces et cantiones, ad binos novi anni dies, et alia quasdam Festa, spectantes: punctis et elegantia literarum caret. [Seld. sup. 108.]

#### THEOLOGICI IN FOLIO.

CCCV.

Codex membraneus, egregie et curiose, sed sine designato anno, exaratus, paginis, quarum quaedam exquisitissimo coruscant auro, 424 constans. Ibi continetur Opus, More Nebochim sive Doctor perplexorum nuncupatum, quod primum R. MOSHE BEN MAIMON, in gratiam discipuli fui R. JOSEPH, Arabice conscripsit, deinde R. SHEMUEL BEN JEHUDA BEN TIBBON, fliafu et rogatu amicorum, Hebraice convertit: tribus absolvitur partibus. Prima capitibus LXXVI. nomina et phrases, quae in Scriptura de DEO usurpantur, explicat, ac praeterea de Angelis, mundo et homine, commentatur. Secunda capitibus XLVIII. de DEO Creatore et primo motore, de intelligentiis coelos moventibus, de sphaeris et siderum in inferiora vi, de Prophetia et Legis Mosaicae aeternitate, de parabolico item dicendi genere sacro, disserit. Tertia capitibus LIV. opera sex dierum, animalia et rotas EZECHIELIS, omniscientiam et providentiam DEI, denique Praecepta Mosaica, illorumque causas et rationes, persequitur. Praeponuntur in charta omnium capitum argumenta sive lemmata, cum Parasharum, in Opere ipso allegatarum, indice. [Laud. B, 139.]

CCCVI.

Codex chartaceus, initio praefationis, ut et uno alterove in fine folio, destitutus, paginas, duplici columna distinctas, 360 implens. Occurrit ibi Opus Theologicum et Philosophicum, in sex Partes, quas centum et undecim capita comprehendunt, distributum, inscriptumque: Bella Domini <sup>b</sup>. Pars prima disputat de immortalitate animae; secunda, de scientia futurorum, interpretatione somniorum, divinationibus et Prophetia; tertia, de omniscientia D E I J quarta, de providentia divina in res creatas omnes; quinta, de corporibus coelestibus illorumque motoribus; sexta, de creatione mundi, miraculis item et ostentis, doctrina Legis, et quomodo Propheta sit probandus. Nomen auctori RALBAG sive R. LEVI BEN GERSHOM. [Hunt. 53.]

CCCVII.

Codex chartaceus, madore diversis in locis vitiatus, foliis 187 constans. Complectitur Librum More Nebochim, eo conscriptum a R. MOSHE BEN MAIMON instituto, ut ad rectam intelligentiam verborum, vocabulorum, phrasium, metaphorarum, parabolarum, allegostrarum, omniumque adeo earum rerum, quae in Divinis Oraculis juxta sensum literalem aliquid alieni, heterodoxi, paradoxo, absurdi,

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 53

Surdi, docere, vel exiguum aut nullam utilitatem habere videntur, introductionis vicem praestet. Frontispicium deest. [Hunt. 3C.]

CCCVIII.

Codex chartaceus, tineosus, folia 245 habens. Reperiuntur in eo sexaginta Conciones, varia Scripturae Sanctae loca, de capitibus Fidei et moralibus praeceptis agentia, ingeniosissime exponentes, et ita dispositae, ut tituli, argumenta earum exprimentes, V. c. Fides, Amor, Luctus, Fiducia, Benedictio, Redemptio, Superbia, Humilitas, Providentia, Confessio, Fornicatio, Hypocrisis, Unitas, Timor, Gloria, Expiatio, Circumcisio, Gaudium, Odium, Afflictio, Opulentia, Pascha, Justitia, Invidia, Sabbatum, Resipiscentia, Jejunium, seriem Alphabeti Servent. Opus Cadus Farinae <sup>a</sup> inscribitur: namque inde omnes, qui ad audiendum DEI verbum famelici sunt, sustentari possunt. Auctor est R. BECHAI BEN ASHER. [Hunt. 103.]

CCCIX.

Codex chartaceus, Arbelae in Mesopotamia a R. JOSEPH COHEN BEN R. AHARON, anno Contractuum 1586, CHRISTI 1247, exaratus, ubi Arabice continentur :

i., Liber, Doctor perplexorum dictus, demonstrans, quomodo verba, phrases, metaphorae item et insolentiores locutiones in Sancta Scriptura hinc inde obviae, et Sensum literalem non admittentes, capiendae sint: qua occasione non Solum infinita et pene innumera Sacrorum Codicum oracula, sed etiam complura tum Philosophica tum Theologica argumenta, excutiuntur; imprimis ratio praeceptorum Mosaicorum, quae fortuito data videri poterant, subinde redditur.

Tractatus anonymi, titulo Compendii <sup>b</sup>, de morum hominis, vel ex verbis vel ex actionibus, cognoscendorum ratione, folia 10 fere implens. [Hunt. 1c2.]

CCCX.

Codex chartaceus, ab ABUNADAB BAR SAADIA LEVI, anno Contractuum 1603, CHRISTI 1291, Mardini exscriptus, ubi continetur Arabice Operis, More Nebochim appellati, pars tertia, initio trunca, incipiens quippe a capite decimo: haec visionem EZECHIELIS subtilibus et nervosis observationibus illustrat; providentiam DEI ex Prophetarum et Philosophorum mente exquisite et accurate edisserit; praeceptorum Mosaicorum rationes ex natura et vetustissimis Orientalium monumentis eruit, multa item alia abstrusa detegit. [Hunt. 164.]

CCCXI.

Codex partim membranaceus, chartaceus partim, anno Mundi 5253, CHRISTI 1493, luculente exaratus, foliorum 190. Complectitur Opus Theologico-Dogmaticum, idque quadantenus contra Christianos directum, de praecipuis Religionis Judaicae capitibus, videlicet de Existentia DEI, Lege MOSIS, Praemio et Poena vitae imminentis, quod, quatuor partibus et 145 Sectionibus constans, hunc prae se gerit titulum: Liber Fundamentorum <sup>c</sup>. Auctor R. JOSEPH ALBO, Hispanus gente, patria Sorianus, cui a Suis elogium Philosophi divini datum. [Hunt. 255.]

CCCXII.

Codex chartaceus, ab utraque mutilis parte, foliis, quorum quaedam non recte sunt locata, 166 constans. Ibi conspicitur Candelabrum Luminaris <sup>d</sup>, Opus nempe morale isto titulo insignitum, cui Septem Sunt. Lucernae sive partes.



tes. Prima, cupiditates inhonestas taxans, dehortatur ab invidia, a concupiscentia opum, rerum delectabilium et carnalium, ab imbitu magisterii et domini. secunda, linguae destinata compescendae, commentatur de irrisione et sannis; de mendaciis, perjuriis, votis nefariis; de hypocrisi, adulatione, calumnia, obtrectatione, socio item publice non confundendo; de multiloquio, contentione et altercatione; de nomine DEI non profanando, non in vanum assumendo. Tertia, ad observantiam praeceptorum spectans, tractat de circumcissione, de liberorum educatione et institutione, de oratione et precibus, de sabbato et Festorum solennitatibus; de honore parentibus debito, de matrimonio et caeremoniis nuptialibus, de eleemosyna et hospitalitate, de aegrotorum visitatione, de luctu et exequiis, de afflictorum consolatione, de justitia recte administranda. Quarta, studium Legis commendans, praecipit de tempore lectionis, officio Magistrorum et discipulorum, praemio bonorum operum, resurrectione mortuorum. Quinta agit de poenitentia sive sponte assumpta, sive a D E O per castigationem immissa: ubi plura de tribulationibus et aerumnis hujus vitae. sexta disserit de amicitia et pace, urbanitate, charitate in proximum. septima est de humilitate, mansuetudine, modestia, verecundia. salutatur auctor R. ISAAC ABUHAB. [Hunt. 450.

CCCXIII.

Codex chartaceus, perita exaratus manu, foliis 167 constans, ubi exhibentur:

I o. Liber Arabicus, Theologicus et moralis, quem R. BECHAI HADDAIAN composuit, inscripsitque: Manuctio ad Officia Cordium<sup>a</sup>. Dividitur in decem sectiones. Prima disserit de Creatore et ejus unitate; secunda, de creaturis et DEI erga illas bonitate; tertia, de cultu divino amplectendo; quarta, de fiducia in solo D E O collocanda; quinta, quod actiones nostrae omnes ad gloriam D E I debeant unice dirigi; sexta, de humilitate; septima, de poenitentia; octava, quod homo se totum DEO debeat devovere; nona, de abstinentia a rebus mundanis sive sanctimonia; decima, de amore DEI et ejus gradibus. Colophon operi impositus dicitur anno Mundi 4951, CHRISTI 1191.

20. Precandi quaedam formula, ab eodem R. BECHAI concinnata, qua anima, a vitiis se avocans, peccatis suis concedi ignoscique orat. Verba illius prima sunt: Benedic anima mea Domino. Puncta substernuntur literis. [Pocock. 96.]

CCCXIV.

Codex chartaceus, Arabico exaratus sermone, comprehendens foliis 96 Operis, Doctor perplexorum inscripti, Partem secundam, qua nimirum disseritur de creatione mundi; de existentia DEI; de angelis; de orbibus coelestibus; de illorum motu et numero, virtutibus item influentibus; de prophetia et prophetis; de discrimine quod inter patrata a MOSE et aliis prophetis miracula intercedit; de Legis Mosaicae praestantia et perpetuitate. Incipit a capite secundo: desinit in 46. [Pocock. 101.]

CCCXV.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1781, CHRISTI 14c9, luculente exscriptus, solia 59 numerans. Opus continet Arabicum, a R. SAADIA GAON compositum, cujus inscriptio est haec: Liber Eximius de Fidei Articulis et Fundamentis<sup>b</sup>. Decem constat tractatibus: primus evidentibus argumentis demonstrat, Mundum, et quicquid in eo existit, creatum esse, ac regi. secundus unitatem DEI probare conatur, ubi ea Librorum

## UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 55

Librorum divinatorum loca, quae ad tuendam de SS. Trinitate doctrinam afferri solent, acerbius quam par est refelluntur. Tertius disserit de praeceptis et monitis, de prophetis et prophetia, Legisque aeternitate. Quartus, de obedientia et rebellionem, de fine creationis hominis, providentia item et libero arbitrio. Quintus, de operibus justitiae et peccatis. sextus, de substantia, sede et proprietatibus, animae, porro de morte, et quid post eam : corporum revolutionem negat. septimus, de resurrectione mortuorum, quam ex natura, sensu, scriptura et Cabbala, evincit. Octavus, de Phorcane sive redemptione vel liberatione. Nonus, de praemiis et poenis seculi futuri. Decimus, de vitae hoc in mundo recte instituendae ratione. [Pocock. 148.]

### CCCXVI.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1589, CHRISTI 1277, exaratus, foliis 123 constans. Exhibetur ibi Operis de virtutibus Theologicis et moralibus, Arabice elaborati, quod sufficientia Piorum <sup>a</sup> inscribitur, partis secundae Liber secundus, agens de legibus et conditionibus precum; de officiis nuncii synagogae; de benedictione sacerdotum; de benedictione ciborum; de Tephillin, Mesusa, Zizith; de circumcissione; de justitia colenda; de mendacio detestando. Incipit a capite vicesimo quarto: desinit in 37. Nomen auctori R. ABRAHAM BEN R. MOSHE BEN R. MAIMON <sup>b</sup>.

### CCCXVII.

Codex chartaceus, Arabicus, utraque mancus in parte, folia 74 habens. Comprehendit Tractatum Philosophicum, ad sacra accommodatum, disserentem videlicet, per varia capita, de mentibus

ab omni concretione mortali segregatis, et quare Elohim de iis dicatur; de coelis, illorumque materia, forma et motu; de materia prima, an sit generabilis et corruptibilis; de quatuor elementis a MOSE recensitis; de anima vegetativa, sensitiva, rationali; de tribus plantarum generibus in Lege memoratis; de sapientibus, prophetis et sacerdotibus; de Metempsychosi; de animae post mortem statu; cur homo vocetur microcosmus; denique de prophetia et visione prophetica. Auctoris nomen latet. [Pocock. 223.]

### CCCXVIII.

Codex chartaceus, madore tantopere corruptus ac vitiatus, legi ut pars ejus magna vix possit. In eo continentur:

10. R. ABRAHAM ABEN EZRAE Porta Coelorum <sup>c</sup>, quadripertita. Prima pars disputat de existentia DEI; de Mundo superiori, medio, inferiori; de mentibus ab omni corporum admistione remotis; de orbibus coelestibus, illorum motus causis; de stellarum et planetarum in inferiora operatione; de DANIELIS et EZECHIELIS visionibus; de materia prima et quatuor elementis; de prophetia, providentia divina; de anima, ejus substantia, immortalitate; de bonorum praemio et poena malorum, variisque Philosophorum, ABUNASAR Ismaelitae praesertim, ea de re pronuntiatis. secunda mysteria quaedam Legis et Prophetarum explicat: ubi de triplici EZECHIELIS in opere Mercaba apprehensione, de fabrica candelabri ZACHARIAE, de horto Eden, de arbore vitae. Tertia agit de nominibus divinis, de visione isAiAE, de Messiae diebus, de resurrectione mortuorum. Quarta praeceptorum finem et usum exponit.

20. Tractatus, Vas Aereum <sup>d</sup> dictus, quatuor constans sectionibus. Prima primordium

56 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. E T CHALD.

primordium mundi, elegantissimam illius structuram, et admirabilem rerum omnium in eo existentium seriem, confiderat. secunda, quid mundo in hoc homini omnibus vitae suae diebus factu sit optimum, declarat. Tertia, quomodo peccator a peccatis suis per poenitentiam liberari possit, docet. Quarta de arte bene moriendi, et seculi fine, disserit. Liber ille ab eo non est distinctus, quem Celeberrimus WOLF. Bibl. Hebr. Tom. I. p. 53, sub tali exhibet titulo : Meditatio animae dolentis in pulsatione forium poenitentiae.

30. Commentarius in SECTIONES aliquot Legales, initio et fine, itemque auctoris nomine, destitutus: nectitur ei Fragmentum morale.

4°. Liber, cui titulus: Fundamentum Timoris et secretum Legis <sup>a</sup>, fine decurtatus, desinens quippe in sectione sexta. Prima agit de literis et punctis, variisque subsidiis ad scripturam recte intelligendam necessariis: reliquae ad praeceptorum et reverentiae divinae observantiam spectant. Auctor illius R.

ABEN EZRA.

5°. Anonymi de Theologia Naturali et spirituali sive Opere Bereshith et Mercaba Meditatio, foliis intermediis nonnullis carens.

9°. R. ISAAC BEN LATEPH Tractatus, qui titulo Figurae Mundi circumfertur. Laudat ibi auctor suum in JOBUM Commentarium, Librumque, quem inseripsit: Thesauri Regis. Finis desideratur.

7°. Fragmentum triplex. Primum imprimis tractat de praeceptis, ad fundamenta Fidei relatis; secundum, de nominibus divinis; tertium, de septem rebus, ante conditum mundum conditis. sunt illae: Lex, Poenitentia, Hortus Eden, Gehenna, solium Glorae, Domus sanctuarii, Nomen Messia.

8°. Quaesita et Responsa de Urim et Tummim: sequuntur LXXXVIII. acute et sapienter dicta Philosophici argumenti, cum explanatione.

9°. R. MOSHE BAR SHEMUEL ABEN TIBBON in CANTICUM CANTICORUM Commentarius.

10. R. DAVID BEN JOSEPH BEN KIMCHI in capita GEN. II. III. IV. atque opus quadrigae, Commentarii.

11. Liber anonymi de quibusdam Legis arcanis, inscriptus: Lux sparsa est justo, et rectis corde laetitia <sup>b</sup>. [Pocock. 296.]

CCCXIX.

Codex membranaceus, nitidis exaratus literis, folia 22c complens. Complectitur R. LEVI BEN GERSHOM Librum, Bella Domini <sup>c</sup> inscriptum, cujus pars prima de animae immortalitate; secunda, de divinandi et conjectandi facultate, illiusque causis, ubi prophetia negatur donum DEI gratuitum esse; tertia, de scientia DEI particulari; quarta, de providentia ejus generali; quinta, de corporum coelestium ordine et numero; de motu eorum recto vel obliquo, celeri aut tardo; de inclinatione illorum ad meridiem vel septentrionem; sexta sive ultima, de creatione mundi, miraculis, prodigiis, arcanis Legis, et ex quibus argumentis verus propheta possit cognosci, disserit. Auctor ait, ultimam a se operi manum impositam anno Mundi 5089, CHRISTI scilicet 1329. [Pocock. 376.]

CCCXX.

Codex chartaceus, Arabicus, anno Contractuum 1785, CHRISTI 1473, perite exscriptus, Libros tres, quibus puta More Nebochim constat, exhibens. Primus docet, quomodo res, actiones, operationes, nomina, proprietates, aliaque corporalia, quae in sacrorum scriptorum monumentis DEO attribuuntur, capi debeant. secundus ARISTOTELIS pro aeternitate mundi argumenta proterit;

#### UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 57

terit; praeterea de orbibus coelestibus, illorum intelligentiis, musica et harmonia, de natura item prophetiae et prophetis, disserit. Tertius de animalium faciebus apud EZECHIELEM, de illorum figura seu forma, motu, de providentia divina, de praeceptis denique Mosaicis, agit. [Pocock. 345.]

#### CCCXXI.

Codex chartaceus, luculente, non indicato anno, exaratus, Opus comprehendens Dogmaticum, videlicet R. SHIMON BAR ZEMACH DURAN scutum Patrum <sup>a</sup>, quod foliis 265, partibus quatuor, absolvitur. Prima tractat de existentia D E I, ejus unitate, simplicitate, aeternitate, attributis, et quod solus sit adorandus: ubi objecta Epicureorum infirmantur et convelluntur; secunda, de prophetiarum ratione, de prophetia MOSIS, de Lege, de ejus perpetuitate; tertia, de omniscientia DEI, de ejus providentia, de praemio et poena, de diebus Messiae, de resurrectione mortuorum; quarta Commentarium in Pirke Aboth exhibet. Tres priores fundamenta Legis sive Fidei constituunt; postrema scala dicitur ad illa esse. Praemittitur praefatio bene longa, in qua praesertim de creatione, et generis humani propagatione, fit sermo. Clarissimo WOLF. Bibl. Hebr. Tom. I. p. 1148, argumentum hujus Libri ignarum fuit. [Maresc. 22.]

#### CCCXXII.

Codex chartaceus, characteribus lectu facilibus transcriptus, Arabice More Nebochim repraesentans. Ibi R. MOSHE BEN MAIMON innumeras loquendi rationes improprias, quae in coelestis doctrinae voluminibus hinc inde occurrunt, explicat: non pauca scitu digna de creatione mundi, de prophetia et prophetis, de scientia DEI et ejus providentia, itemque de praeceptis Mosaicis, proponit: quamplurimas Theologicas, Physioas, Metaphysioas, Mathematicas, aliasque illustres quaestiones, excutit. [Marsh. 402.]

#### CCCXXIII.

Codex chartaceus, anno Mundi 5213, CHRISTI 1453, exscriptus, foliis, duplici columna distinctis, 55 constans. Complectitur R. MENACHEM RECANATENSIS sive RECINENSIS <sup>b</sup> Rationes Praeceptorum <sup>c</sup>, Librum nimirum isto nomine, quod hic tamen non exprimitur, appellari solitum: auctor ibi mysteria et sensus interiores praeceptorum tam affirmantium quam negantium, ex sohar, Bahir, Medrashim, aliundeque investigat; ac praeterea proprietates divinas, et quo preces animo debeant fieri, exponit. Is ab hominibus demigrasse fertur anno Mundi 5050, CHRISTI 1290. [Bodl. 3759. 22.]

#### CCCXXIV.

Codex chartaceus, literis celeribus, at fatis perspicuis, non ita pridem exaratus, folia 115 complens. Continetur eo R. ABRAHAM BEN R. CHAIA HISPANI de Liberationis mysterio tractatus, Volumen Revelantis <sup>d</sup> inscriptus, cui quinque sunt portae sive sectiones. Prima quid sit tempus explicat; mundum insuper suum habuisse initium, ac finem quoque habiturum, demonstrat. secunda dies mundi, et quando Messias sit affuturus, e Lege computat. Tertia corporum ad vitam revocationem, tum ex natura tum ex scriptura, evincit. Quarta tempus resurrectionis mortuorum ex DANIELE et reliquis prophetis elicit. Quinta, Astrologica incedens via, annum venturi Messiae ex siderum habitu desinit. Laudatur ibi R. SAADIA GAON. [Museo 72.]

Codex

CCCXXV.

Codex chartaceus, polita manu, non facta anni mentione, transcriptus, ubi occurrit:

10. Opus ut rarum, ita carum, ex Aggadoth, Medrathim, variisque elegantissimorum Rabbiorum scriptis, conflatum, ac Perfectio Pulchritudinis <sup>a</sup> nuncupatum, quod septem partibus, folia 220, capita 147, comprehendentibus, perficitur. Prima disserit de rerum primordiis, de creatione angelorum gradibusque illorum, de quatuor fluviis, de turri Babylonica, de lingua primaeva, de substantia, materia, forma, privatione. secunda, de triplici mundo, uno superiori, medio altero, altero inferiori, de astrorum in inferiora vi et operatione, de visionibus ZACHARIAE et EZECHIELIS, interque alia de scala JACOBI. Tertia, de anima, ejus facultatibus et operationibus, quomodo ea planetarum subjecta sit dispositioni, porro de libero arbitrio, de fine hominis ultimo. Quarta, de rubo ardente, de calceamentis MOSIS et JosuAE, de Optimatibus Israelitarum, de intellectus humani imperfectione, de DEI erga creaturas bonitate, de scientiarum utilitate. Quinta, de paradiso et mercede futura, de gehenna et poena animae infligenda, an sit res una eademque intellectus, intelligens et intellectum. sexta, de providentia divina, et celeberrima illa disputatione, quod cum bonis male, et praeclare cum impiis, in hac vita agatur. septima, de terrae sanctae excellentia, de oratione, poenitentia, variis Legis mysteriis. Auctor R. SHEMUEL SARSA <sup>b</sup>.

20. ABU HAMED ALGAZALI <sup>c</sup>, magni olim nominis Arabis, Tractatus, a R. ISAAC BAR JOSEPH FESSANO Hebraice conversus, fine truncus, qui hoc praenotatur titulo: Fax luminum in Paradiso florum <sup>d</sup>. Auctor ibi argumentis, Philosophica subtilitate praecellentibus, demonstrare conatur, Lumen. verum, et proprie ita dictum, solum DEUM, ac proinde nomen luminis omne, praeter ipsum, improprium et metaphoricum, esse. Clarissimus WOLF. nihil hoc de Libello habet recti. [seld. Arch. A, c5.]

CCCXXVI.

Codex membranaceus, figura literarum Judaeo-Germanica tres in columnas pereleganter descriptus, folia 326 complens. Opus repraesentatur ibi celebre, dictum nempe Liber Praeceptorum magnus <sup>e</sup>, in quo praeceptorum omnium, quae sexcenta et tredecim sunt, fundamentum et sensus ex scriptura sancta ostenditur, et ex utraque Gemara, ac veterum Rabbiorum scriptis, exponitur. Binis constat partibus, quarum frontispicium colores aurumque illuminant: prior praecepta jubentia, posterior prohibentia, exhibet, adjecto utrobique indice. Appellatur auctor R. MOSHE BEN R. JACOB COZENSIS <sup>f</sup>.

[seld. Arch. A, 5.]

CCCXXVII.

Codex chartaceus, vetus, fine mutilus, complectens foliis no Opus, Arca Testimonii <sup>g</sup> inscriptum, quod, in capita duo et viginti diductum, primo disserit de creatione mundi; secundo, de sphaeris; tertio, de prophetia; quarto, de Lege; quinto, de opere Mercaba; sexto, de vitione Ophannim; septimo, de opere Bereshith ; octavo, de luminaribus; nono, de dicto: hae sunt generationes coeli et terrae; decimo, de lucta JACOBI ; undecimo, de MOSIS inter prophetas praecellentia; duodecimo, de angelo faciei et Metatron; tertio decimo, de tabernaculo; quarto decimo, de XXXII. mirabilibus sapientiae semitis; quinto decimo, de arca, cherubim, tabulis Decalogi

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 59

calogi, mensa ; sexto decimo, de oblationibus, expiatione et lytro; septimo decimo, de precum ratione, cultu sabbati et festorum : reliqua capita ad providentiam divinam, Librum JOBI, ac Legis fundamenta, pertinent. Nuncupatur auctor R. JEHUDA BAR JOSEPH ALCHORASANI. [Museo 80.] CCCXXVIII.

Codex chartaceus, nullum aetatis, qua exaratus sit, vestigium prodens, ubi continentur:

1<sup>o</sup>. R. BECHAI GAON Cadus Farinae <sup>a</sup>, quod opus, sexaginta Concionibus constans, varia Librorum sacrorum loca, de articulis fidei et moralibus praeceptis agentia, exponit, ita quidem ut argumenta ipsa, ordine Alphabetico digesta, ad ductum semper cujusdam loci scripturae edisserantur. V. c. in litera Aleph argumentum Ahaba sive dilectio exponitur ad ductum DEUT. vi. 5. Et diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex totis viribus tuis. In Beth Bittachon scu Jiducia edisseritur ex PSAL. xxxvii. 3. Conside in Domino et fac bonum: inhabita terram, et pasce te fide. Et sic deinceps.

2<sup>o</sup>. Promptuarium morale, calce carens, cui titulus: Candelabrum Luminaris <sup>b</sup>. Id conscripsit R. ISAAC ABUHAB, distinxitque in septem lucernas. Prima agitur de cupiditatibus comprimendis; secunda, de turpiloquio sive verbo otioso, mendaci, inhonesto, blasphemo et similibus; tertia, de praeceptorum divinorum observatione; quarta, de studio Legis; quinta, de poenitentia; sexta, de pace et dilectione; septima, de humilitate: quibus omnibus complures sententiae illustres ex Gemara, Aggadoth et Medrashim, collectae, insperguntur.

[Hyp. Bodl. 3756, 19.]

CCCXXIX.

Codex chartaceus, musteus, a R. JAISH BEN MASUD BEN NAGAR <sup>c</sup> in gratiam R. DANIEL BEN R. SHELOMO, Cognomine BEN KADOS <sup>d</sup>, nitide exaratus, ubi reperitur uberrimus et locupletissimus in PENTATEUCHUM Commentarius, foliis nempe grandioribus, duplici columna distinctis, 550 constans, et singulas Parashas pluribus dissertationibus persequens. Titulus illi est: Peculium Regum <sup>e</sup>. De auctore non constat. [Museo 22.]

THEOLOGICI IN QUARTO.

CCCXXX.

Codex chartaceus, a R. JOSEPH BIBI BEN R. SHEMUEL BIBI <sup>e</sup> Magnesiae, anno Mundi 5269, CHRISTI 1509, exscriptus, ubi habentur:

I. succinctissima Praeceptorum omnium, tum imperantium tum vetantium, enumeratio, versibus expressa, et duplici Commentario brevi quidem, sed egregio ac perpolito, R. BEN SUSAN et R. BEN TODROS illustrata, quae nunc Azharoth sive Paraeneses, nunc Liber Praeceptorum, appellari solet: auctore R. SHELOMO BEN GABIROL.

2<sup>o</sup>. Operis magni apud Judaeos ponderis, quod videlicet R. BECHAI composuit, atque, in decem distributum sectiones, Officium Cordium nominavit, ab anonymo facta Epitome <sup>h</sup>, solia 48 implens: fortasse auctor R. JACOB PHAN.

3<sup>o</sup>. R.

3°. R. joNAE GERUNDENSIS Liber Timoris a sive de timore D E I Libellus, cui jungitur ejusdem de Mysterio poenitentiae tractatus: habent folia simul 16. Vixit auctor seculo decimo tertio.

4°. Opusculum, a sapientibus Graecorum, ut in praefatione legitur, compositum, et a R. ABRAHAM BAR CHASDAI HALLEVI ex Arabica lingua in Hebraicam translatum, cui Pomum <sup>b</sup> titulus, fingitur ibi ARISTOTELES moribundus pomum in lecto manu tenuisse, atque odore ejus refocillatus cum Philosophis, qui tum ad eum confluxere, de facultatibus animae, futura item vita tanquam solatio adversus mortem, variisque aliis Philosophiae capitibus, praeclare disseruisse, ac tandem, elapso e manu pomo, e medio non sine ingenti discipulorum dolore excessisse. [Laud. B, 59.] CCCXXXI.

Codex chartaceus, caractere exili, rotundo, lectu haud praefacili, exaratus, quo continentur:

i°. Opus omnino subtile, Liber credendorum <sup>c</sup> inscriptum, idque contra ABEN EZRAM, RADAK, RALBAG et RAMBAM, item et alios, qui Philosophiae nimium tribuisse, et doctrinas in religionem injurias invexisse videbantur, directum, undecim sectionibus, certa in capita distinctis, constans. In prima et secunda falsae quaedam de anima, resurrectione, signis et praeceptis Mosaicis, necnon providentia, sententiae proponuntur et confutantur; tertia disputat de miraculorum natura; quarta, de existentia angelorum; quinta, de existentia daemonum; sexta, de paradiso et gehenna; septima, de animae humanae revolutione; octava, de prophetia; nona, de Astrologia, stellis, influentiis; decima, de precibus, sacris, delictis; undecima, de poenis futuris. Illius auctor R. SHEM TOB BEN R. JOSEPH.

2°. Libellus duplex, Cabbalisticus: alter, qui septem tantum paginarum est, a R. JACOB BAR SASON compositus, ac Fundamenta et Mystera Creationis <sup>d</sup> nuncupatus; alterum, qui proluxior, auctor anonymus, Quatuor Fluminum Arcanum <sup>e</sup> vocat.

3°. Anonymi in difficiliora PENTATEUCHI loca Commentatio, Ferrariae anno Mundi 5316, CHRISTI 1556, apud ABRAHAMUM OSHKE impressa, cui titulus: Luctationes DEI luctata sum, et praevalui <sup>f</sup>.

4°. Tractatus Cabbalisticus, ubi de mysterio creationis viri et feminae, sabbato magno, et aliis: auctore R. JOSEPH GECATILIA. Absolvitur foliis 22. [Laud. B, 74.] CCCXXXII.

Codex chartaceus, luculente, fine memorato anno, exscriptus, folia 130 complens. Opus exhibet morale, quod R. JECHIEL BEN R. JEKUTHIEL BEN R. BENJAMIN <sup>g</sup> Medicus composuit, atque, in capita quatuor et viginti tributum, tali inscriptione signavit: Excellentiae Virtutum <sup>h</sup>. Caput I. agit de cognitione DEI; II. de amore DEI et proximi; III. de timore DEI et honore parentum; iv. de praestantia Legis et observantia praeceptorum; v. de retributione piorum; vi. de eleemosyna; vii. de oratione, viii. de humilitate; ix. de mansuetudine; x. de verecundia; xi. de side; XII. de integritate; XIII. de misericordia; xiv. de benevolentia; xv. de fama bona; xvi. de affectu bono; xvii. de poenitentia; XVIII. de sapientia; xix. de divitiis; xx. de alacritate; xxi. de temperantia;

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 61

perantia; xxii. de liberalitate; XXIII. de consuetudine; xxiv. de pace. Praemittitur Carmen, a R. JOSEPH BAR CHANAN conditum, cui titulus : Canticum Disciplinae <sup>a</sup>. [Laud. L, 5.]

CCCXXXIII.

Codex chartaceus, manu recenti, multis foliis vacuis relictis, pessime scriptus. Complectitur octo longissimas Conciones, ex Scriptura sacra, Talmude et Medrashim, concinnatas : prima inscribitur de Castigatione justorum; secunda, de poenitentia; tertia, de eleemosyna; quarta, de praestantia Legis; quinta, de praeceptorum meditatione et observatione; sexta, de prophetia; septima de miraculis; octava, de praerogativa populi Israelitici. Nullum de auctore verbum. [Laud. L, 13.]

CCCXXXIV.

Codex chartaceus, ab utraque diminutus parte, foliis, quorum aliquot transposita sunt, 31 constans. Continetur eo Libri, More Nebochim nuncupati, Partis secundae fragmentum, Arabice exaratum, quod, incipiens a capite tricesimo septimo, desinit praepostere in 35. Dissertitur ibi de Prophetia et prophetis; de illorum gradibus, differentiis et speciebus. [Hunt. 236.]

CCCXXXV.

Codex chartaceus, Arabice exscriptus, folia 12 implens. Exhibet ex Operis, Sufficientia Piorum <sup>b</sup> dicti, Parte nona quinque capita, nempe xi. de observatione praeceptorum; xii. de consecratione virtutum; xiii. de sinceritate operum; xiv. de misericordia; xv. de liberalitate. Vocatur auctor R. ABRAHAM BEN R. MOSHE BEN R. MAIMON.

[Hunt. 418.]

CCCXXXVI.

Codex chartaceus, lingua Arabica compe exaratus, folia 112 habens. Complectitur Operis praecedentis capita: xvi. de mansuetudine; xvii. de humilitate; XVIII. de fiducia in DEUM; xix. de animi contenti tranquillitate; xx. de abstinentia a rebus mundanis; xxi. de pugna animam inter et corpus, secundum Sapientum dictum: Morbus animae est sanitas corporis, et morbus corporis est sanitas animae; xxii. de domandis regendisque cupiditatibus; xxiii. de solitudine sive precatione, quae solitario in loco sit. [Hunt. 439.]

CCCXXXVII.

Codex chartaceus, literis perexiguus, non designato anno, transcriptus, ubi reperitur Doctor Perplexorum, Liber nempe, multa, sub illo titulo, praeclara de Deo, ejusque nominibus et attributis, de creatione, de providentia, de angelis, de prophetia, de Lege DEI, de praeceptorum Mosaicorum rationibus et fundamentis, aliisque, continens. [Hunt. 562.]

CCCXXXVIII.

Codex chartaceus, quadantenus madefactus. Continentur ibi:

i°. Liber, vulgo Cosri vel Cusri dictus, anno Mundi 5265, CHRISTI 1505, exaratus, in quo Rabbinus pereruditus Regem Chozaricum, de vera Religione quaerentem, acutissimis responsis ad Judaicam convertit. Opus, in quinque tributum partes, agit de DEO, ejus existentia, nominibus et attributis; de creatione mundi; de angelis, paradiso, gehenna; de Lege scripta et orali; de providentia DEI tum generali tum speciali; de decretis divinis; de libero arbitrio; de resurrectione et vita aeterna; de cultu divino et precatione; de idololatria;



lolatria; de majestate sive praesentia DEI visibili et occulta ; de praestantia et dignitate populi Judaici, terrae promissae, Linguae Hebraeae, Musicae et Poeseos sacrae; de anima, ejusque natura, facultatibus, immortalitate; de prophetia et prophetis; de Cabbala, aliisque innumeris,

2°. R. MACHIR Pulvis Aromatarii <sup>l</sup> tripartitus: prima pars de doloribus Messiae, hoc est de signis, ostentis, bellis et calamitatibus, quae praecedere adventum Redemptoris debent; secunda, de immortalitate animae, de mercede et poena, de resurrectione et seculo futuro; tertia de traditione in monte sinai a MOSE accepta, hominis item formatione, et Gematricis nonnullis Cabbalisticis, differit. [Hunt. 413.]

CCCXXXIX.

Codex chartaceus, praesigni caractere a R. JOSEPH BEN R. SAADIA exscriptus, complectens Arabice Libri, More Nebochim nomine noti, partem secundam, ubi de mundi ortu et interitu, de prophetis et prophetia, de Legis Mosaicae praestantia, perfectione, facilitate, perpetuitate. Titulus Arabicus: Directio Attonitorum <sup>b</sup>. [Hunt. 165.]

CCCXL.

Codex chartaceus, una descriptus manu, quo comprehenduntur:

i°. R. MOSHE BAR NACHMAN de Praemiis bonorum et malorum, paradiso, gehenna, tractatus, hunc prae se gerens titulum : Porta retributionis <sup>c</sup>. Desideratur finis.

2°. Cabbalisticae locorum quorundam PENTATEUCHI expositiones. Initium auctorisque nomen desunt.

3°. Libellus duplex, Quaesitis Responsisque constans: alter de arcano historiae BATSHEBA sensu ; alter de mysterio intercalationis. Utriusque auctor R. JOSEPH GECATILIA. [Hunt. c14.]

CCCXLI.

Codex membranaceus, vetus, quem sibi ipsi R. CHAIIM BEN MOSHE eleganter transcripsit. Occurrunt ibi:

i°. Opus morale, Arabicum, a R. JOSEPH BAR JEHUDA BAR JOSEPH BAR HISPANO BARCINONENSI conditum, inscriptumque: Medicina animarum aegrotarum, et Conservatio cordium incolumium <sup>d</sup>, folia 155 complens. Dividitur septem in partes: prima de essentia animae; secunda, de partibus ejus; tertia, quae capitum 27 est, de incolumitate sive virtutibus ejus; quarta, de morbo sive vitiis ejus; quinta, de curatione ejus; sexta de tentationibus et afflictionibus ejus disserit; in septima probatur, tentationes illas animae esse proficuas. Laudantur ibi, praeter scriptores sacros et Talmudicos, Philosophi SOCRATES, PLATO, ARISTOTELES; Medici HIPPOCRATES, GALENUS; Mathematici PTOLEMAEUS, ABUNASAR; et ex Judaeis MAIMONIDES, SHERIRA GAON, BEN SIRA.

Cabbalistica literarum Alphabeti Hebraici Expositio <sup>e</sup>, paginis 21 constans: auctore R. JACOB COHEN. [Hunt. 518.]

CCCXLII.

Codex chartaceus, Arabicus, capite et calce carens, foliorum 145. Continet tractatum moralem, de quo sequentes supersunt sectiones: quarta, quae reliquis prolixior, de actionibus moraliter bonis et malis; quinta, quod in Decalogo omnes recte vivendi regulae comprehensae sint; sexta, quod virtutes et vitia

### UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 63

vitia imprimantur in animo per actus repetitos; Septima, de animi vitia debellandi extirpandique ratione; octava, quod intellectus humanus in hoc mundo sit peregrinus, unicus, singularis, pauper, indigens: totus enim mundus inferior est corporeus, intellectus autem spiritualis, ergo hospes; nona, quod, quae veram homini felicitatem pariunt, tria sint, sanctimonia nempe, et scientia; decima, quod is tantum sit inter homines Dominus, qui intellectu corpus subigit. De auctore non constat. [Hunt. 489.]

CCCXLIII.

Codex chartaceus, fatis polite, sed sine consignato anno, exaratus, ubi reperiuntur:

1°. Disputatio de vera religione, quae Cosri vel Cusri vocari solet. Disputatores sunt Rex Chozaraeorum et doctus quidam Rabbinus, qui Regi illi, cujus objectionibus nec Christianus nec Mohammedanus satisfacere poterant, religionem Judaicam probat, et tandem comprobat, eumque, una cum ejus populo, proselytum efficit. Illius auctor Fertur R. JEHUDA LEVI, a quo primum Arabice Scripto, deinde in linguam Hebraicam a R. JEHUDA TIBBONIDE conversa.

2°. Epistola, a R. DON BONET PORPHET ad R. SHELOMO BAR ABRAHAM BEN ADDERETH missa, qua Judaei, qui in terris Provinciae Scientiis Christianorum operam navasse ferebantur, ab haereseos crimine vindicantur, et totus eorum coetus purgatur, foliis 30 constans. Titulus illi est : Scriptum Apologeticum <sup>a</sup>. [Hunt. 627.]

CCCXLIV.

Codex chartaceus, Arabicus, fatis concinne et scriptus et compactus, foliis 200 constans. Comprehenditur eo MOHAMMEDIS Coranus sive Alcoranus, punctis passim instructus: ubi Phatha, Dhamma, Kefra, notis Hebraicis; Tenwin, Teshdid, Hamza, Wesla et Medda, Arabicis exprimuntur. Caput ad calcem adjicitur index [Hunt. 529.]

CGCXLV.

Codex chartaceus, madorem passus, folia non pauca vel trajecta vel inversa habens. Ibi leguntur :

i°. Tractatus de Matrimonio pudice sancteque servando, quinque capitibus, quae Portae Justitiae <sup>b</sup> appellantur, comprehensus: conscripsit R. ABRAHAM BEN DAVID in gratiam Fratris sui.

2°. Libellus de Chibbut Hakkeber sive percussione quae sit in sepulchro, capitibus quinque, foliis 2, constans: sequuntur R. ABIGDOR Cabbalisticæ in GENESIN et EXODUM observationes. Desideratur sinis.

3°. Commentarius in Capitula Patrum Cabbalisticus, titulo: Arcanum Pirke Aboth <sup>c</sup>.

4°. Opusculum de Sod Haggilgul sive mysterio revolutionis animarum, quod R. SHALOM BEN SAADIA SAITIN <sup>d</sup>, dum in urbe Caesaraugusta versaretur, ex majori Opere, ibidem invento, excrispsit.

5°. Cabbalistica enarratio Praecepti de numerandis septem diebus, inter Pascha nempe et Pentecosten interjectis, septem vicibus. Titulus est : Mysterium Numerationis Manipuli <sup>e</sup>. [Hunt. 352.]

CCCXLVI.

Codex chartaceus, literis minutissimis anno Mundi 5205, CHRISTI 1445, exaratus, folia, quorum tria membranacea sunt, 138 implens. Opus exhibet reconditæ et minimæ trivialis doctrinae, in quo cum multa rationibus demonstrantur Philosophicis, tum plurima, quae ad

#### 64 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

ad difficiliora et obscuriora sacrorum Librorum loca intelligenda mire conducunt et faciunt, adducuntur, titulo More Nebochim notissimum. Accedit Parasharum in calce index. [Pocock. 204.]

CCCXLVII.

Codex chartaceus, elegantissime a BARCUT BAR JOSEPH COHEN in gratiam R. SHELOMO BAR JOSHUA descriptus, idque Damasci anno Contractuum 1779, CHRISTI 1467, foliis 270 constans. Conspicitur ibi Opus, Arca Testimonii <sup>a</sup> appellatum, quod, XXII. capitibus complexum, disputat praecipue de mundi creatione; de sphaeris, planetis, stellis; de influenza divina in medium intellectus humani sive essentia Prophetiae; de nominibus Angelorum; de nomine DEI duodecim literarum; de EZECHIELIS animalibus et rotis; de officio sandalphon; de luminaribus, turri Babylonica, diluvio; de arca foederis, Cherubim, Decalogo; de xxxii. sapientiae semitis; de oblationibus et sacrificiis; de cultu unius DEI, precum ratione, sabbati observatione; porro de JOBO ejusque Amicis; de quinque diversis circa providentiam divinam sententiis; de disputatione Satanae cum DEO; de colloquio DEI ex turbine cum JOBO; denique de fundamentalibus Legis articulis. Illius auctor R. JEHUDA BEN R. JOSEPH CHORASANI.

[Pocock. 203.]

CCCXLVIII.

Codex chartaceus, eleganti exaratus manu, ubi continetur Operis, Doctor Perplexorum nuncupati, pars tertia, Arabice conscripta, agens de visione EZECHIELIS, de historia JOBI, de providentia DEI, de praeceptis MOSIS, denique de illis in scriptura rebus, quae secundum sensum literalem nullam utilitatem habere videntur. [Pocock. 211.]

CCCXLIX.

Codex chartaceus, litera luculenta, absque anni nota, Arabice exscriptus, quo comprehenditur R. MOSIS MAIMONIDAE Liber Praeceptorum, folia 186 complens: auctor ibi sexcenta et tredecim praecepta, quae in quatuordecim classes, Operi Jad Chasaka praemissas, distinxerat, ex scriptura proponit, et ex Mishna, Talmude, siphra, siphri, Tosaphta, praeclarioribusque Geonaeorum Doctorum scriptis, succincte exponit. Praemittitur index.

[Pocock. 239.]

CCCL.

Codex chartaceus, Arabicus, complectens Libri, More Nebochim dicti, partem tertiam, quae sub finem duobus, pluribus passim in medio, foliis caret. [Pocock. 145.]

CCCLI.

Codex chartaceus, luculente exaratus, anni carens nota, ubi occurrunt:

10. Liber, Fundamentum Timoris <sup>b</sup> inscriptus, in xii. capita diductus: primum de Linguae sanctae elementis, deque Targum, Talmud, Masorae, Ethicae, Astronomiae et Psychologiae, utilitate disserit; reliqua de Praeceptorum natura, dignitate et praestantia, itemque arcano DEI timore, agunt. Illius auctor R. ABRAHAM ABEN EZRA.

20. Duplex ejusdem Libellus: prior sepher Hashshem de variis DEI nominibus; alter sepher Haechad de virtute numerorum ab uno ad decem.

3°. R. MORDECHAI BEN ELIEZER COMTINO in R. ABRAHAM ABEN EZRAE Fundamentum Timoris Commentarius, Adrianopoli in captivitate elucubratus. Laudantur ibi ABEN ROSHD in Expositione Librorum ARISTOTELIS de Physica auscultatione, et ABUBECR BEN TOPHAIL in Philosopho autodidacto HAI BEN JOKDHAN. [Pocock. 209.]

Codex

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 65

CCCLII.

Codex chartaceus, Arabicus, ubi repraesentatur Libri, More Nebochim appellati, pars prima, uno alterove sub finem solio carens. [Pocock. 212.]

CCCLIII.

Codex chartaceus, nitide et manu recenti exaratus, solii 50 constans. Exhibet R. ISAAC BEN ABRAHAM Munimen Fidei <sup>a</sup>, scriptum nempe pestilentissimum, septemdecim capitum, quibus audacissimus ille Verpus, Doctrinam Judaicam confirmare, Christianam destruere, conatur. Oppugnat itaque Jesum Nazarenum, ss. Trinitatem, Eucharistiam, Baptismum, et quoque Pipior sive Pontificem Romanum: qua occasione, non contentus loca innumera ex MOSE, ISAIA, JEREMIA, EZECHIELE, HOSEA, AMOS, ZACHARIA, PSALMIS et DANIELE, CONgesta pravos in sensus detorquere, monstrosissimas in Evangelia quaestiones movet. Caeterum praefatio et auctoris nomen desiderantur; titulus latinis literis exprimitur. [Museo 176.]

CCCLIV.

Codex chartaceus, nuperus, folia, quorum 18 vacua sunt, 46 habens. Librum complectitur Anti-Christianum, XXXIII. capitibus comprehensum, quem R. ABRAHAM PERIZOL confecit, appellavitque in Praefationis fine: Disputatio de Lege <sup>b</sup>. Auctor primo varias circa Legem quaestiones excutit; de peccato deinde primi hominis, Trinitate, incarnatione, Messia, nominibus divinis, pane et vino MELCHISEDEKI, scala JACOBI, ligatione ISAACI, aliisque rebus, disserit; ultimo capite locum isaiae exponit: sanctus, sanctus, sanctus, etc. [Museo 165.]

CCCLV.

Codex chartaceus, nitidis exaratus characteribus, foliis 384 constans, quo continetur Opus Physico-Metaphysico-Theologicum, a R. MOSHE BEN JEHUDA compositum, inscriptumque: Amor in Deliciis <sup>c</sup>. In tres abit partes: prima disputatur de materia prima, corpore, motu et tempore, loco, vacuo, mixtione, meteoris, triplici anima; secunda, de substantia, accidente, existentia, toto et parte, universali et particulari, causa et causato, intelligentiis, necessario, contingente; tertia de divinationibus, prophetiis, creatione mundi, providentia DEI, promissione Legis, immortalitate animae, praemio et poena, resurrectione. Laudantur ABEN ROSHD, ARISTOTELES, AVINCENNA, ABUHAMED.

[Museo 138.]

CCCLVI.

Codex chartaceus, haud ita pridem transcriptus, folia 52 implens. Comprehendit XXII. sectionibus Bella Domini <sup>d</sup>, acerrimam scilicet, isto nomine appellatam, de Religione disputationem, quae MECACHED inter et MEIACHED instituitur : ille Dogmata Christianorum proponit, explicat, variis scripturae sanctae oraculis munit: hic illa falsa esse docet. Fecit stygium hunc Foetum R. JACOB BAR RUBEN. [Museo 174.]

CCCLVII.

Codex chartaceus, perita exscriptus manu, folia 120 complens, ubi reperitur Liber, Convocationes sanctitatis <sup>e</sup> inscriptus, bipartitus: auctore R. JOSEPH SAMIGA. Prior pars agit de Praeceptorum, ad timorem et amorem DEI pertinentium, natura et indole, itemque commodis, ex illorum observatione redundantibus;

66 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

dantibus; 'posterior, de Praeceptorum, ad Festa omnia et ritus spectantium, rationibus et causis: ubi simul ostenditur, quomodo homo perfectam ex iis in se fidem extruere possit. Accedit capitulum in calce index. [Maresc. 76.]

THEOLOGICI

IN OCTAVO.

CCCLVIII.

Codex chartaceus, totus Arabice exaratus, ubi reperiuntur:

i°. Liber de virtutibus Theologicis, fine decurtatus, solius tamen 57, capitibus 25, constans, cui titulus: Director ad veram pietatis viam <sup>a</sup>. Complura explicantur ibi loca Biblica: laudatur et ABEN EZRA. Nullum de auctore verbum.

2°. Tractatus de vita et moribus recte instituendis, a SOLIMAN BEN GABIROL ISRAELITA <sup>b</sup> anno Alexandreo 1428, CHRISTI 1116, saragossae sive Caesaraugustae compositus, inscriptusque: Correctio Morum <sup>c</sup>. Opus, secundum quinque hominis sensus, in quinque distinguitur sectiones, quarum unaquaeque quatuor habet subsectioniones, quae singulae de virtute aliqua praecipunt, quae ad illum sensum, cui sectio destinata est, prae caeteris pertinet. sic sectio prima de visu inscribitur: ad visum autem refertur superbia, humilitas, pudor, pervicacia. De his ergo argumentis ordine in quatuor illis subsectionionibus praecipitur. Ita et de caeteris habendum est. [Hunt. 382.]

CCCLIX.

Codex chartaceus, duplici manu, ineleganti, descriptus, quo comprehenditur R. MOSIS MAIMONIDAE Libri, Doctor perplexorum appellati, Pars prima, Arabice elucubrata. [Hunt. 267.]

CCCLX.

Codex chartaceus, nitido exaratus caractere, nonnullis ab initio foliis carens. Tres exhibet anonymi Conciones, duas videlicet in Canticum MOSIS, unam, quae longior est, in diem Expiationis: assuitur quoddam in medio et calce fragmentum, in quo variae sententiae divinatoriae, ex animalibus et avibus deductae, leguntur. [Hunt. 481.]

CCCLXI.

Codex chartaceus, Arabicus, folia 142 complens. Ibi repraesentatur Theologiae Mohammedicae Didactico-Elencticae summa, anno Hegirae 679, CHRISTI 1280, condita, quae quatuor constat partibus: prima de Prophetia, ejus decem gradibus et quindecim utilitatibus, disserit; secunda Judaeorum tela repellit; tertia immani ausu cum Christianis disceptat; quarta in eo occupatur, ut Religionis Islamiticae Dogmata veritati divinae consona esse ostendat. Operis hujus cyclopii auctor EZZELDULAT SAAD BEN MANSUR BEN SAAD BEN HOBATALLA. [Hunt. 390.]

CCCLXII.

Codex chartaceus, vetus, haud polite scriptus: in eo conspicitur Arabice Operis, quod scilicet More Nebochim nomine celebrari solet, pars secunda. [Pocock. 102.]

CCCLXIII.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1774, CHRISTI 1462, nitide transcriptus, foliis, quorum primum deest, 146 constans. Complectitur Librum Cosri Arabica

## UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 67

Arabica lingua, qui quinque absolvitur partibus: prima de variarum religionum et sectarum hominibus, illorumque dogmatibus, disputat; secunda quaestiones quasdam Hebraicas, ad nomina et proprietates divinas relatas, examinat; tertia de solitaria vita, rebus item mundanis et legalibus, tractat; quarta de derivatione nominum et attributorum divinatorum, ac de rebus spiritualibus, disserit; quinta denique Metaphysicorum et scholasticorum de rerum credendarum fundamentis mentem exponit. Auctor R. JEHUDA HALLEVI. [Pocock. 284.]

CCCLXIV.

Codex chartaceus, universus Arabica lingua exaratus, ubi exhibentur :

i°. Anonymi de quibusdam magni momenti arcanis, in Opere Bereshith et Mercaba contentis, meditationes, anno Mundi 5287, CHRISTI 1527, descriptae, quibus in media praefatione hoc inditum nomen : Margaritae Mysteriorum a.

2°. Epistola, a R. MAIMON BEN R. JOSEPH ad consolandos Fratres suos, anno Contractuum 1471, CHRISTI 1159, in urbe Fessa conscripta, foliis 43 constans. Multa explicantur ibi loca Biblica, quorum primum ISA. XLV. 23.

3°. R. JOSEPH BEN AKNIN <sup>b</sup> de mensurarum, in Lege scripta et orali memoratarum, cognoscenda quantitate tractatus. Ex sex capitibus, quibus constare debebat, tria posteriora desiderantur. [Pocock. 186.]

CCCLXV.

Codex chartaceus, multiplici scriptus manu, quo continentur:

i°. R. MOSIS MAIMONIDAE Libri, More Nebochim nuncupati, capitum et argumentorum Elenchus, quem R. MOSHE BEN JEHUDA BEN MOSHE fecit.

2°. Opusculum morale, Liber Disciplinae <sup>c</sup> inscriptum, cum Commentario R. ISAAC ISRAELITAE, foliis 16 Constans.

3°. sententiae morales, Alphabetico ordine digestae, BAR SYRAE <sup>d</sup>, vetustissimi auctoris Hebraei, qui a Judaeis nepos JEREMIAE Prophetae fuisse creditur, cum Conmentario. Prima est haec: Honora Medicum antequam eo opus habeas.

4°. Anonymi in sententias aliquot morales, quae singulae a voce Leolam, id est semper, incipiunt, Commentarius, titulum hunc prae se ferens; Expositio Leolam <sup>e</sup>.

5°. Varia variis ex Libris excerpta, ubi praesertim de Jubilaeo anno, de potentiis animae, de precatone, unitate DEI, intellectu hominis, corporum motu.

6°. Incerti scriptoris in PENTATEUCHUM Commentarius, initii experts, incipiens quippe a Parasha, quae extat EXOD. x. I. sequuntur Miscellanea Theologica et Cabbalistica partim, partim Philosophica.

7°. Liber et initio et auctoris nomine destitutus, in quo tales explicantur Quaestiones: Cur assimilatur dives seminatore et messori? Cur assimilatur cupidus hirusini? Cur assimilatur pax vasi integro? Constat quaestionibus centum, foliis 30.

8°. Tabulae duae : prior Planetarum in singulas noctis et diei horas effectiones; posterior divinationes ex Tekuphis, exhibet. V. g. si Tekupha Tebeth veniat hora quarta et dimidia noctis, erit vilitas annonae : si hora quarta et dimidia diei, caritas annonae. [seld. sup. 104.]

CCCLXVI.

Codex membranaceus, concinnis, sine anni nota, exaratus literis: Ibi occurrunt:

I°. R. JEHUDAE BAR SHEMUEL BEN ABAS

## CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

ABAS <sup>a</sup> de Praeceptorum Mosaicorum ratione et intentione tractatus, capitibus quindecim, foliis 78, constans, qui titulum in sex distichis, praefationi initio mutilae subjectis, geminum gerit, alterum nempe Illustrabit Semitam <sup>b</sup>, alterum Virga Jehudae; prior ad Libri argumentum, posterior ad auctoris nomen, respicit. In postremo capite talis studiorum praescribitur ordo : Puer, inde ab anno aetatis tertio vel quarto ad annum 28, discet primo literas, puncta vocalia, accentus; leget deinde sectiones Legales, Targum, Prophetas priores, Prophetas posteriores, Hagiographa; conseret hinc se ad Grammaticam, Talmud, sexcenta et tredecim Praecepta, praeclariora item in illa Commentarios; denique desudabit in Medicina, Arithmetica, Astronomia, Geographia, Logistica, Dialectica, Algebra, Musica, statica, Mechanica, Physica. Multi commendantur auctores.

2°. Ejusdem Opusculum morale, ex argumento Fons vitae <sup>c</sup>, ex auctoris nomine Oblatio Jehudae, inscriptum, folia novem implens. Initium sit a PROV. XXIX. 15. [Museo 197.] CCCLXVII.

Codex chartaceus, luculento exscriptus caractere. In eo leguntur:

i°. Inquisitio de vera religione, veroque DEI cultu, instituta a quodam Chozaraeorum Rege, qui primo quidem cum Philosopho gentili et Christiano congressus tandem Judaeum advocarit, ejusque argumentis convictus veritatem religionis Judaicae agnoverit. Est Liber Cosri.

2°. PTOLEMAEI sive Fructus Librorum ejus, a centum Aphorismis Astrologicis Centiloquii <sup>d</sup> nomine appellari solitus, cum Commentario, quem ABU GIAAFAR BEN JOSEPH BEN ABRAHAM confecit. Librum hunc, inquit R, KALONYMUS in calce, ex Arabico Hebraice converti anno mundi 5074, CHRISTI nempe 1314. [Bodl. 2573, 840.]

## CABBALISTICI.

## IN FOLIO.

## CCCLXVIII.

Volumen membranaceum, uno grandi folio, duos pedes lato, quatuor pedes longo, constans. schema exhibet Theologiae Cabbalisticae, picturis verbisque expressum, sive arborem Cabbalisticam, magnificentissime delineatam, in qua ab En soph seu Infinito, quod in summo voluminis margine est, per lineas et circulos, minio aliisque coloribus distinctos, nomina divina et decem sephiroth conspiciuntur descripta, adjectis hinc inde amplis explicationibus, e Libris Cabbalisticis decerptis. In inferiore schematis parte Currus EZECHIELIS; infra hunc, Hortus Eden, depingitur: latus dextrum Candelabrum aureum; sinistrum, Mensa cum panibus propositionis, ornat. In fine haec legis: Christianus descripsit haec, cui nomen est JACOB CHEBRON SCOTUS <sup>e</sup>. [Bodl. Arch. A. 9.]

## CCCLXIX.

Codex chartaceus, litera lectu facili exaratus, ubi habentur:

i°. R. AKIBAE Alphabetum <sup>f</sup> sive Cabbalistica de singulis literis meditatio, quatuor paginis constans.

2°. Commentatio succincta in ARISTOTELIS Logicam, Physicam et Metaphysicam, a R. JEHUDA COHEN BEN SHELOMO TOLETANO facta, et Expositio sapientia

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 69

sapientia <sup>a</sup> dicta, solia 83 complens. Praemittitur praefatio.

3<sup>o</sup> Versuum difficiliorum in GENESI, PSALMIS et PROVERBIIS, elucidatio, solia 17 implens: eodem auctore.

4<sup>o</sup>. Explicatio Terminorum, apud Logicos receptorum, quae auctorem habet R. MOSHE BEN MAIMON. Capitibus xiv. solis 8, constat.

5<sup>o</sup>. Tractatus Astronomicus, x. capitum : primum agit de Coeli et Terrae figura, partibus, situ; secundum, de sole, motu ejus primo et secundo; tertium, de Luna, motu ejus communi et proprio; quartum, de Eclipsibus solaribus et lunaribus; quintum, de quinque vagorum siderum motu in longitudinem; sextum, de motu eorundem irregulari; septimum, de planetarum motu in latitudinem; octavum, de stellarum sub radiis solis occultatione, atque ex iis emersu; nonum, de magnitudine terrae, ejusque cum stellis proportione; decimum, de stellarum Fixarum incessu, illarumque, in borealibus et australibus astris, numero. Videtur auctor hujus numero 2<sup>o</sup>. memoratus R. JEHUDA.

6<sup>o</sup>. R. MOSIS NARBONENSIS in ABU ACHMED ALGAZALI Librum de Opinionibus Philosophorum, in rebus scilicet Logicis, Physicis et Metaphysicis, Expositio <sup>b</sup> sive Commentarius, ultra Logicam non procedens. [Pocock. 343.]

CCCLXX.

Codex chartaceus, nobili caractere anno Contractuum 1574, CHRISTI 1264, transcriptus, solia 50 complens. Tractatum continet antiquitate et Cabbalistica subtilitate eximium: nomen illi est sepher Jesira sive Liber Creationis, qui xxxii. sapientiae semitis, quas xxii. Alphabeti literae et x. sephiroth constituunt, absolvitur, cum Commentario Arabico, cujus auctor R. SAADIA GAON. Arabica inscriptio est haec: Liber hic vocatur Liber Primordiorum, relatus ad ABRAHAMUM Patrem nostrum, super quem pax <sup>c</sup> [Pocock. 256.]

CCCLXXI.

Codex chartaceus, nitidissime haud ita pridem exaratus. Continentur ibi:

i<sup>o</sup>. Opus Cabbalisticum, Vestes Arcae et Turris Chananel <sup>d</sup> inscriptum, solis 86, septem sectionibus, 28 capitibus, constans, ubi, adhibita literarum, punctorum, accentuum apicumque, vi et potestate, de Creatione et sephirarum emanatione disseritur: sectio prima lucem primo die conditam; postrema, quae Illuminans oculos vocatur, hunc explicat locum: Itaque perfect sunt coeli et terra, et omnis exercitus eorum. Contexuit id R. SHEM TOB BAR ABRAHAM anno Mundi 5085, CHRISTI 1325, saphetae in Galilaea.

2<sup>o</sup>. Tractatus magnam partem Cabbalisticus. Liber animae sapientis <sup>e</sup>, alias Mishkal sive Trutinae, dictus, solia 47 complens. Dividitur in quinque partes, quarum prima de animae humanae natura; secunda, de illius post: mortem statu; tertia, de cruciatibus qui improbos in gehenna manent; quarta, de seculo venturo; quinta de resurrectione mortuorum agit: subjicitur peculiare caput de recondita quadam rituum et festorum explicatione. Ait auctor in media praefatione: Ego MOSHE BAR SHEM TOB LEGIONENSIS <sup>f</sup> concinnavi Librum hunc anno Mundi 5050, nempe CHRISTI 1290. [Hunt. 41.]

CCCLXXII.

Codex chartaceus, anno mundi 5175, CHRISTI 1415, a R. SHEM TOB MEDICO, HISPANO,



## 66 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

HISPANO, TOLETANO, ad ornandam quidem Bibliothecam suam, sed ineleganter, exscriptus. In eo occurrunt:

1°. R. NECHONIAE FILII KANAE de nominibus literarum Alphabeti Hebraici, illarumque mysteriis Cabbalisticis, tractatus, Commentario amplo, cujus non designatur auctor, illustratus, titulum hunc prae se serens: Liber similitudinis Opus, in civitate Thebes exaratum, tribus partibus, 115 solis, absolvitur. Praefationis tale est initium: Omni tempore vestes tuae sint albae, et oleum super caput tuum non deficiat.

2°. Ejusdem NECHONIAE de Unitate live essentiali DEI nomine, reliquisque nominibus divinis, meditatio, cum anonymi Expolitione, solia 37 implens. Ait exscriptor in calce: Ego SHEM TOB MEDICUS, HISPANUS, FILIUS R. JACOB HISPANI <sup>h</sup>, descripsi Librum hunc, qui Commentarius est in lichud Cabbalisticum, Philippopoli, cum laborassem ex podagra : commoratus enim ibi sum 18 dies, aegrotans in domo Honoratissimi R. AHARON, descripsi inquam illum in mense Nisan anni 5175. [Hunt. 309.]  
CCCLXXIII.

Codex chartaceus, recentissima exaratus manu, solis 208 constans. Commentarium continet succinctum, Cabbalisticum, in Tractatus Talmudicos de Benedictionibus, de sabbato, de Volumine ESTHER, de Jejuniis, de Festivitate, de initio anni, de Tabernaculo, de Paschate, de Profanis, de Commixtionibus, de Fratriarum jure, de Muliere declinante, de Literis matrimonii, de Libellis repudii, de sponsalibus. Hoc operi inditur nomen: Thesaurus Glorae <sup>c</sup>. De auctore, qui forte R. TODROS LEVI; nullum verbum. [Arch. seld. A, 50.]  
CCCLXXIV.

Codex chartaceus, luculente, non desinito scriptionis tempore, exscriptus, solia 328 complens. Eo comprehenditur R. ELKANAE BEN JERUCHAM Opus Cabbalisticum, Liber Mirabilium <sup>d</sup> nuncupatum, quod, omissa praefatione, ita in exponenda prima GENESEOS Parasha versatur, ut totam simul de x. sephiris, et XXXII. sapientiae semitis, doctrinam pertractet: praeterea universum Mundi systema cum signis orbium coelestium, Planetarum et Eclipsium, exhibet. In fronte recens possessor ait: Liber hic est R. NACHUM de sapientia Cabbalae. [Bodl. 3741, 4.]  
CABBALISTICI.

IN QUARTO.

CCCLXXV.

Codex chartaceus, duplici exaratus manu, ubi reperiuntur:

i°. sepher Jesira sive Liber de Creatione, falso ABRAHAMO Patriarchae ascriptus, cum scholiis, quae RAMBAN confecit. Solis 13 absolvitur.

2°. Commentarius in Canticum Grdduum SALOMONIS <sup>e</sup>, solis 112 constans: ibi quid sit Bonum et quotuplex explicatur; SALOMONIS Regis virtutes et perfectiones enarrantur; ad bona spiritualia comparanda via monstratur. Auctor est, qui Cheshek shelomo composuit.

3°. Commentarius in CANTICUM CANTICORUM, Desiderium SALOMONIS <sup>f</sup>, appellatus, solia 38 habens. Desideratur linis. [Laud. L, 15.]

Codex

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 71  
CCCLXXVI.

Codex chartaceus, initio truncus, anno Mundi 5294, CHRISTI 1534, transcriptus, solis 225 constans. Ibi exhibetur R. PEREZ COHEN Dispositio Divinitatis <sup>a</sup>. una cum Commentario R. JEHUAE CHAIIT. Opus, in officina Cabbalistarum elaboratum, tractat de Divinitate DEI, de nominibus divinis, de sephiris, de homine ejusque lapsu, de curru EZECHIELIS, de mundo, de siderum influxu, de Cabbalístico septenario, octonario et denario. Triplex reperitur in calce Tabella, ad Calendarium Judaicum pertinens. [Pocock. 208.]

CCCLXXVII.

Codex chartaceus, haud ineleganter exaratus, quo continentur:

i°. Liber Doctrina bona <sup>b</sup> inscriptus, solis 27, sex capitibus, constans: eo pertinet, ut animae humanae dignitatem, existentiae ejus causam, operationis ejus excellentiam, Cabbalisticè demonstrat. Auctor est R. JEHUDA BAR SHELOMO KANPANTONI <sup>c</sup>.

2°. sepher Temuna sive Liber similitudinis. Ita R. NECHONIA BEN KANA suum de mystica literarum significatione tractatum appellat. [Hunt. 422.]

CCCLXXVIII.

Codex chartaceus, non una scriptus manu, ubi continentur:

i°. Quaesita quaedam Cabbalística de animarum revolutione, et aliis rebus, a R. JEHUDA HACHAIIT proposita, CUM Responsis cujusdam BEN R. JOSEPH CASTILIENSIS. Liber solia 16 implet.

2°. Commentarius anonymi Cabbalisticus in EZECHIELIS Prophetæ Haphtaram: nectitur ei R. JOSEPH GECATILIAE sed Mercaba sive Mysterium currus.

3°. Incerti auctoris de decem sephiroth tractatus, 72 solis constans.

4°. Liber, Tabernaculum Testimonii inscriptus, a R. MOSHE BAR SHEM TOB LEGIONENSI anno mundi 5053, CHRISTI 1293, compositus, cui quinque sunt sectiones: prima disserit de mundi mysterio; secunda, de homine; tertia, de anima; quarta, de gehenna, quinta, de paradiso. Absolvitur 73 solis.

5°. R. BECHAI BEN ASHER Mensa quadrata. <sup>e</sup> Agitur eo in Opere de benedictionibus, urbanitate, et aliis ceremoniis, ad mensam servandis. Constat capitibus quatuor, solis 21. [Hunt. 441.]

CCCLXXIX.

Codex chartaceus, literis lectu perdifficilibus, minutis, exaratus, solis 165 constans. Ibi exhibetur Liber Mirabilium <sup>f</sup>, Cabbalisticas commentationes in primam GENESEOS sectionem, decem sephiras, duas et triginta sapientiae semitas, complectens: auctore R. ELKANA BEN JERUCHAM. Haud pauca sub finem desiderantur. Opus hoc recens possessor Hakkana vocat. [Hunt. 551.]

CCCLXXX.

Codex partim membranaceus, chartaceus partim, situ exesus, ubi occurrunt :

i°. Anonymi de decem sephiroth, et nominibus divinis, illis adjungi solitis, tractatus, 48 solia implet. Titulus illi est : seculum divisionis <sup>g</sup>.

2°. Commentarius in sepher Jesira, ab ELIA LEVITA anno Mundi 5159, CHRISTI 1399, descriptus, solis 90 constans. Auctor non indicatur. [Hunt. 525.]

CCCLXXXI.

Codex chartaceus, tum initio tum fine mancus, solis tamen 223 constans. Collectanea continet varia, partim ex Operibus Cabbalisticis, partim ex Commentariis

## 72 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

mentariis Biblicis, partim ex Talmude, decerpta, quibus recentior manus hunc praefixit titulum: Liber Meditationum <sup>a</sup>. Praecipuum ibi locum merentur R. JEHUDAE NATHANIS in Threnos, et R. JOSEPH ABEN VEGAE in librum ESTHER, observationes. [Hunt. 412.]  
CCCLXXXII.

Codex chartaceus, fugientibus exaratus literis, solia 48 implens. Complectitur Commentarium in omnia Judaeorum Festa Cabbalisticum, cujus Inscriptio, praefationi praeposita, haec est: Hae sunt solennitates Jehovae, convocationes sanctae, quibus convocabit eos stato tempore suo <sup>b</sup>. Auctoris nomen subticetur. [Hunt. 520.]  
CCCLXXXIII.

Codex chartaceus, caractere minutissimo, recentissimo, descriptus, solia 215 complens. Ibi occurrunt quatuordecim circiter sectiones, ad R. MOSHE CORDUERO Tractatum Cabbalisticum, Paradisus Malogranatorum <sup>c</sup> inscriptum, pertinentes, quibus scita Judaeorum de decem sephiroth, de nominibus divinis, itemque de triginta et duabus sapientiae semitis, explicantur, adjectis variis hinc inde schematibus Cabbalisticis. Praemittitur praefatio, cum Carmine, in quo singuli versus a literis nominis R. ISAAC BEN MESHULLAM, qui puta id condidit, incipiunt. [seld. Arch. A, 56.]

CABBALISTICI  
IN OCTAVO.  
CCCLXXXIV.

Codex chartaceus, haud pridem exscriptus, soliis 39 constans. Librum continet Cabbalisticum, in quatuor sectiones, quae in plura iterum capita abeunt, distinctum: prima agit de Cabbalistarum circa causam primam et decem sephiroth sententia; secunda, de virtutibus sephirothicis, et quomodo regatur ab iis mundus; tertia, de nominibus, quae Cabbalistae, in arte Cabbalistica, sephiris addunt; quarta, de rationibus, Cabbalae studium firmantibus. Auctor in ultima hac sectione vocatur R. JOSEPH BEN VAKAR.  
[Laud. L, 12.]

CCCLXXXV.

Codex chartaceus, autographus, solia 100 implens, ubi reperitur Commentarius Cabbalisticus in Preces Judaeorum matutinas, pomeridianas, vespertinas, et ad Festa pertinentes: quem R. JEHUDA BEN SHABTAI, cognomento HAGGISI <sup>d</sup>, anno Mundi 5209, CHRISTI 1449, composuit, inscripsitque: Laudes Jehovae <sup>e</sup>. Praeponitur praefatio, carmine concepta. [Hunt. 513.]

CCCLXXXV.

Codex chartaceus, mole exiguus, caractere lectu difficili exaratus, ubi continentur:

i°. Liber Magicus et Cabbalisticus, qui Adamo ab Angelo Rasiel traditus fingitur, exhibens regulas, quibus rite observatis, et certorum Angelorum nominibus in auxilium vocatis, mira patrari, bona procurari, mala averti possunt. Docet v. g. quomodo longissima itinera brevissimo temporis intervallo emetienda : quomodo tempestas foeda, nautarum ministeria turbans, compescenda: quomodo gratia apud Reges et Principes ineunda. sequuntur R. ASHER BOTRILO, R. SHIMON BEN JOCHAI et R. GAON, ejusdem farinae Libelli.

2°. Tractatus Magicus. Ibi Rasiel SALOMONI

## UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 73

SALOMONI de arcanis, in astrorum, Lapidum, plantarum, animalium, thymiamatum sive suffumigationum, annorum, mensium, dierum, noctium, horarum, spirituumque, natura reconditis, praecepta tradit, atque ad miras inde res perficiendas viam aperit. [seld. Arch. A, 107.]

CCCLXXXVII.

Codex chartaceus, anno Mundi 5346, CHRISTI 1586, inscite descriptus, solius 144 constans. Opus exhibet Cabbalisticum, R. JESHUAE COHEN ABEN AHARON COHEN <sup>a</sup> Responsa ad dubia quaedam de decem sephiroth, a R. JOSEPH HALLEVI proposita, complexum, titulo: Via Fidei. Complura ibi e sepher Jesira, Zohar, Tikkunim, et antiquioribus Rabbiniis, petita. [Marsh. 705.]

CCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, literae elegantia destitutus, comprehendens solius 270 R. JOSEPH GECATILIAE de Nominibus et attributis divinis, ac decem sephiroth, tractatum, qui hunc prae se fert titulum: Portae Lucis <sup>b</sup>. Divinus ille, ut vocant, Cabbalista, natus in Hispania, floruit seculo decimo quinto. [Bodl. 3012, 23.]

HISTORICI

IN OCTAVO.

CCCLXXXIX.

Codex chartaceus, Sine cura transcriptus, Opus complectens Chronologico-Historicum, a R. ABRAHAM BEN R. SHEMUEL ZACUT contextum, ac Liber Prosapiarum <sup>c</sup> nominatum, quod solia 550 complet. Auctor ibi, praemissis nonnullis ad res antiquissimas relatis, seriem et successionem Doctrinae oralis, inde a MOSE ad suam aetatem, annum videlicet Mundi 5260, CHRISTI 1500, deductae, ostendit; gesta Regum tum Israelitarum tum gentium breviter edisserit: insuper de aechmalotarcha sive Judaeorum, apud Babylonios exulantium, Principe, ejusque auctoritate et jurisdictione; de duplici Academia, sorana nempe et Pumbedithana; de diversis populi Judaici fati; de Trihaeresio sub Templo secundo exorto, aliisque huc pertinentibus, luculentissime praecipit. Liber a fine mutilus est, et non paucis in locis ab editis discrepat. [Hunt. 504.]

CCCXC.

Codex chartaceus, pulchre exaratus nitideque, solia 35 implens. Occurrit ibi R. JOSE BEN CHELPETHAE ZIPPONENSIS Libellus, Ordo seculi <sup>d</sup> nuncupatus, qui, xxvi. capitibus constans, Historiam mundi e scriptura, inde a prima rerum origine usque ad septuaginta septimanas Propheticas perductam, exhibet: plura reperies in editis capita. [Hunt. 487.]

CCCXCI.

Codex chartaceus, literis prave effectis, difficillime legendis, exscriptus, quo comprehenditur anonymi de sultanorum Ottomannicorum OTHMANI I I. MUSTAPHAE I. AMURATI iv. vita et rebus gestis tractatus, fine truncus, soliorum 34. Praemittitur Imperatorum ab OTHMANO I. ad IBRAHIMUM usque feries. [Pocock. 31.]

PHILOSOPHICI

IN FOLIO.

CCCXCII.

Codex membranaceus, universus de Arabico expressus, solius, duplici columna distinctis, 308 constans. Occurrunt in eo:

i°. Liber

10. Liber de HAI BEN JOKDHAN fabulosus, ab ABUBECR BEN TOPHAIL <sup>a</sup> compositus, et a R. MOSE NARBONENSI commentario illustratus, solia 119 implens. Auctor ibi exemplo BEN JOKDHAN ostendit, quomodo ex inferiorum contemplatione ad superiorum notitiam mens humana ascendere possit.

2<sup>o</sup>. R. MOSIS NARBONENSIS tractatus, quo ABUBECRI BEN ALSAIG in Libro, Regimen solitarii sive Eremitae, qui pars est civitatis <sup>b</sup>, inscripto, intentio exponitur, solia novem continens.

3<sup>o</sup>. Epistola AVERROIS, Possibilitas Conjunctionis <sup>c</sup> appellata, docens, quomodo intellectus hominis cum intellectu superiori, mente nimirum divina, conjungere se queat. Accedit commentarius MAGISTRI BIDAL, qui est R. MOSES NARBONENSIS.

4<sup>o</sup>. Ejusdem tractatus, Bilances Contemplationum <sup>d</sup> nuncupatus, in quo, per capita sex et viginti, de DEO, creatione mundi, essentia et immortalitate animae, ratione item prophetiae, ita disseritur, ut aequum ab iniquo in dictis, rectum ab erroneo in cogitationibus, verum a falso in fidei articulis, bonum a malo in actionibus, facile discerni possit.

5<sup>o</sup>. Opus morale, xxxii. capitum, ab ABUCHAMED ALGAZALI CONCINNATUM, inscriptumque: Bilances Justitiae <sup>e</sup>. Ibi alta eorum dementia, qui aeternae felicitatis curam vel in minimis ponunt, vel procrastinant, depingitur: blandimentorum mundi, omniumque, quae cum terra rationem habent, vanitas ostenditur: sapientiae et sanctarum actionum ad vitam beatam ac sempiternam obtinendam necessitas evincitur, Nomen interpreti R. ABRAHAM BAR SHEMUEL HALLEVI BEN CHASDAI.

6<sup>o</sup>. Ejusdem de Mysteriis Luminum divinorum Liber, cui titulus: Fax Luminum in Paradiso Florum . Primum ex tribus, quibus comprehenditur, capitibus demonstrat, non dari, praeter DEUM, proprie dictum lumen. secundum parabolas a lampade, face, igne et aliis, desumptas explicat; ac praeterea de gradibus spirituum commentatur: ubi interpres R. ISAAC BAR JOSEPH FESSANUS multa et mutavit et addidit. Tertium de hominibus vel sola luce, vel sola caligine, vel mistim utraque, coopertis disserit.

7<sup>o</sup>. Anonymi in ARISTOTELIS de Anima libros commentarius, quem R. MOSHE BAR SHEMUEL BAR JEHUDA BEN TIBBON anno Mundi 5021, CHRISTI 1261, convertit. [Roe. 257, 11.] CCCXCIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, splendidissime exaratus. Leguntur ibi:

1<sup>o</sup>. AVERROIS in ARISTOTELIS octo Physicorum Libros commentarius, a R. CALONYMO FIL. CALONYMI FIL. MEIR anno Mundi 5077, CHRISTI 1317, aetatis 30, ex Arabico Hebraice conversus, solis 97 constans.

2<sup>o</sup>. Ejusdem in ARISTOTELIS de Coelo et Mundo Libros expositio, solia 78 complens: hunc R. SHELOMO HAROPHE BEN IJOB HISPANUS anno Mundi 5120, CHRISTI 1360, transtulit.

3<sup>o</sup>. AVERROIS in ejusdem Philosophi de Animalibus Libros, inde a sectione xi. usque ad xix. commentarius, a R. JACOB BAR MACHIR anno Mundi 5063, 1300, conversus, solia 91 implens. [Hunt. 79.]

CCCXCIV.

Codex partim membranacens, chartaceus partim, a R. ELIEZER BAR MOSHE anno

## UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 75

Anno Mundi 5247, CHRISTI 1487, caractere descriptus tersissimo, solis 324 constans. Ibi exhibetur R. JOSEPH ABEN SHEM TOB <sup>a</sup> IN ARISTOTELIS Ethica ad NICOMACHUM, quae in prologo a R. DON MEIR ALGUADESH dicuntur translata, Commentarius, in decem partes, decem Ethicorum libris respondentens, distinctus. Prima tractat de beatitudinis desiderio singulis hominibus innato; secunda, de virtute ethica; tertia, de virtutum actionibus; quarta, de bonorum morum praestantia; quinta, de justitia et judicio; sexta, de recta ratione et habitibus intelligentiae; septima, de recto, peccato et voluptatibus; octava, de amicitia et variis ejus speciebus; nona, de inaequalitate amicorum; decima, de voluptate et dolore in genere.. [Maresc. 12.]

CCCXCV.

Codex chartaceus, luculente exaratus, solia 142 implens. Complectitur AVERROIS in ARISTOTELIS quatuor Physicorum libros priores Commentarium: interprete anonymo. Nonnulla sub finem desiderantur. [Hyp. Bodl. 78.]

PHILOSOPHICI.

IN QUARTO.

CCCXCVI.

Codex chartaceus, una totus exaratus manu, ubi habentur:

1<sup>o</sup>. ABUCHAMED ALGAZALI de Philosophorum in Arte disserendi opinionibus tractatus, ex Arabico a R. ISAAC ALBALAG Hebraice conversus, et observationibus illustratus, solis 36 constans. subjicitur Alphabetum Hebraicum.

2<sup>o</sup>. Compendium Logicum ad mentem ARISTOTELIS, quod 32 paginas complet: auctore anonymo.

3<sup>o</sup>. R. MOSIS MAIMONIDAE Higgaiion sive Logica, capitibus quatuordecim, solis 19, comprehensa.

4<sup>o</sup>. succinctissimus incerti auctoris iii ARISTOTELIS de Categoriis, Interpretatione et Analyticis, Libros commentarius, soliorum 20. sequuntur in Categorias Chiddushin sive novae observationes.

5<sup>o</sup>. ABUCHAMED ALGAZALI de Philosophorum in Metaphysica et Physica sententiis tractatus, solia continens 921 Titulus est: Liber Opinionum <sup>b</sup>. [Laud. L, 7.]

CCCXCVII.

Codex chartaceus, duplici exscriptus manu, in quo reperiuntur:

10. ARISTOTELIS Ethicorum ad NICOMACHUM Libri decem, a R. DON MEIR ALGUADESHI <sup>c</sup>, qui se pagina tertia MEIR BEN SHELOMO appellat, ex lingua Graeca in Hebraicam conversi, ac scholiis illustrati. Absolvitur opus solis 124.

2<sup>o</sup>. R. JOSEPH BEN CASPI in ARISTOTELIS de Moribus Libros commentarius, in decem tractatus distinctus: complet 90 solia.

3<sup>o</sup>. Ejusdem in PLATONIS de Republica Libros expositio, paginis 48 constans.

4<sup>o</sup>. Excerptiones, partim ad animam ejusque divisiones, partim ad Musicam, pertinentes: junguntur his GALENI de anima humana sententiae. [Pocock. 17.]

CCCXCVIII.

Codex chartaceus, caractere lectu haud difficili exaratus, solia 116 numerans. Ibi exhibetur R. GERSHOM BAR SHELOMO Opus, Porta Coeli, nuncupatum, in tres partes diductum: prima, ad Physicam relata, disserit de quatuor elementis, exhalationibus, tonitru, fulgure, terrae motu, stellis cadentibus, lampade, igni perpendiculari, fluvii, mari,

74 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

mari, ventis, grandine, nubibus, iride; porro de montibus, metallis, lapidibus, plantis, ovibus, capris, tauris, equis, asinis, elephantis, canibus, lupis, porcis, felibus, leonibus, cervis, avibus, apibus, formicis, araneis, piscibus; denique de homine, ejusque ossibus, oculis, palpebris, auribus, naribus, dentibus, lingua, barba, collo, jecore, pulmone et anima. Reliquae partes, quarum prior de Astronomicis, posterior de unitate DEI rebusque divinis, agit, desunt. [Pocock. 42.]  
CCCXCIX.

Codex chartaceus, luculente descriptus, complectens fragmentum Arabicum de utili Librorum lectione, solius, quorum sex vacua sunt, 16 comprehensum: auctore R. MOSHE BEN MAIMON. Voces, inquit in initio is, sunt veluti formae conceptuum, eodem eos indicantes modo, quo corpus motum, in se existentem, indicat. [Pocock. 18.]  
CCCC.

Codex chartaceus, universus Arabico sermone, absque anni nota, exaratus. Comprehenduntur eo:

1°. ALCHAPHEDH BEN ABDALLA IBN MOHAMMED ABI ALSAID ALPTOLEMAEUSI <sup>a</sup> Responsiones ad septem Quaestiones sequentes. Quid sibi vult hoc Philosophorum dictum: series entium a prima causa similis est circulo imaginativo, qui incipit a puncto et ad idem revertitur, et cujus reversio sit in forma hominis? Quid hoc: Essentia hominis ad id post mortem pertinet, ad quod scientia ejus in vita pertinebat; quippe scientia ejus similis est circulo imaginativo? Quid hoc: Intellectus particularis habet vim sibi formam intellectus universalis repraesentandi? Quid hoc: Numerus sunt circuli imaginativi, cuique illius gradui, unitatibus nempe, decadibus, centenariis, millenariis, etc. circulus est? Quid hoc: Attributa divina non recte attribuuntur DEO nisi per negationem? Quid hoc: DEUS benedictus non novit nisi se ipsum? Denique quae sunt argumenta pro immortalitate animae rationalis? Liber hic, infra Hebraice occursurus, non est distinctus ab eo, quem Clarissimus WOLF. Bibl. Hebr. Tom. II. p. 1390, ex conjectura Plaustra cogitationum vocat.

2°. scriptum anonymum, in quo tria Quaesita, quorum quodque decem absolvitur sectionibus, cum rationis ac religionis legibus conseruntur: primum est de rerum, quae in tota natura constant, omnium Opifice; secundum, de anima, ejusque facultatibus; tertium, de prophetiis, et revelationis ratione. Nonnulla sub finem desunt.

3°. AVICENNAE de scientiarum divisionibus libellus, quatuordecim paginis constans.

4°. Ejusdem de illa Philosophiae Orientalis parte, quae ad res naturales spectat, tractatus, paginas 180 complens. Quaedam in medio, ad quae supplenda 12 solia chartae purae adjecta sunt, desiderantur. [Pocock. 181.]

CCCCI.

Codex chartaceus, exilibus literis, fine anni mentione, descriptus, ubi reperiuntur:

10. R. ALI in Ifagogen PORPHYRII Commentarius, solius 30 constans.

2°. Ejusdem in ARISTOTELIS de Categoriis Librum expositio : complet solia 59.

2°. Ejusdem in Librum de Interpretatione elucidatio, solia 50 implens. Titulus in codicis fronte generalis est hic: Illustratio in Libros Logices <sup>b</sup>. [Hunt. 519.]

CCCCII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, in quo conspiciuntur :

1°. Ifagoge

## UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIAS. 77

10. Ifagoge PORPHYRII de quinque vocibus sive praedicabilibus, cum illustratione Philosophi AVERROIS, octodecim solis constans.

2<sup>o</sup>. AVERROIS in ARISTOTELIS Categorias, itemque Perihermenias sive de interpretatione librum, commentarii. Continent solia 86.

3<sup>o</sup>. succinctissimus de syllogismo et Demonstratione tractatus, ex lingua Arabica in Hebraicam ab anonymo translatus. Hujus auctor ABUNASAR ALPHARABI.

4<sup>o</sup>. AVERROIS in Analytica priora et posteriora Commentarius, soliorum 54. Interpretatio horum Librorum, quos ABEN ROSHD composuit, absoluta est a R. JACOB BAR ABBA MORI BAR ANTOLI, ut ipse in calce profitetur, Neapoli mense Adar secundo, anno Mundi 4992, CHRISTI 1232. [Hunt. 419.]

CCCCIII.

Codex chartaceus, anno Mundi 5 244, CHRISTI 1484, scitissime exaratus, solis 72 constans. Complectitur Opus Logicum, titulo Compendii <sup>a</sup>, idque ab ABEN ROSHD compositum, et a R. JACOB BAR MACHIR anno Mundi 5050, CHRISTI 1298, Hebraice translatus. Exscriptor appellatur R. SHABTAI BEN R. MOSHE CRETENSIS <sup>b</sup>. [Bodl. Arch. D, 60.]

CCCCIV.

Codex chartaceus, minutissimo exaratus caractere, solia 90 complens. Ibi reperitur ABUCHAMED ALGAZALI Liber, de Philosophorum Opinionibus inscriptus, in duas partes distinctus, quem R. MEIR VIDAL illustri et dilucido commentario persequitur. Prior pars, ad res Metaphysicas pertinens, disputat de entium divisione; de prima causa; de attributis divinis; de actionibus DEI, rerumque omnium ad eum relatione; de modo,

quo creaturae ab eo existentiam suam acceperint: posterior, ad Physicam relata, agit de motu, loco et vacuo; de corporibus simplicibus; de mixtis et compositis; de anima vegetativa, sensitiva et humana; de iis, quae de intellectu agente in animam hominis influunt. [Museo 179.]

CCCCV.

Codex chartaceus, exili transcriptus litera, solis, quorum ab initio quindecim, totidem a fine, vacua sunt, 56 constans. Exhibet ABUCHAMED ALGAZALI de Logica, ejus utilitate et partibus, tractatum, cum Commentario, cujus auctor R. MOSHE NARBONENSIS. Desideratur praefatio. [Museo 202.]

CCCCVI.

Codex chartaceus, haud ita pridem, fine indicato anno, exaratus, quo continentur:

1<sup>o</sup>. Compendium Logicae Aristotelicae, solis 56 complexum : auctore R. JOSEPH ABEN CASPI. Considerata, inquit is, tenuissima hominum in disciplinis intellectualibus cognitione, exiguaque illorum ad temporis hujus studia inclinatione, cum brevitate vitae, consultum duxi compendium doctrinae Logicae concinnare brevius succinctiusque eo, quod ABUNASAR et AVERROES confecerint.

2<sup>o</sup>. R. ABRAHAM ABIGDOR de syllogismorum terminis, figuris item et modis, Libellus, octo constans solis. [Rawlins. L.]

PHILOSOPHICI.

IN OCTAVO.

CCCCVII.

Codex membranaceus, una eaque eleganti manu exscriptus. ibi traduntur :



10. Tractatus Philosophicus, ex Arabico Hebraicus, solia 39 complens, et septem responsa, quae ALCHAFEDH BEN ABDALLA IBN MOHAMMED ABI ALSAID ALPTOLEMAEUSI ad totidem quaesita, sibi ab amico proposita, retulit, comprehendens; interprete R. MOSHE BAR SHEMUEL BAR JEHUDA GRANATENSI. EX quaestionibus his, supra Latine ad verbum expressis, tres priores, quae scilicet difficiliores sunt, hic in margine in sero Hebraice lege <sup>a</sup>.

2°. R. MOSHE TIBBON BEN R. SHEMUEL TIBBON GRANATENSIS Macrocosmus sive de hominis dignitate, facultate ratiocinativa et natura, tractatus, solis 14 constans. Descripsit R. TANCHUM BAR MOSHE anno Mundi 5085, CHRISTI 1325. [Pocock. 276.]

CCCCVIII.

Codex membraneus, nitide, sed absque memorato anno, transcriptus, solia 64 numerans. Tractatum continet de rerum naturalium principiis, illorumque natura, definitione, numero et discrimine, tripartitum, Liber Elementorum <sup>b</sup> nuncupatum, quem R. ISAAC BEN SHELOMO ISRAELITA, Medicus, Arabice primum confecit, deinde R. ABRAHAM BAR SHELOMO HALLEVI CHASDAI Hebraice convertit. Laudantur ibi HIPPOCRATES, GALENUS, ANAXAGORAS, PLATO. [Hunt. 576.]

CCCCIX.

Codex chartaceus, foeda exaratus manu, initio destitutus et fine. Ibi occurrit Arabicus in ABUCHAMED ALGAZALI de Philosophorum circa res Logicas, Metaphysicas et Physicas, sententiis Librum, commentarius: auctore R. SAID ABEN DAVID ADENENSI <sup>c</sup>. Aden est Arabiae felicitis oppidum. [Hunt. 592.]

MEDICI IN FOLIO.

CCCCX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, cum cura quadam in initio, negligentius sub exitum, exaratus, solia 216 numerans. Ibi repraesentatur Corporis Medicinae, ab ALZAHARAVI Arabice primum compositi, et Altasriph sive Praxis inscripti, deinde a R. MESHULLAM BEN JONA Hebraice translati, ac Desiderium perfectum <sup>d</sup> appellati, Tomus prior, cum praefatione, atque generali morborum ad calcem elencho. Opus dividitur integrum duas in partes, Theoricam et Practicam, singulis Libros quatuordecim complectentibus. Theorica res naturales, elementa videlicet, temperamenta, humores, partes, facultates, actiones, spiritus, considerat. Practica agit de omnibus omnino morbis tam universalibus quam singularibus, eorumque causis, signis, prognosticis, symptomatibus, remediis: ultimus liber de Chirurgia praecipit. Converti praestantissimum hunc Tractatum, inquit interpres, ideo imprimis, quod opus eo sit omni, qui desiderabilia quaerit, nihilque in eo, praeter titulum, mutavi. [Laud. A, 167.]

CCCCXL

Codex membranaceus partim, partim chartaceus, concinne satis, non consignato anno, exscriptus, paginis, duplici columna distinctis, 400 constans, quo comprehenduntur ABU ALI IBN SINAЕ, vulgo AVICENNAE, Canonis Medicinalis Libri

## UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 79

Libri priores tres: primus tractat de Medicinae speculativae et Practicae fundamentis; secundus, de medicamentis simplicibus, eorum natura et virtute; tertius, de morbis singulis corporis humani membris peculiaribus. Interpres salutatur R. NATHAN HAMATHAEUS.

[Laud. A, 170.]

CCCCXII.

Codex chartaceus, Arabicus, elegantissime anno Mundi 5112, CHRISTI 1352, exaratus, solia, quorum singulae paginae duas in columnas abeunt, 122 complens. Ibi exhibentur Musae IBN OBAIDALLAE ISRAELITAE CORDUBENSIS, clari olim Medici ac illustri laude conspicui, Aphorismi <sup>a</sup>, ex operibus GALENI collecti, atque in quinque et viginti capita distributi. Primum agit de partium corporis humani forma, facultatibus et actionibus; II. de quatuor humoribus; III. de Medicinae fundamentis et generalibus regulis; iv. de pulsibus, eorum indicationibus; v. de inspectione urinae; vi. de morborum signis; vii. de eorum causis; viii. de curandis morbis in genere; ix. de iis curandis in specie; x. de febribus; xi. de temporibus morborum et crisi; xii. de sanguinis missione; XIII. de evacuatione per medicamenta cathartica; xiv. de vomitu; xv. de curatione chirurgica; xvi. de morbis mulierum; XVII. de tuenda valetudine in genere; XVIII. de exercitatione; xix. de balneorum usu; xx. de alimentis; xxi. de medicamentis salubribus sive sanitatem conservantibus; XXII. de remediis, quae ex animantibus, lapidibus et radicibus, peti possunt; XXIII. de morborum, qui ambigui sunt nominis, distinctionibus; xxiv. de rebus quibusdam raris admodum et insolitis, in libris Medicorum lectis; xxv. de obscuris nonnullis et dubiis GALENI locis. Auctor vulgo vocatur R. MOSHE BEN MAIMON. [Pocock. 319.]

CCCCXIII.

Codex chartaceus, vetus, caractere, etsi. haud terso, lectu facili, transcriptus, solia 79 implens, Complectitur peregrinantibus commendatissimum de Medicina tractatum, subsidium itinerum <sup>b</sup> dictum, ex Arabica lingua, in qua primum AHMED BEN IBRAHIM BEN ABU CHALED composuit, in Hebraicam a R. MOSHE BEN TIBBON conversum, qui Libris septem, capitibus 156, absolvitur. Primus agit de alopecia, madarosi, hemicrania, aliisque capitis et cerebri morbis, eorum item causis et remediis. secundus, de medicamentis, ad morborum oculorum, aurium, narium, labiorum, dentium, oris et linguae, sanationem accommodatis. Tertius, de affectibus faucis, et iis, quae halitum intercludunt, eorum causis, signis, remediis. Quartus, de medicamentis, quibus aegritudines stomachi et viscerum curantur. Quintus, de morborum jecinoris et renum sanatione. sextus, de remediis partium, quae generationi inserviunt. septimus, de febribus, morbisque aliis, totum corpus exagitantibus, eorum causis, symptomatis, curatione. [Pocock. 353.]

CCCCXIV.

Codex chartaceus, literis admodum impeditis et implexis anno Mundi 5029, CHRISTI 1269, exaratus, cui solia sunt 225. Ibi conspicitur ALZAHARABI Praxis, sive Corporis Medicinae, quod ex Arabico R. SHEM TOB BAR ISAAC DERTOSANUS Hebraice reddidit, Volumen primum, sex ex triginta, quibus totum constat opus, Libros complectens: primus de principiis Artis medicae universalibus; sextus, de gargarismatibus, medicamentis item cathartice et stomachicis, disserit. In praefatione, cui librorum capitumque recentior praemittitur index, inter alia de praevia Planetarum cognitione, Medico necessaria, sit sermo. [Hyp. Bodl. 3738, I.]

Codex

CCCCXV.

Codex chartaceus, eadem, ac superior, manu exscriptus, solius 377 constans. Comprehendit ALZAHARABI live ALZAHARAVI Corporis Medicinae Volumen secundum, Libros tres et viginti exhibens: septimus, unde initium ducitur, de medicamentis emeticis, clysteribus et balanis, agit; ultimus medicamentorum nomina, itemque pondera et mensuras, explicat. Liber tricesimus de Chirurgia desideratur. [Hyp. Bodl. 3739, 2.]

CCCCXVI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, perite transcriptus, solia, quorum tria postrema dilacerata sunt, 120 complens. Ibi reperitur, sub Collectionis <sup>8</sup> titulo, ISAAC BEN SOLIMAN ISRAELITAE, praestantissimi olim Medici et Philosophi, de Febribus tractatus, ex Medicorum antiquorum scriptis decerptus, inque quinque Libros digestus, Arabice: primus de essentia Febris ejusque desinitione; secundus, de Febribus ephemeris sive diariis; tertius, de Febribus hecticis, quae phthises nuncupantur; quartus, de Febribus acutis, et accidentibus eas concomitantibus; quintus, de Febribus ex humorum putredine oriundis, agit. [Hyp. Bodl. 4136, iii.]

CCCCXVII.

Codex chartaceus, initio praefationis destitutus, solius 296 constans. Eo continetur Promptuarium anonymi Medicum, quadripartitum: pars prima disserit de Medicinae principiis ac fundamentis; secunda, de ratione tuendae valetudinis; tertia, de morborum, qui corpus hominis a vertice ad pedis plantam afflictae solent, causis, signis, symptomatis, remediis; quarta, de medicamentis, eorum praeparatione, virtute, utilitate. Opus Opobalsamum corporis <sup>b</sup> appellatur, quia contra omnes illius molestias balsamum praebet. Auctor forte R. NATHAN JOEL PALKEIRA.

[Hyp. Bodl. 3758, 21.]

CCCCXVIII.

Codex chartaceus, varia exaratus manu, in quo reperiuntur:

i°. Liber quartus Canonis AVICENNAE de morbis, qui non in unum aliquod corporis membrum cadunt, sed plura afficiunt, et de iis, quae ad ornamentum hominis conserunt, Arabice.

2°. Anonymi de medicamentis simplicibus et compositis, eorum virtutibus usuque, tractatus, ex AHMED BEN JOSEPH, ISAAC BEN AMRAN, RAZI, ISAAC BEN HONAIN, HIPPOCRATE et GALENO, collectus, atque ordine alphabetico digestus, solia 43 habens. Deest: et initium et finis.

3°. Opus Chirurgicum, quinque in partes, suis singulas capitibus constantes, distinctum: prima de primis Chirurgiae fundamentis; secunda de vulneribus et ulceribus, eorumque methodica curatione; tertia, de fracturis ossium, luxatione, restauratione, deligatione, et aliis huc pertinentibus; quarta, de illorum, quae quidem vulnera non sunt, at diversis membris persaepe accidunt, ut ephelides, alopecia, impetigo, tollendorum ratione; quinta de medicaminibus, quibus vis venenorum infringitur, disserit. Frontispicium, ut et auctoris nomen, desideratur.

4°. ABU AMRAN MUSA BEN TOB ISRAELITAE Carmen morale, Arabicum, quod, quia septuaginta tetrastichis constat, Alsabiniia <sup>c</sup> appellatur. [Hyp. Bodl. 3744, 7.]

CCCCXIX.

Codex chartaceus, luculente, non una manu, descriptus, ubi continentur:

i°. Fragmentum

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 81

1°. Fragmentum medicum, initium a capite decimo sexto, de morbis oculorum disserente; finem in tricesimo sexto, quod de convalescentium regimine praecipit, habens.

2°. JOANNITII sive HONAINI BEN ISAAC de Medicina libellus, titulo Introductionis <sup>1</sup> praenotatus, qui paginis tribus et dimidia absolvitur: sequuntur 16 solia, commentarium anonymi in eum complectentia.

3°. Pars quaedam Libri Marsoriani, tractatus puta medici, quem ABUBECR ALRAZI Principi ALMANEOR inscripsit, agens imprimis de concilianda corpori forma, de alimentorum viribus et facultate: nectuntur ei Recepta sive praescripta medica.

4. Canonis AVICENNAE Liber quintus, acephalus, opera R. NATHAN HAMATHAEI anno Mundi 5039, CHRISTI 1279, translatus. sequitur medicaminum index, cum terminorum expositione. [Marsh. 410.]

MEDICI  
IN QUARTO,  
CCCCXX.

Codex chartaceus, haud imperite transcriptus, quo comprehenduntur:

10. Compendium Medicinae universae, Arabica primum lingua a R. MOSHE BEN EBED HAELOHIM Israelita CORDUBENSI <sup>b</sup>, vulgo MAIMONIDE, Contextum, industria exin R. NATHAN HAMATHAEI Hebraice redditum, tractatibus xxv. capitulis circiter 1160, solis 200, constans. Titulum gerit hunc: Liber Aphorismorum.

2°. HIPPOCRATIS Aphorismorum Libri septem, cum succincto R. MOSIS MAIMONIDAE commentario : interprete R. NATHAN HAMATHAEO. Unum alterumve ad calcem deest solium. [Pocock. 405.]

CCCCXXI.

Codex chartaceus, Arabicus, situ corruptus solis aliquot intermediis mutilus, paginas 154 implens. Complectitur incerti auctoris de Medicamentis compositis, eorum necessitate, praeparatione et utilitate, tractatum, anno Contractuum 1631, CHRISTI 1319, descriptum, cui inscriptio: Pars sexta de Medicamentorum compositione. Laudatur ibi ALI IBN REDHUAN. [Hunt. 209.]

CCCCXXII.

Codex chartaceus, manu transcriptus ineleganti, quo concluduntur:

i°. Remedia quaedam simplicia, ex IBN MESUE decerpta, illa praecipue, quae ad liquandam alvum conducunt.

2°. GERABET sive GIRBERTI DESHOL de Febribus tractatus, paginis 26, capitibus sex, absolutus : primum disserit de Febribus sanguineis; secundum, de Febribus phlegmaticis; tertium, de Febribus melancholicis; quartum, de Febribus lentis; quintum, de Febribus pestilentialibus; sextum, de clysteriis et suppositoriis. Titulus illi est: Isagoge Tironum <sup>c</sup>.

3°. Libellus eodem de argumento duplex: prior, auctoris expers nominis, paginas quatuor et viginti; posterior, quem ISAACUS HALLATEK <sup>d</sup> confecit, solia 28 complet.

4°. JOANNIS BEN MESUE Antidotarium, ex Arabico Hebraice ab anonymo conversum, solis 69. capitibus xii. constans: I. tractat de electuariis; II. de opiatis; III. de catharticiis medicamentis;

82 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

camentis; iv. de fructuum condimentis; v. de loch sive eclegmatis; iv. de syrups; vii. de decoctis; VIII. de catapotiiis; ix. de pastillis; x. de gargarismis; xi. de emplastris; xii. de unguentis. Praeponitur index.

5°. ARNEBAT, id est, ARNAUD seu ARNALDI VILLANOVANI, Introductio ad Medicinam, a quodam GABRIELE Hebraice translata, solia 45 habens.

6°. Anonymi de Medicamentis compositis et antidotis tractatus, initio truncus: continet solia 56. [Marsh. 347.]  
CCCCXXIII.

Codex chartaceus, vetus, sermone Arabico exaratus, solia numerans 76. Mille exhibet Aphorismos, ex MUSA CORDUBENSI, GALENO, HIPPOCRATE, IBN ZOHARJ collectos, inque Libros octodecim, qui Thesauri Medicorum <sup>a</sup> appellantur, distributos: auctore anonymo. Conjectae quaedam ad oram notae, litera rubra conscriptae. [Hyp. Bodl. 3770, 33.]  
CCCCXXIV.

Codex membranaceus, Arabicus, quem se R. JOSEPH BEN R. SAADIA, Medicus Damascenus, anno Mundi 4672, CHRISTI nempe 912, fingit exscripsisse. Opus ibi reperitur hoc titulo insigne: systema scientiae de Medicina, compositum constructumque ab Illustri Aristotele, peritissimo et in Anatomia et in Doctrina Medica <sup>b</sup>. Dividitur quinque in Libros: primus agit de rebus Artis medicae universalibus; secundus, de medicamentis simplicibus; tertius, de aegritudinibus particularibus, quae in membris hominis a capite usque ad pedes fiunt, manifestis et occultis; quartus, de aegritudinibus particularibus, quae non sunt cum accidunt, uni membro propriae; et de decoratione; quintus, de medicaminum compositione. Collatio docuit, Libros hos, ex quibus hoc in codice primus duntaxat legitur, non distingui ab iis, qui Canonem AVICENNAE constituunt, ac proinde falso ARISTOTELI ascribi. [Hunt. 541.]  
CCCCXXV.

Codex chartaceus, nitide, fine notato anno, exaratus, solis 72 constans. Comprehendit HONAINI BEN ISAAC ad Artem medicam Isagogen <sup>c</sup> sive Introductionem, in dialogi modum compositam, cujus initium <sup>l</sup> tale: Medicina quotuplex? Duplex: Theorica et Practica. Theorica in quot dividitur partes? In tres: Res naturales, causas, signa. Res naturales quot sunt? septem, elementa nempe, temperamenta, humores, partes, facultates, actiones, spiritus. De interprete ne verbum quidem. [Hunt. 472.]

MEDICI

IN OCTAVO.

CCCCXXVI.

Codex chartaceus, Arabicus, anno Mundi 5295, CHRISTI 1535, exscriptus, solia 105 habens. Opus complectitur medicum, sectionibus quindecim, quae 676 Aphorismos comprehendunt, absolutum: prima agit de febribus; II. de morborum temporibus et crisibus; III. de sanguinis detractone; iv. de evacuatione per medicamenta solventia; v. de vomitu; vi. de chirurgica curandi ratione; vii. de aegritudinibus muliebribus; VIII. de valetudine tuenda; ix. de exercitatione: x. de balneis; xi. de cibo et potu; xii. de medicamentis sive conservandae sanitati idoneis; XIII. de remediis per se et vi sua operantibus; xiv. de morborum ambigui nominis distinctionibus; xv. De Quibusdam

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 83

quibusdam natura mirandis rebus, apud medicos obviis. Nominatur auctor HOBAISH ALTAPHLISI. CCCCXXVII.

Codex chartaceus, anno mundi 5166, CHRISTI 1406, exaratus, Foliis 114 constans. Ibi reperitur Compendium medicum, Arabicum, sufficiens dictum, cui partes sunt duae: prior capitibus 76 de variis morborum speciebus, qui in singula corporis humani membra, a calce usque ad verticem, cadere possunt, et eorum causis, signis, symptomatibus, remediis, agit; posterior, capita 55 complexa, de aegritudinibus ventriculi inscribitur. Auctor est MOHAMMED BEN ZACHARIA ALRAZI. [Museo L66.]

CCCCXXVIII.

Codex chartaceus, Arabicus, solia 112 complens. Tractatum continet de Pharmacopoea sive arte ac methodo praeparandi, conficiendique potiones medicas, syrupos, electuaria, opiata; cerata, trochiscos, catapotia, bolos, unguenta, emplastra, confectiones, aliaque id genus, ad omnium morborum, quorum simul ibi natura breviter exponitur, curationem pertinentia: auctore HONAIN BEN ISAAC. Ad calcem legis: Finita est Pars prima Cornucopiae. [Hunt. 491.]

CCCCXXIX.

Codex chartaceus, anno Mundi 5107, CHRISTI 1347, exaratus, cui solia sunt 45. Legitur ibi NICOLAI Antidotarium, Arabice conversum : interprete anonymo. Celeberrimus est, inquit is, Nicolaus hic apud Christianos. [Hunt. 505.]

MATHEMATICI

IN FOLIO.

CCCCXXX.

Codex chartaceus, a R. SHEMUEL BEN RUBEN, cognomento MARSAVI, in gratiam R. SHALOM BAR SHELOMO, cognomento IERUSHALAMI, Caesaraugustae anno Mundi 5244, CHRISTI 1484, scite exaratus, solis 242 constans. Complectitur praestantissimum de Embolismi principiis et arcanis Opus, quinquepartitum, Fundamentum Mundi inscriptum, quod R. ISAAC BEN JOSEPH BEN ISRAEL anno Mundi 5070, CHRISTI 1310, in honorem Praeceptoris sui R. ASHER BEN R. JECHIEL elucubravit. Pars prima Arithmetica quaedam et Geometrica, dicendis in sequentibus lucem allatura, explanat. secunda disserit de machina, forma et dispositione, totius mundi; de orbium coelestium numero, loco et, situ; de terra parteque ejus habitabili; ubi, summatim traditur, qualis in ea accidat coeli conversio, quaeque dierum et noctium, varietas. Tertia tractat de sphaera duorum luminarium; de motu illorum medio et vero, loco apparente; de solstitiis et aequinoctiis; de noviluniis; de pluribus quae utriusque sideri solent accidere, ac praesertim cum illorum sit conjunctio, aut inter ea terra sit interjecta. Quarta agit de Intercalatione ejusque causis; de dimetiendi temporis ratione, quae a priscis Judaeorum patribus usurpata est: qua occasione nonnulla Talmudis loca intellectu difficiliora exponuntur. Quinta explicat Tabulas, ad Calendarium perpetuum spectantes, juxta rationes R. ADAE et SAMUELIS: ibi praeterea series nectitur Doctorum Judaeorum, quorum ope Traditio propagata est a MOSE ad postrema usque tempora. Sequuntur Tabulae

Tabulae ostendentes, quomodo inter Judaeos, Arabes et Christianos, descriptio ac divisio temporis differat. [Hunt. 299.]

CCCCXXXI.

Codex membranaceus, pulcherrime exscriptus, solia 112 numerans. In eo continentur:

1°. Elementorum EUCLIDIS Libri xv. cum suis figuris, titulo Radicum et Fundamentorum signati. Opus hoc, inquit R. JACOB BEN MACHIR, transtuli ex lingua Arabica in linguam nostram, ut nomen nobis, quale est nomen Magnorum, compararem, utque calumniam incircumcisorum, qui dicunt omni nos sapientia destitui, a nobis amoverem.

2°. THEODOSII TRIPOLITANI sphaericorum Libri tres, figuris instructi, quos Costa BEN LUCA, jussu AHMEDIS MOSTAINI BILLA, Chaliphae e stirpe Abbasidarum duodecimi, e Graeco Arabice convertit. Interpretis Judaei nomen non comparet.

3°. MENELAI sphaericorum Liber primus, ex Arabica HONAINI BEN ISAAC interpretatione Hebraice a R. JACOB BEN MACHIR redditus. Uno sub finem solio caret. [Hunt. 16.]

CCCCXXXII.

Codex chartaceus, anno mundi 5313, CHRISTI 1553, exaratus, solis 99 constans. Complectitur Domum Dei sive JOANNIS DE SACROBOSCO isto nomine appellatum de sphaera Mundi tractatum, cum commentario, quem R. MOSHE BEN BARUC ALMOSNINO conscripsit, In quatuor distinguitur partes: prima quid sit sphaera, centrum, axis, polus, forma item mundi, ostendit; secunda circulos, ex quibus sphaera materialis componitur, et coelestis componi intelligitur, considerat; tertia de signorum ortu et occasu, diversitate dierum et noctium, climatum divisione, disserit; quarta orbis et motus planetarum, eclipsium causas, exponit. Figurae in opere ipso quatuor et viginti, ad calcem 96, occurrunt. [Hunt. 98.]

CCCCXXXIII.

Codex chartaceus, a R. JOSEPH BEN R. JOEL anno Mundi 5268, CHRISTI 1508, Constantinopoli descriptus, ubi occurrunt:

1°. THEODOSII TRIPOLITANI sphaericorum Libri tres, e Graeco a COSTA BEN LUCA Arabice, Hebraice ex Arabico ab anonymo, conversi: primus figuras 24, secundus 33, tertius 22, continet.

2°. MENELAI sphaericorum Libri tres, figuris exornati; hos R. JACOB BEN MACHIR ex Arabica HONAINI BEN ISAAC interpretatione Hebraicos fecit. subjiciuntur Veterum quorundam in eisdem Libros observationes.

2°. MOHAMMED GIABER BEN APHLAH in MENELAI de sectionibus Figurarum similibus tractatum commentarius, quinque paginis constans.

4°. TABETI BEN CORRA de eodem argumento Liber: huic paginae sunt septem, figurae 15. scholia Moslemae hinc inde inseruntur.

5°. .Ejusdem de Cylindris et Conis <sup>1</sup> tractatus, paginas 14, figuras 42, continens. [Hunt. 96.]

CCCCXXXIV.

Codex chartaceus, characteribus Hebraicis, sermone Lusitano, exaratus, foliis

#### UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 85

liis 410 constans. Exhibet Opus, Liber de Magica inscriptum, in septem partes distinctum, quarum prima, quae prolixior est, de siderum natura, viribus et proprietatibus, disserit; postrema de operationibus Magicis inscribitur: ubi, neglectis verae Philosophiae praeceptis, multa superstitiosa, insulsaque, traduntur: auctore JOANNE GEL BURGENSE. In fronte primae paginae haec occurrit nota: JOANNES DEE 1562 Januarii 8 Lovanii emit. [Laud. B. 136.]  
CCCCXXXV.

Codex chartaceus literis Hebraicis, lingua Lusitana, exaratus, comprehendens solius 245 ABULHOSAIN ALI BEN RAGEL de Apotelesmatibus et Judiciis astrorum Tractatum, in octo partes distributum, quem JOSEPH BAR GEDALIA FRANCO anno Mundi 5172, CHRISTI 1412, transcriptum a se profitetur. Partes priores tres desiderantur: quarta et quinta disputatur de nativitatibus; sexta, de annis climactericis; septima, de electionibus; octava, de annis mundi periodicis. In primae paginae fronte legis: JOANNES DEE 1562 Januarii 8 Lovanii emit. [Laud. B. 137.]  
CCCCXXXVI.

Codex chartaceus, pulchra sub initium, sub finem pessima, manu exscriptus, solius 235 complens. Eo continetur R. ISAAC BEN JOSEPH BEN ISRAEL Opus, Fundamentum Mundi dictum, in quinque partes distinctum, agens primo de Arithmetica et Geometria, quatenus disciplinarum istarum cognitio ad fastos et intercalandi rationem, quam perdocere auctoris est scopus, requiritur; deinde de compage, figura et dispositione, totius mundi, de orbium coelestium numero et situ, de coeli circa terram conversione, et quomodo ex hac conversione, per varias orbis habitabilis regiones, tum anni dies et noctes varia sint magnitudine, tum diversis incipiant ac desinant horae momentis; praeterea, de sphaera motuque solis et lunae, de quatuor anni cardinibus, noviluniis, eclipsibus; postea, de intercalatione, de metiendi temporis genere, quod a priscis Judaeis traditum est; postremo, de tabularum, ad Calendarium perpetuum pertinentium, artificio et usu, de Cabbala orali, quae a MOSE usque ad haec tempora deducitur. subjiciuntur tabulae, annos Judaeorum, Arabum et Christianorum, complectentes. [Pocock. 368.]  
CCCCXXXVII.

Codex membranaceus, capite et calce decurtatus, solius 61 constans. Complectitur Tabulas Astronomicas, dilucidis significantibusque hinc inde praeceptis instructas, quibus siderum motus, conjunctiones et parallaxes, ortus item et occasus; praeterea Calendariorum variorum, utpote apud Judaeos, Arabes, Graecos et Aegyptios, receptorum, rationes repraesentantur: ascita in Tekuphis assignandis MAR SAMUELIS hypothesi. Incompertum est auctoris nomen. [Marsh. 114.]  
CCCCXXXVIII.

Codex chartaceus, litera nitida recentique exaratus, solius impletis 36, vacuis 22, constans, quo continetur tractatus de Computo Astronomico sive Calendarii ratione, tribus absolutus partibus: prima de noviluniis, illorumque probationibus, de translationibus et fixationibus, de Parashoth, quae unoquoque leguntur sabbato, inveniendis, de Tekuphis SAMUELIS et R. ADAE, denique de Gentium calculandi modo; secunda, de Intercalationis mysterio : ubi complura adducuntur ad illius explicationem facientia scripturae



86 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

scripturae loca; tertia, quae desideratur in codice, de syzygiis, eclipsibus, punctis cardinalibus, disserit. Auctor est R. ABRAHAM ABEN EZRA. [Museo 71.]

CCCCXXXIX.

Codex chartaceus, universus Arabicus, ubi reperiuntur:

1°. ABEN ROSHD, Vulgo AVERROIS, in ARISTOTELIS de Coelo et Mundo Libros quatuor commentarius, solia 38 implens. Expers est initii.

2°. Ejusdem in Libros duos de Generatione et Corruptione commentarius: continet solia 23.

3°. Ejusdem in Libros quatuor de Meteoris commentarius: habet solia 29. [Hyp. Bodl. 4045, 34.]

MATHEMATICI IN QUARTO.

CCCCXL.

Codex chartaceus, litera fatis luculenta exaratus, quo continentur:

1°. ARCHIMEDIS SYRACUSANI DE sphaera et Cylindro Libri duo, cum figuris, a R. ISAAC BAR JEHUDA SHUINAT anno Mundi 5212, CHRISTI 1452, descripti: qui Arabice convertit COSTA BEN LUCA, qui Hebraice R. CALONYMUS FIL. CALONYMI, salutatur.

20. JORDANI RUFII CALABRI, Equitis, de Equis tractatus, sex in capita tributus: primum de formatione equi et generatione; secundum, de eo capistrando et domando; tertium, de eo condocendo et fingendo; quartum, de signis quibus corporis ejus pulchritudo rectaque constitutio dignoscitur; quintum, de aegritudinibus equo peculiaribus; sextum, de remediis ad fanationem earum magis idoneis, disserit, Opus paginis 92 constat.

3°. Anonymi de Aquarum Poretarum utilitatibus Libellus, trium soliorum, quinque sectionum. Prima insirmitates, quae ab aqua Poretarum curantur, denarrat. secunda locum illius describit, ita incipiens: Fons aquarum Poretarum oritur ex duobus montibus asperis et petrosis, positus in Comitatu Bononiae, longe a Bononia per milliaria 33, prope ad Alpes Florentiae et Pistoiae austrum versus. Tertia quo ordine dicta aqua potanda sit docet. Quarta qua hora quove momento, ubi aqua illa hausta est, cibus sit sumendus indicat. Quinta de Diaeta post potam aquam faciendam agit. subjicitur interpretatio latina.

4°. Epistola ex Arabico Hebraice conversa, in qua instrumenti cujusdam, ad singulorum siderum motus observandos accommodati, quod ab inventoris nomine Plintbus ALZARCALIDAE nuncupatum est, fabrica et usus ostenditur. Habet capitula sexaginta, solia 20.

5°. R. JACOB BEN MACHIR BEN TIEBON de instrumenti, cui Quadrans Israelis nomen, construendi et utendi methodo tractatus, capitibus decem et sex constans: ultimum de arcibus horariis in Quadrante delineandis praecipit.

6°. Liber de Astrolabii constructione et usu, quem R. JACOB BEN MACHIR ex Arabico convertit: continet capitula quadraginta, solia 17. [Laud. B. 108.]

CCCCXLI.

Codex chartaceus, litera lectu haud difficili exaratus, solis 30 constans. Comprehendit Tractatum, Epistolam de Itineribus Mundi inscriptum, in quo de tribus mundi partibus, insulis remotis,

#### UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 87

tis, fluvio sabbatico, aliisque quos Judaei habitant locis, itemque horto Eden, triginta capitibus disseritur: auctore R. ABRAHAM PERIZOL. Opus hoc in Latinum convertit, et notis illustravit, omnibus et doctrinae et industriae praesidiis instructissimus TH. HYDE. [Laud. L. 19.]

#### CCCCXLII.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1873, CHRISTI 1561, luculente exscriptus. Ibi Arabice exhibentur:

1°. Dissertatio de Astrologia apotelesmatica, titulo, initio et auctoris nomine, carens, solia 25 implens.

2°. Tractatus ABDALLAE BEN MASRUR de Astrologiae judiciariae principiis et quinque judiciis: horum primum est de gentibus, imperiis, futuris rerum eventibus; secundum, de nativitatibus a vitae principio ad finem usque; tertium, de interrogationibus impulsuum, hoc est, de quaestionibus, quae ex naturali impulsu de re aliqua Astrologo fiunt, ut is inde ex figura coeli, ad momentum quaestionis erecta, praedicat, quid de re tali futurum sit; quartum, de temporum ad initia operum capessenda electionibus; quintum, de electionibus eorum ad res graves et magni momenti perficiendas. Ita a Doctis, inquit auctor, dividuntur astrorum judicia. [Hunt. 224.]

#### CCCCXLIII,

Codex membranaceus caractere rubro et nigro belle exaratus, solia 87 complens. Ibi conspiciuntur tabulae Astronomicae motuum septem Planetarum, secundum hypotheses ALBATEGNI, PTOLEMAEI et aliorum; itemque Chronologicae ad inveniendas Arabum, Aegyptiorum, Romanorum, Graecorum, Epochas expeditae: quae omnes breviter, ubi opus est, explicantur, indicato simul earum usu: auctore incerto. Quaedam ab initio et fine deesse videntur. [Hunt. 327.]

#### CCCCXLIV.

Codex chartaceus, literis partim nigris, rubris partim, exscriptus. In eo Arabice leguntur:

1°. Calendarium principio truncum, quod, quatuordecim capitibus constans, neomeniarum ferias, et mensium Hebraicorum dies, in quos sabbata incidunt, et in quibus sectiones Legales legi in synagogis consueverunt, per septem annos embolimaecos, totidemque communes, repraesentat.

2°. Anonymi de temporum cognoscendorum ratione tractatus, solis aliquot intermediis, itemque initio, carens. sectio secunda per Tabulas exhibet viginti cyclos decemnovales, annos 380 comprehendentes, quorum adminiculo nemini obscurum esse potest, quot effluxerint anni ab Orbe condito, Exitu de Aegypto, Jure remissionis, Aedificatione primi templi, desolatione ejus, Aera contractuum, Aedificatione secundi templi, desolatione ejus, Cyclus primus est ducentesimus septuagesimus quartus; ultimus 293.

3°. Institutiones Chronologicae, cum Tabulis, absque auctoris nomine. Continent paginas 80. [Hunt. 465.]

#### CCCCXLV.

Codex chartaceus, non una manu exaratus, ubi traduntur:

1°. MASHALLAE, gente Ismaelitae, religione Judaei, professione Astrologi, Problemata sive Quaesita Astrologica, Arabice primum ab eo conscripta, ab ABRAHAM ABEN EZRA dein Hebraice conversa. Libellus quatuor absolvitur paginis.

20. R. ABEN EZRAE de Electionibus iive temporum ad aliquid aggrediendum opportunitatibus assumendis opusculum, domos xii, solia 6, complectens.

30. Ejusdem de conjunctionibus Planetarum, et inde ferendis judiciis tractatus,

tatus, hunc praeferens titulum: Liber Mundi. Habet paginas 14.

4°. BERNHARDI DE GORDON Liliū Medicinae, dilaudatum olim, quod opus, septem partibus et 209 solis constans, universam medendi artem complectitur. Fine est: mutilum; praeterea initium illius vitio librarii ad solium 142 trajectum. [Hunt. 606.]

CCCCXLVI.

Codex chartaceus, concinne, non consignato anno, exaratus, paginas 30 complens. Continet de sphaera mundi tractatum, Monstrator Orbium nuncupatum, qui dividitur in capita quatuor. Primum tractat de sphaera, centro, diametro, axe, polis, universi mundi figura; secundum, de circulis ex quibus materialis sphaera, itemque per imaginationem coelestis, componitur; tertium, de ortu siderum et occasu, de dierum varietate, de climatum divisione; quartum, de planetarum incessu, causa eclipsium: auctore R. SHELOMO BEN ABRAHAM ABIGDOR. [Hunt. 574.]

CCCCXLVII.

Codex chartaceus, duplici transcriptus manu, ubi reperiuntur:

Anonymi in quasdam ex Almagesto excerptiones commentarius, cum figuris motuum coelestium et eclipsium, Arabice. Initium: Opusculum hoc egregium depromptum est ex PTOLEMAEO. Prologus. Antequam aggrediar expositionem hujus tractatus incipiam praemittere praefationem, in qua explicabo quid sit dies, quid mensis lunaris, quid item sit annus lunaris et solaris. Solis 36 constat.

2°. Tractatus Cabbalístico-Astronomicus, quo scilicet orbi notus sepher Jesira exponitur, capita quatuor, solia 33, continens. Auctoris nomen tacetur. [Hunt. 492.]

CCCCXLVIII.

Codex chartaceus, situ madoreque exesus, solis 56 constans. Complectitur tractatum Astronomicum, figuris quatuordecim instructum, in capita xxii. quorum ultima duo periere, distinctum; auctore R. ISAAC ISRAELITA, qui videlicet Fundamentum Mundi com. posuit. Ecce, inquit pater ille filio suo, concinnavi tibi Librum hunc, quem vocavi Portam Coelorum, quo delineavi dispositionem orbium septem siderum errantium, horumque in illis positionem et cursus rationem, ex hypothesi ptolemaei in Libro suo, qui inscribitur Almagestum, satisfacere cupiens petitioni tuae. Praefationi praemittuntur 14 disticha, quorum primum: Intuemini filii Dei altissimi orbem coelorum, et aspiciate aspectu cordis, non aspectu oculorum. Ultimum: Discite Fundamentum mundi, atque ad fores habitaculi vigilate, et aperientur portae coelorum. [Hunt. 423.]

CCCCXLIX.

Codex chartaceus, anno mundi 5264, CHRISTI 1504, eleganter exaratus, ubi occurrunt:

1°. R. ISAAC BEN R. MOSHE ALI HISPANI de Arithmetica, cum Theorica tum Practica, tractatus, solia 38 complens.

2°. Liber Arithmeticus, in septem discretus sectiones: prima agit de multiplicatione; secunda, de divisione; tertia, de additione; quarta, de subtractione; quinta, de fractionibus; sexta, de proportionibus; septima, de radicis quadratae et cubicae e dato numero extractione. Auctor ABEN EZRA.

3°. R. MOSIS MAIMONIDAE Logica, capitibus quatuordecim, totidemque solis, constans. [Pocock. 187.]

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 89

CCCCL.

Codex chartaceus, pure fatis terseque scriptus, solia undecim habens. Exhibet opusculum de sphaera mundi, hunc prae se gerens titulum: Generationes Coeli et Terae, cum crearentur.<sup>a</sup> Auctoris incompertum est nomen. Extant quatuor sub calcem paginae, quae quasdam ex ARISTOTELIS de Physica Auscultatione libris excerptiones continent. [Maresc. 81.]

MATHEMATICI IN OCTAVO.

CCCCLI.

Codex chartaceus partim, partim membranaceus, complectens EUCLIDIS Fundamentorum sive Elementorum Geometriae Libros quindecim, cum suis figuris, quos, ab ISAACO BEN HONAIN Arabice conversos, TABETUS BEN CORRA, ut in primi Libri fine legitur, recognovit emendavitque. Interpretis Judaei nomen tacetur. [Hunt. 561.]

CCCCLII.

Codex chartaceus, caractere nitido, minuto et recenti, exscriptus, comprehendens soliis 268 universae Astrologiae judiciariae syntagma, quod, Arabico sermone ab ALI BEN RAGEL elaboratum, quidam JEHUDA BAR MOSHE, jussu ALPHONSI Castiliae regis, Hispanice; peritus dein aliquis ex scribis ejus de Hispanico Latine, transtulit: ego vero, inquit ISAAC BEN SHEMUEL ABULCHAIR HISPANUS, in linguam nostram sanctam converti. Opus in octo distinguitur partes: priores tres principia scientiae hujus, et omnium quae fieri possunt interrogationum genera, exhibent; duae sequentes de horoscopis seu nativitatibus ascendentibus agunt; sexta disserit de conversionibus annorum vitae humanae; septima, de temporibus ad rem quamlibet inchoandam felicibus eligendis; octava, de annorum mundi conversionibus, de conjunctionibus magnis, eclipsibus, cometis. sic inscribitur: Liber omnes partes quinque judiciorum complectens. [Hunt. 385.]

CCCCLIII.

Codex chartaceus, Arabicus, magnam antiquitatem prae se ferens, ubi occurrunt:

i°. Anonymi de instrumenti, quod Astrolabium vocatur, constructione, utilitate et usu, tractatus, soliis 18 constans. Fine caret.

2°. Astrologia Isagogica, in quinque sectiones distincta: prima agit de proprietatibus Orbis signiferi essentialibus et accidentalibus; secunda, de septem siderum qualitatibus et significationibus; tertia, de iis, quae planetis tum in se, tum respectu unius ad alterum, consideratis accidunt; quarta, de conjunctionibus, rebusque magnas in mundo mutationes portendentibus; quinta, de fortibus sive partibus fortunae extrahendis. Auctor est CABISI. [Hunt. 582.]

CCCCLIV.

Codex membranaceus, soliorum 92, scite, fine anni mentione, exaratus, ubi continetur tractatus Astronomicus, tabulis variis, planetarum motus indicantibus, constans, praemisso in easdem luculentissimo commentario: auctore R. JACOB BEN MACHIR BEN TIBBON. Tabula prima

90 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

ma est de loco saturni vero; postrema, de solis defectu. Ita incipit: quia videbo coelos tuos, opus digitorum tuorum, lunam et stellas, quae tu fundasti. [Maresc. 95.]

LEXICOGRAPHI

ET

GRAMMATICI IN FOLIO.

CCCCLV.

Codex chartaceus, idemque partim impressus, partim manu exaratus, complectens videlicet MUNSTERI Dictionarium Chaldaicum, ex Libro Aruch et aliis depromptum, ac Basileae 1527 editum, sed multis accessionibus notisque, tum in marginibus tum in charta pura, auctum. Accessionum auctor est WILLIAM BEDWEL, teste manu ejus in fronte: Auspicante Deo 1586 WILLIAM BEDWEL, Complura sunt ibi inserta vocabula Syriaca, Arabica, Aethiopica, Graeca, propriis characteribus, cum doctissimis annotationibus. Opus maximam partem ex BEN SYRA, R. MOSIS MAIMONIDAE Logica, TOBIA et MATTHAEO, collectum. Multa hausit ex eo EDMUNDUS CASTELLUS in Lexico Heptaglotto, qui auctorem literis B d passim indicat. [Laud. A. 173.]

CCCCLVI.

Codex chartaceus, Arabicus, nitide descriptus, solius 140 constans. Eo comprehenditur R. JONAE BEN GANNACH sive ABULWALID MERWAN BEN GIANNAH Operis Grammatici, in duas partes distincti, pars prior, Liber splendoris appellata, agens de literis, verbis, nominibus, particulis. De elogiis, quibus a suis auctor ornatur, WOLFIUS est: videndus. [Pocock. 136.]

CCCCLVII.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1732, CHRISTI 1420, exaratus, solia 370 complens. Ibi reperitur Operis Grammatici, in duas partes distributi, pars posterior, Liber Radicum nuncupata, quae Dictionarium est, voces nimirum Hebraeas Arabice explicans: auctore ABULWALID MERWAN BEN GIANNAH CORDUBENSI. [Pocock. 133.]

CCCCLVIII.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1627, CHRISTI 1315, exscriptus, ubi Arabice occurrunt:

1°. R. JEHUDAE BEN DAVID sive JAHIAE BEN DAWUD FESSANI, qui et ABU ZECHARIA CHIUGI vocitatur, de literarum quiescentium, tum in nominibus tum in verbis, natura et indole tractatus, titulum prae se ferens: Commentatio de Literis mollitiei et productionis Hebraicis. Ita appellantur: quia frequenter et mutantur seu mollescunt et producunt syllabas quiete sua.

2°. Ejusdem de verbis secundam conduplicantibus Liber, solia 41 implens.

3. ABULWALID MERWAN BEN GIANNAH Opusculum, quo iis affertur praesidium et lux, quae a tironum intelligentia in Libris ABI ZECHARIAE CHIUGI remotiora et disjunctiora sunt, hoc notatum titulo: Manuctio et directio.

4°. Ejusdem in ABI ZECHARIAE CHIUGI de Verbis quiescentibus et mediam geminantibus libros Animadversiones. Opus solia 96 continet.

5°. Ejusdem de rebus Grammaticis ad amicos Epistola, habens paginas 16.

6°. Ejusdem Complanatio sive Liber ea diluens, quae in proxime dictas animadversiones

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 85

madversiones objiciebantur, vel objici poterant, solia 14 complens. [Pocock. 134.]  
CCCCCLIX.

Codex chartaceus, a JOSEPHO BEN SAADIA anno Contractuum 1521, CHRISTI 1209, perite transcriptus, ubi Arabice leguntur:

i°. JAHIAE BEN DAWUD de Literarum Hebraicarum quiescentium, quas Arabes mollitiei et productionis vocant, natura et proprietatibus tractatus, solis 98 constans.

2°. Ejusdem de Verbis secundam congeminantibus disputatio, solia 24 complens.

3°. Ejusdem de vocalibus et genuina vocum punctatione libellus, paginas 20 efficiens. Hic exaratus anno Mundi 5226, CHRISTI 1466. [Pocock. 99.]

CCCCCLX.

Codex chartaceus, anno mundi 5148, CHRISTI 1388, pure nitideque descriptus, solia 258 implens. Continet Lexicon Talmudicum, praestantissimum, Arabice explicatum, quod R. TANCHUM HIEROSOLYMITANUS composuit, ac Morshid sive Directorem appellavit. Exscriptor vocatur R. SAADIA BEN JACOB. [Pocock. 297.]

CCCCCLXI.

Codex chartaceus, totus belle exaratus, quo R. SEADIAE BEN MAIMON ABEN DANAN Miscellanea comprehenduntur, scilicet:

i°. Tractatus de Hebraeorum scriptura et literis, septem paginas complens. Colophon illi impositus dicitur anno Mundi 5236, CHRISTI 1476.

2°. Expositio ISAIAE cap. LII. 13: ubi, allatis in medium variis interpretum sententiis, de Rege HISKIA locus ille accipitur. Tria solia continet.

3°. Instructio de mysteriis, aenigmatis, proverbiiis, praeceptis et historiis, in Lege conclusis; itemque de patriarcharum antediluvianorum longaevitae. Solia habet tria.

4°. Animadversio in responsum, a R. SHEMUEL COHEN BEN COPHNI ad quaestionem quandam de Percussione rebellionis datum, una constans pagina.

4°. Explanatio in RASHII commentarium super EXODI caput primum, una pariter constans pagina.

6°. Explicatio loci cujusdam capitis tertii Codicis Kilaim, duo solia implens.

7°. Libellus de miserabili quorundam circa festorum constitutiones ignoratione, indeque natis erroribus, Arabice. Trium est paginarum.

8°. Chronologia ab ADAMO ad obitum usque R. MOSIS MAIMONIDAE deducta, solis 5 constans. Natus ille dicitur hic die 14 mentis Nisan anni Contractuum 1446, Mundi 4893; denatus in Zoan Aegypti die 18 mensis Cislev anni Contractuum 1517, Mundi 4964, aetatis circiter 72; sepultus in tractu Tiberiensi juxta R. JOCHANAN et R. COHANA primum.

9°. Responso ad Consultationem quandam de sponsalibus, sex paginas efficiens.

10. Liber rhythmicus, ad mores formandos virtutesque docendas pertinens, cui titulus: Proverbia R. HAI. sequitur computus ab O. C. usque ad nativitatem DOMINI nostri,

11 Epithalamium sive Carmen nuptiale, quod excipit literarum Alphabeti Hebraici explicatio.

12. Index duplex: prior locorum scripturae sanctae, qui in Opere En Jacob explicantur, soliorum triginta; posterior est rerum in Libro anonymi Amudim memoratarum, quinque paginas implens.

13. Expositio vocum difficiliorum, quae in Rabboth super PENTATUCHUM extant, ex Libro Aruch petita: habet solia 7.

14. Quaestiones

92 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

14. Quaestiones xviii. Cabbalisticae R. JEHUDAE CHAIT, cum responsionibus R. ALKASTIEL XATIVIENSIS, Hispani: continent solia 10.

150. Responsio R. HAI GAON, data ad quaestionem R. PALTUI de decem sephiroth, et tredecim Middoth. Absolvitur tribus paginis. [Museo 104.]  
CCCCLXII.

Codex chartaceus, initio et fine truncus, solia 117 habens. Complectitur Dictionarium Talmudicum, Aruch dictum, quod, incipiens a voce, in terminatur: auctore R. NATHAN BEN JECHIEL. Floruit is seculo undecimo. [Hunt. 70.]  
CCCCLXIII.

Codex membranaceus, perite transcriptus, solius 207 constans, quo comprehenditur R. DAVID BEN JOSEPH KIMCHI Liber Radicum sive Lexicon Biblicum, sed ab utraque mutilum parte: incipit enim a radice in desinit. [Hunt. 15.]  
CCCCLXIV.

Codex membranaceus, litera exaratus exili, ubi reperiuntur:

1°. R. SHEMUEL BEN JEHUDA TIBBON Liber, quo voces difficiliore, in Philosophorum scriptis obviae, explicantur, solius 12 constans. sequuntur EUCLIDIS Elementi primi Definitiones.

2°. R. ABRAHAM ABEN EZRAE area sapientiae et Paradisus cogitationis. Est Meditatio religiosa de vero mundi conditore, quae paginis duabus absolvitur.

3°. Anonymi in sepher Jesira observationes: junguntur his excerpta quaedam ex RASIELIS BEN APHIA Libro, Arcana Legis nuncupato. Continent simul paginas quinque.

4°. R. MOSIS MAIMONIDAE More Nebochim, a R. SHEMUEL BAR JEHUDA BEN TIBBON Hebraice translatus. Quaedam sub finem desunt. [Hunt. 46.]  
CCCCLXV.

Codex chartaceus, blattas passus et tineas, solius 164 constans. Comprehendit Lexicon Hebraicum, a radice ad literam Mem usque protensum, quod Liber Radicum nuncupatur : auctore R. DAVID KIMCHI. [Hunt. 100.]  
CCCCLXVI.

Codex membranaceus, cujus singulae paginae in duas columnas abeunt. Ibi continentur:

i°. R. ABEN EZRAE Linguae Elegancia<sup>d</sup> sive de rebus Grammaticis et stilo recte formando tractatus, solius 36 constans. Descriptus est anno mundi 5068, CHRISTI 1308.

2. Ejusdem Grammatica, statera Linguae dicta, solia 23 complens. sequuntur verborum inflexiones.

3°. R. JEHUDAE BAR DAVID FESSANI, cognomine CHIUG, Libri duo, primum ab eo Arabice conscripti, dein a R. MOSHE COHEN BAR SHELOMO COHEN Hebraice redditi: prior de literis occultationis et protractionis sive quiescentibus, posterior de verbis secundam duplicantibus, agit. [Hunt. 128.]  
CCCCLXVII.

Codex chartaceus, elegantissime, sine anni mentione, exaratus, solia 364 numerans. Complectitur R. DAVID KIMCHII Librum radicum sive Lexicon, ita ut tituli et radices literas rubras prae se ferant. [Hunt. 290.]

Codex

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 93

CCCCLXVIII.

Codex chartaceus, tinea manscipatus, anno Mundi 5211, CHRISTI 1451, exscriptus, exhibens Opus Morshid appellatum, quod est R. TANCHUM HIEROSOLYMITANI Lexicon Talmudicum, Arabice explicatum. Exscriptoris nomen SEADIA BAR DAVID. [Hunt. 129]

CCCCLXIX.

Codex chartaceus, solia 99 complens, quo comprehenduntur :

10. R. JONAE BEN GANNACH Libri Radicum sive Dictionarii vocum Hebraearum, Arabice explicatarum, pars, litera nimirum Pe, Ain et shin.

20. Ex ejusdem Grammatica Hebraea, Arabice explanata, capita decem: horum primum est de particulis et vocibus quibusdam, quae omittuntur in oratione, sed supplendae veniunt, ut RUTH III. 15. Et mensuravit sex hordei, scilicet mensuras. [Marsh. 695.]

CCCCLXX.

Codex chartaceus, anno Mundi 5153, CHRISTI 1393, exaratus, comprehendens R. TANCHUM HIEROSOLYMITANI Lexicon Talmudicum, Arabice expositum, titulo: Director. Descripsit R. SHELOMO BAR DAVID BAR BENJAMIN. [Hunt. 621.]

CCCCLXXI.

Codex chartaceus, luculentissime, fine anni nota, transcriptus. Continet R. DAVIDIS BEN JOSEPH BEN KIMCHI Librum radicum sive Dictionarium Hebraicum. [Hyp. Bodl. 3742, 5.]

LEXICOGRAPHI ET GRAMMATICI IN QUARTO.

CCCCLXXII.

Codex chartaceus, nitide, non indicato tempore, exaratus, solia 205 complens. Continetur ibi R. DAVID BEN JOSEPH BEN KIMCHI Operis bipartiti, Miclol nuncupati, pars prior, quae universa in distincte tradendis Grammaticae regulis versatur. Praefationi viginti praemittuntur disticha, quorum ultima duo sunt haec: Librum conscripsi tibi, aperi oculos tuos super ipsum, et in semitis ejus, et in viis ejus. Miclol appellavi ipsum, quia conclusa in ipso declaratio Linguae Hebraeae, et ordines ejus. [Laud. L. 18.]

CCCCLXXIII.

Codex chartaceus, a MOSHE BAR ELIAKIM in gratiam R. ELIAE BAR ASHER LEVI anno mundi 5280, CHRISTI 1520, exscriptus, quo comprehenditur R. ABRAHAM ABEN EZRAE de re Grammatica et sermone recte formando tractatus, Elegantia Linguae dictus, solis 74 constans. Nonnulla ab initio desiderantur. [Laud. L. 20.]

CCCCLXXIV.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1694, CHRISTI 1382, descriptus, Dictionarium incerti scriptoris, ex variis auctoribus, praecipue KIMCHIO, contractum complectens. Solis 238 constat. [Hunt. 292.]

CCCCLXXV.

Codex chartaceus, litera praesigni, absque anni nota, transcriptus, ubi occurrunt:

10. R. JOSEPHI BEN DAVID, qui plenius SERVUS LEGIS JESAIA, cognomento RAB BEN HARAB RABBENU JOSEPH BEN R. DAVID HARAB BEN R. JOSEPH BEN R. MICHAEL HARAB BEN R. ABRAHAM A a appellatur.



94 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

appellatur, Candelabrum lucis sive Grammatica, quae, allusione ad septidum Mosis candelabrum facta, in septem partes distinguitur: prima de literis et accentibus; ultima de verborum mediam congemantium inflexione, agit. Soliis absolvitur 64.

20. Ejusdem Lexicon, fine mutilum, in radice quippe terminatum, solia 155 implens. [Hunt. 161.]

CCCCLXXVI.

Codex chartaceus, solis a tineis semicomis 200 constans. Complectitur R. DAVIDIS BEN JOSEPH BEN KIMCHI Grammaticam, quae in tres dividitur partes: prima de Verbis; secunda, de Nominibus; tertia, de Particulis, praecipit. Quaedam sub finem desunt. [Hunt. 184.]

CCCCLXXVII.

Codex chartaceus, literis exaratus grandiusculis, solia 204 complens. Occurrit ibi Dictionarii Talmudici, Arabice expositi, quod, tribus Voluminibus comprehensum, Morshid inscribitur, Volumen primum, incipiens ab Aleph, in Jod desinens : auctore R. TANCHUM BEN JOSEPH HYEROSOLYMITANO. Praefationis initium desideratur. [Pocock. 215 ]

CCCCLXXVIII.

Codex chartaceus, eadem qua prior transcriptus manu, comprehendens solis 204 Dictionarii Talmudici, Arabice explanati, cui Morshid titulus, Volumen secundum, a Caph incipiens, in Ain desinens. Lexicon hoc passim ad partes vocat Eruditissimus Pocockius in Commentariis suis, speciatim praefatione in JOELEM ait, in eo non tam scripturae sanctae quam Mishnae voces explicari. Idem subinde laudat GUISIUS in notis suis ad Codices Mishnicos.

[Pocock. 216.]

CCCCLXXIX.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1760, CHRISTI 1448, exaratus, solis 202 constans. Complectitur Volumen praecedentis Dictionarii tertium, quod, incipiens a Phe, in ultima Alphabeti litera terminatur. [Pocock. 229.]

CCCCLXXX.

Codex chartaceus, vetustate corruptus putrefactusque, solia 130 implens, ubi reperitur Glossarium Hebraeo-Arabicum, in capita duo et viginti, secundum literarum numerum, distributum, cujus paginae singulae tres in columnas abeunt: prima vocabula Hebraica: secunda, Arabica; tertia, loca Biblica, columnae primae voces continentia, exhibet. Auctor appellatur R. ISAAC BEN HADDAIAN. Desunt sub finem nonnulla. [Pocock. 51.]

CCCCLXXXI.

Codex chartaceus, luculente, haud ita pridem, exaratus, solis 245 constans. Continet Dictionarium Hebraicum, Poetis imprimis et Oratoribus utilissimum, tripartitum : pars prima, quae Rhythmorum vocatur, voces sonis similibus terminatas; secunda, voces aequivocas; tertia, voces synonymas, explicat, adductis plurimis hinc inde ad confirmandas explicationes scripturae locis. Contextum est a R. SHELOMO BEN MESHULLAM DAPHIRA, inscriptumque: Verba hominis spe destituti. [Pocock. 52.]

CCCCLXXXII.

Codex chartaceus, recentissima exscriptus manu, exhibens Dictionarii proxime recensiti Partem primam, quae foliis,

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS. 95

liis, quorum pleraque vacua sunt, 328 absolvitur. [Hunt. 438.]

CCCCLXXXIII.

Codex chartaceus, antiquus, solius 54 constans. Complectitur Vocabularium anonymi Hebraeo-Arabicum, capite et calce destitutum, quod, incipiens a radice in clauditur. [Bernard. E. N. 51.]

CCCCLXXXIV.

Codex chartaceus, nuperus, continens Lexicon, in quo Voces Hebraicae et Chaldaicae V. T. Latine exponuntur, incerto auctore. sequuntur observationes quaedam in primum MOSIS Librum. [Rawlins. M.]

LEXICOGRAPHI ET GRAMMATICI IN OCTAVO.

CCCCLXXXV.

Codex chartaceus, elegantissime, absque temporis mentione, exaratus, ubi continentur:

10. R. JEHUDAE BEN KARISH, ad synagogam Judaeorum Fez de studii Targum utilitate Epistola, Arabica, tripartita: prima voces explicat Chaldaicas, in scriptura sancta obvias, ordine alphabetico; secunda eadem methodo eas explanat scripturae voces, quae in Mishna et Talmude occurrunt; agit tertia de Linguae Arabicae, vocabulorum item nonnullorum Persicorum et barbaricorum, convenientia cum Hebraea. Solius 82 absolvitur.

2°. Explicatio septuaginta Vocum Hebraearum Arabica partim, partim Hebraica ex Mishna, paginis quatuor constans. Auctor R. SAADIA GAON. [Hunt. 573.]

CCCCLXXXVI.

Codex chartaceus, vetus, initio truncus, solia tamen 176 implens. Opus continet Grammaticum, agens de Verbis quiescentibus et secundam radicalem duplicantibus, quorum plenior et accuratior, quam in R. JEHUDA, textitur catalogus: auctore incerto. Laudantur ibi R. JEHUDA, R. JONA, R. ISAAC BEN GECATILIA. [Hunt. 477.]

CCCCLXXXVII.

Codex chartaceus, anno Mundi 5394, CHRISTI 1684, exaratus, solius 114 constans. Comprehenditur eo Lexicon anonymi Hebraicum, secundum literarum seriem dispositum, ita ut vox Hebraea explicanda in linearum principio semper collocetur, subjecta expositione cum adjecto loco Biblico, qui ubi inveniatur, in margine dicitur. Auctor expositionem in lingua laaz sive peregrina nonnunquam addit. Libri titulus: Lectio parvulorum. [Hunt. 218.]

CCCCLXXXVIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, folia 100 complens. Institutiones complectitur ad fundamenta Linguae Hebraeae, quas R. ISAAC BEN JEHUDA, EX R. JEHUDA BEN DAVID FESSANO, R. JONA BEN GANNACH, R. SHEMUEL HANNAGID, R. ABRAHAM ABEN EZRA, R. DAVID KIMCHI, concinnavit. Titulus desideratur. [Rawlins. N. 965.]

CCCCLXXXIX.

Codex chartaceus, vetus, solius 200 constans, quo continetur Dictionarii Talmudici,

96 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

Talmudici, Arabice expositi, cui Morshid titulus, Compendium, auctoris destitutum nomine : primum ad R. JOSEPH BEN JACOB ZAPHATI, deinde ad R. NISSIM BAR JOSEPH BAR ABRAHAM, pertinuit. [Pocock. 188.]

CCCCXC.

Codex chartaceus, solia 32 implens. Continet Versuum Biblicorum, eadem litera incipientium et desinentium, elenchum, hoc signatum titulo: Memoriale [Pocock. 57.]

CCCCXCI.

Codex chartaceus, solia 8 habens. Catalogum exhibet librorum aliquot Hebraicorum, inscriptum: Nomina Librorum Linguae sanctae. Pessime scriptus. [Pocock. 1 2.]

POETAE IN FOLIO.

CCCCXCII.

Codex chartaceus, splendide exaratus, soliis, quorum postrema quatuor dilacerata sunt, 184 constans. specimen exhibet literaturae Hebraeae elegantissimum, fabellis perbellis, jocis et facetiis, ornatum, idque in quinquaginta sessiones sive sermones communes, varia argumenta moralia cum soluta, tum numeris astricta, oratione dilucidantes, distinctum, quod ingenio et calamo R. JEHUDAE BEN SHELOMO BEN ALCHARIZI, qui HARIRIUM Sibi in eo imitandum proposuit, acceptum refertur. sermo primus est de Linguae Hebraeae praestantia; secundus, de concionatore ad poenitentiam hortante; decimus inscribitur de agricola; decimus tertius, de anima et corpore; vicesimus, de septem virginibus; vicesimus quintus, de venatione; tricesimus, de medico Turco; tricesimus primus, de latrone transfigurato; quadragesimus, de gladii cum calamo contentione; quadragesimus primus, de marito et uxore: quinquagesimus carmina selectiora, ad oblectandum animum accommodata, continet. Tituli et praefationis pars Arabice exprimuntur. [Pocock. 192.]

CCCCXCIII.

Codex chartaceus, concinno exscriptus caractere, solia 90 complens. Complectitur alterum operis praecedentis Exemplar, sed prioribus quatuordecim declamationibus destitutum: ubi ETAN HAEZRACHI, vir peregrinationi deditus, sub cujus persona auctor suas hic partes agit, praecipua, quae in singulis locis viderit et observaverit, quaeque a CHEBER HAKKENI, in nullo non loco sibi obvio, homine versuto et versatili, ac Protei aut Vertumni instar varias formas assumente, audiverit et didicerit, scito doctoque sermone refert. Falluntur qui opus hoc ex Arabico aiunt translatum. [Pocock. 128.]

CCCCXCIV.

Codex chartaceus, anno Mundi 5106, CHRISTI 1346, a R. SHELOMO BEN JESHUA, saphetae in Galilaea, descriptus, solia 35 implens. Ibi conspiciuntur carmina, Flores Hortorum dicta, in decem sectiones divisa, cum prologo Arabico: prima canit de Majestate DEI, operibus ejus, providentia; secunda, de conviviis, opportunitatibus, pueris et servis; tertia, de aquis, hortis, turturum gemitu; quarta, de amore, cupiditate, fletu; quinta, de senectute, juventute, fortunae inconstantia: sexta, de rerum mutatione, temporum volubilitate; septima, de discessu ab amicis, absentesque

UNA CUM ARAB. CHARACT. HEBR. EXPRESSIS; 97

que videndi desiderio; octava, de solitaria vita, pietate, morte, afflictione; nona, de fiducia in DEUM, contenti animi tranquillitate, humilitate; decima, de solutae orationis puritate, et ligatae elegantia. Auctor ABU HARUN R. MOSHE BEN JACOB BEN EZRA GRANATENSIS.

[Pocock. 69.]

CCCCXCV.

Codex chartaceus, concinne compactus, solius 65 constans. Complectitur Epistolas centum et duas, distichis passim ornatas, quarum auctor R. SHELOMO BEN JECHAIA. Legi integrum nomen nequit. [Arch. seld. A. 52.]

POETAE IN QUARTO.

CCCCXCVI.

Codex chartaceus, elegantissime compactus, ubi reperiuntur:

10. Libellus de re medica, versibus et prosa conceptus, septem constans solius. Inscriptio carminis: R. JEHUDAE BAR SHELOMO CHARIZI Medicina corporis.

20. Opus medicum, primum ab ABDALRAHMAN BEN ISAAC Arabice, Hebraice deinde ab anonymo conversum, cui titulus: Proprietates Medicinae. sectionibus decem, solius 370, absolvitur.

30. Liber inscriptus: Usus Psalmorum, puta in rebus, quae superstitiose perficiuntur, solia novem complens. [Laud. L. 9.]

CCCCXCVII.

Codex chartaceus, litera lectu fatis facili exaratus, ubi habentur :

10. Liber moralis, magni apud Judaeos pretii, quem R. JOSEPH BAR ISAAC, cognomento KIMCHI, ex Arabico rhythmis Hebraicis reddidit, inscripsitque: siclus sanctuarii. sectionibus XXII. solius 32, constat.

2°. HARIRII, Arabum eloquentissimi, priores xxvii. Consessus, Hebraice a R. JEHUDA BEN SHELOMO ALCHARLZL conversi. Personis HARITH BEN HEMMAM et ABUZEID, quae in opere Arabico introducuntur loquentes, hic substituuntur GEBER ITHIEL et CHEBER KAKKENI. Primum solium desideratur. [Pocock. 50.]

CCCCXCVIII.

Fasciculus sex tomis, quorum unus solutis constat chartis, comprehensus. Exhibet varia carminum genera, et Epistolas multiplices, praecipue de controversiis circa MAIMONIDEM, postquam More Nebochim vulgaverat suum, conscriptas. [Pocock. 74.]

POETAE IN OCTAVO.

CCCCXCIX.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1551, CHRISTI 1239, descriptus, solia 156 implens. Opus ibi occurrit variis carminum Hebraicorum, omnis generis mensurarum et rhythmorum, exemplis refertum, in quo auctor ABU HARUN ad Quaestiones octo, ab amico sibi propositas, Arabice respondet: prima est de arte Oratoria et Oratoribus; secunda, de arte Poetica et Poetis; tertia, de Poesi apud Arabes; quarta de Poesi apud Hebraeos; quinta, de Poesi apud Hispanos; sexta, de rationibus quibus

98 CODICES MANUSCRIPTI HEBR. ET CHALD.

quibus Poetica se tuetur; septima, de carminibus per somnium fuis; octava, de versus Hebraicos juxta Arabum canones condendi modo. [Hunt. 599.]

D.

Codex chartaceus, anno Contractuum 1647, CHRISTI 1335, exaratus, ubi continentur:

10. R. JEHUDAE BEN SHELOMO, Vulgo BEN ABRAHAM ALCHARIZI, Carmina moralia, ferie alphabetica, in ultimis distichorum dictionibus regnante, composita, quae solia complent 33.

20. Carmen ISAACI HALLEVI, Dobeth dictum, distichis varii argumenti constans. Paginas habet quinque. [Hunt. 381.]

CODICES  
SYRIACI  
UNA CUM  
CARSHUNICIS SIVE ARABICIS  
CHARACTERE SYRIACO EXPRESSIS.  
VETUS TESTAMENTUM  
IN FOLIO.  
CODEX I.

CODEX chartaceus, a JOSEPHO BEN DAVID anno CHRISTI 1627, in Monasterio s. MARIAE de Kannubin, sub JOANNE Patriarcha Antiocheno, nitide exaratus, solius, duplici columna distinctis, 626 constans. Ibi continentur plerique V. T. Libri, hoc ordine dispositi: PENTATEUCHUS, JOB, JOSUA, JUDICES, LIBRI SAMUELIS, REGES, PARALIPOMENA, PROVERBIA, ECCLESIASTES, CANTICUM CANTICORUM, SAPIENTIA, RUTH, SUSANNA, ISAIAS, DUODECIM PROPHETAE MINORES, JEREMIAS, BARUCH, EZECHIEL, DANIEL, ESTHER, JUDITH, ESDRAS, NEHEMIAS, SIRACH, LIBRI MACHABAEORUM TRES, ESDRAE LIBER TERTIUS, agmen claudit TOBIAS, Interpretatio haec textus Hebraici vestigiis satis presse insistit, exceptis Libris Paralipomenorum, qui foede admodum habiti, plurima passim omissa, superaddita, immutata ac detorta habent, [Bodl. Arch. 3130. C. 4.]

II.

Codex chartaceus, sub MICHAELE Patriarcha Syriae anno Graecorum 1560, CHRISTI 1248, luculente descriptus, quo comprehenduntur :

1°. PENTATEUCHUS, ex Textu Hebraico translatus, qui in Geneseos calce anno ALEXANDRI magni 1524, CHRISTI scilicet 1212, dicitur absolutus. Pertinuit olim ad JESUJABUM Patriarcham Jacobitarum, Amidae tunc temporis residentem. sub exitum legis: Totus Liber Legis complectitur versus sexdecim mille nongentos viginti quinque, sectionibus centum viginti sex comprehensus.

2°. Chronographia EUSEBII CAESAREENSIS, Syriace, paginas 12 efficiens. [Bodl. Arch. 3131 C. 5.]

III.

Codex chartaceus, ab ELIA Presbytero et Monacho, silio JOANNIS sili PAULI, de oppido Eden montis Libani, Dioecesis

## 2 CODICES MANUSCRIPTI SYRIACI UNA CUM

Dioecesis Tripolitanae, Hierosolymis anno christi 1614 exaratus, solia, duas in columnas partita, 538 implens. In eo occurrunt QUINQUE LIBRI MOSIS, JOB, JOsUA, Judices, LIBRI sAMUELIS, REGEs, PARALIPOMENA, PRovERBIA, ECcLEsIASTEs, sAPIENTIA, RUTH, sUsANNAE HIstORIA, EsTHER, JUDITH, EsDRAAs, NEHEMIAs, EccLEsIASTIcUs, LIBRI MACHABAEORUM TREs, LIBER EsDRAE TERTIUs, TOBIAs, IsAIAs, PROPHETAE MINOREs, JEREMIAS, EPIsTOLA BARUCHI sCRIBAE, EZECHIEL, DANIEL.

subjicitur capitum usque ad Paralipomena index. [Pocock. 391.]

IV.

Codex chartaceus, a HABACUC Diacono Edenensi anno Graecorum 1890, Christi 1578, exscriptus, solia, duas in columnas divisa, 220 complens. Ibi Syriace, cum Interpretatione Carshunica, leguntur:

i°. Psalterium, Libris comprehensum quinque, quorum primus terminatur Psalmo quadragesimo primo; secundus, septuagesimo secundo; tertius, octogesimo nono; quartus, centesimo sexto; quintus, ultimo, adjectum habente Psalmum, Parvus eram, a DAVIDE editum superato GOLIAD, qui vulgo extra numerum nuncupatur. In calce haec occurrit epigraphe: Completi sunt Psalmi sive Hymni DAVIDIS Regis et Prophetae, secundum emendationem et dilucidationem sancti ATHANASII digesti, Psalmi centum et quinquaginta; Libri quinque; Gradus quindecim; Laudes sexaginta; versus quatuor millia octingenti triginta.

2°. Cantica MOSIS II. Canticum ISAIAE. Canticum Deiparae Virginis. Canticum S. EPHRAEM Syri, cujus initium: Lux quae orta est justis. Canticum trium puerorum, quod incipit: Benedicite omnia opera Domini. Beatitudines a Domino nostro Discipulis traditae. Oratio Dominica. symbolum trecentorum decem et octo Patrum, qui Nicaeae convenerunt. Canticum EPHRAEMI de Amore sapientiae. [Hunt. 109.]

V.

Codex chartaceus, parum antiquus, solis, duas in columnas dispertitis, 160 constans. Continentur eo PSALMI DAVIDIS CL. Canticum MOSIS ex Libro Exodi; Canticum isAIAE Prophetae; Canticum MOSIS ex Deuteronomio; Beatitudines a Domino Discipulis datae; Canticum Deiparae Virginis; Hymnus Angelorum; Oratio quam CHRISTUS Dominus noster Apostolos suos docuit. symbolum CCCXVIII. Patrum, qui Nicaeae convenerunt; Hymnus s. EPHRAEM Syri metricus de Amore sapientiae; Canticum ANNAE Matris SAMUELIS; Canticum HABACUC Prophetae; Canticum JONAE Prophetae; Canticum trium puerorum; Canticum trium puerorum alterum. Additur omnibus interpretatio Arabica, caractere Syriaco expressa. [Hunt. 250.]

VETUS TESTAMENTUM

IN QUARTO.

VI.

Codex chartaceus, nitide anno CHRISTI 1628 exaratus, ubi continentur:

.PROPHETIA DANIELIS, CUM Historia Bel Idoli et Draconis, solis 48 constans .1°

2°. Homilia sancti EPHRAEMI de Fine et Consummatione seculi, de Gog et Magog, de Antichristo.

3°. Pars

CHARSHUN. sIVE ARAB. CHARACT. sYR. EXPREssls. 13

30. Pars APOCALYPSIS JOANNIS. sequuntur EPHRAEMI Homiliae duae: prior de Humilitate, posterior, quae fine trunca, de Fide.

40. Alphabetum usque ad literam Coph, varia ex F. EPHRAEMO et JACOBO carmina complectens. [Bodl. 3980. 13 ]

VII.

Codex chartaceus, vetus, in initio suppletus, fine decurtatus, solia 123 complens. Ibi reperitur LIBER PSALMORUM, textui Hebraico, ut plurimum, consentaneus, cui annexa sunt Cantica sequentia : Canticum MOSIS primum. Canticum ISAIAE. Oratio Dominicalis. Canticum Deiparae Virginis. Beatitudines a Domino nostro Discipulis traditae. Canticum Angelorum. Haec in fronte inscriptio : In Nomine Patris, et Filii, et spiritus sancti, DEI unius, veri, omnipotentis, cui gloria, et laus, et honor, et adoratio, ab omnibus in seculum seculorum, incipimus scribere Hymnos DAVIDIS Regis et Prophetae [Bodl. Arch. 3132. C. 6.]

VIII.

Codex chartaceus, manu recenti, peregrina, luculente descriptus, ubi reperiuntur:

1°. LIBER DANIELIS PROPHETAE, cum Historia Beli et Draconis, solia 32 complens.

2°. Oratio EZECHLAE Regis Judae, cum aegrotasset et revaluisset ex aegritudine sua.

3°. symbolum trecentorum decem et octo Patrum, qui Nicaeae convenerunt. sequuntur excerptiones quaedam Biblicae. [Bodl. 3913. 4.]

VETUS TESTAMENTUM

IN OCTAVO.

IX.

Codex chartaceus, humiditate exesus putrefactusque, quo comprehenduntur: 1°. PSALTERIUM Syriacum, caractere Nestoriano exaratum, in viginti Cathismata distributum, addito Psalmo centesimo quinquagesimo primo, literis et sermone Arabicis conscripto.

2°. Cantica MOSIS II. Reliqua, ob dilacerata solia, legi non possunt, [Dawk. 33.]

X.

Codex chartaceus, densus et decorus, eleganter compactus, solis 230 constans. Complectitur LIBRUM PSALMORUM DAVIDIS Regis et Prophetae, quem MUSA IBN BACUS IBN THUMA IBN CAMEL HATUNENSIS, anno Graecorum 1830, CHRISTI nempe 1518, profitetur se transcripsisse, idque in urbe Brensa Montis Libani, Dioecesis Tripolitanae. Tituli Psalmorum literas prasinas exhibent. [Laud. A. 14.]

XI.

Codex chartaceus, anno Graecorum 1889, CHRISTI 1577, belle exaratus, solia 122 implens. Ibi reperitur PSALTERIUM, in quinque Libros divisum, cui nectuntur : Psalmus, Parvus eram. Oratio matutina in Jejuniis magna recitanda. Carmen EPHRAEMI de Amore sapientiae. Tituli rubras literas habent. [Marsh. 706.]

XII.

Codex chartaceus, vetustate detritus, corruptus



#### 4 CODICES MANUSCRIPTI SYRIACI UNA CUM

corruptusque, complectens LIBRUM PSALMORUM; praeterea Canticum MOSIS primum; Canticum ISAIAE; Canticum MOSIS alterum; symbolum Nicaenum; Orationem Dominicam; Carmen EPHRAEMI de Amore sapientiae. [Hunt. 401.]

XIII.

Codex chartaceus, longus pollices quatuor, latus tres, solius 230 constans. Exhibet CENTUM ET QINQUAGINTA PSALMOS DAVIDIS, cum duobus MOSIS Canticis. Psalmus primus initio truncus.

[Pocock. 2.]

NOVUM TESTAMENTUM I N SOLIO.

XIV.

Codex membranaceus, utrinque prae vetustate mutilus, caractere estranghelo exaratus, solius, duplici columna digestis, 178 constans. Complectitur SACROSANCTA QUATUOR EVANGELIA, distributa in Lectiones, quibus Jacobitae per anni circulum in Ecclesiis uti solent. Consecta ad calcem singulorum soliorum est Harmonia Evangelica, positus primum Evangelistae, cujus ibi Evangelium legitur, versiculis, deinde indicatis aliorum Evangelistarum, in quibus cum illis concordant, locis. Tralatio est: Philoxeniana, a THOMA Heracleensi recensita. Initium sit MATTH. VIII. 34: finis JOAN. xxi. 12. [Dawk. 3.]

XV.

Codex chartaceus, anno Graecorum 1856, CHRISTI 1544, in urbe Hardin exscriptus, solia, in duas columnas divisa, 204 implens. Ibi Arabice exhibentur ACTA APOSTOLORUM; EPISTOLA JACOBI; EPISTOLAE II. PETRI; EPISTOLAE III. JOANNIS; Epistola JUDAE; EPISTOLAE PAULI ad Romanos, Corinthios, Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Theffalonicenses, TIMOTHEUM, TITUM, PHILEMONEM, Hebraeos. Versio haec in calce e Syriaco dicitur concinnata. [Marsh. 426.]

XVI.

Codex chartaceus, a SAMUELE CLERICO, Architypographo, concinne descriptus, solius 226 constans. Ibi conspiciuntur:

i°. EVANGELIA QUATUOR, Versionem Philoxenianam, a THOMA Heracleensi emendatam, exhibentia : praemissis unicuique capitum titulis sive argumentis, quae quidem in MATTHAEO sunt septuaginta ; in MARCO quadraginta octo; octoginta tria in LUCA; in JOANNE viginti. Versus numeri vulgares nostri sive Arabici distinguunt.

2°. GABRIELIS Patriarchae Alexandrini ad IGNATIUM Patriarcham Antiochenum de Fide Nicaena Epistola, literis et sermone Arabicis conscripta. Haec principium codicis occupat. [Pocock. 3i6.]

NOVUM TESTAMENTUM

IN QUARTO.

XVII.

Codex chartaceus, vi longissimi temporis lacunosus, ruinosus, solius 16 constans. Ibi conspiciuntur ACTA APOSTOLORUM, QUATUORDECIM PAULI APOSTOLI EPISTOLAE, idque servatis sectionibus, juxta quas in Ecclesiis Syrorum legi consueverunt: prima duo solia EPISTOLAS JOANNIS et Judae exhibent. [Dawk. 23.]

XVIII.

Codex membranaceus, magnam prae se ferens antiquitatem, solia 131 implens. Continet QUATUOR EVANGELIA, literis Nestorianis, iisque elegantissimis, exarata, titulis lectionum, et capitum argumentis, carentia. Initium sit MATTH. viii. 16. [Dawk. 27.]

XIX. Codex

CHARSHUN. SIVE ARAB, CHARACT. SYR. EXPRESSIS. 5

XIX.

Codex chartaceus, nitide haud ita pridem exscriptus, soliis, duplici columna distinctis, 142 constans, in quo occurrunt ACTA APOSTOLORUM, una cum EPISTOLIS JACOBI, PETRI, JOANNIS et JUDAE, distributa in lectiones, quibus Maronitae totius anni decursu uti solent. Lectionum praeponitur index. [Bodl. A. 2909, 126.]

XX.

Codex chartaceus, putridus in initio et fine, solia 108 complens. Continet QUATUORDECIM BEATI PAULI APOSTOLI EPISTOLAS, paraphrasi succincta, cujus de auctore non constat, illustratas. Textus literis rubris, nigris expositio, conscribitur. [Marsh. 86.]

NOVUM Testamentum IN OCTAVO.

XXI.

Codex membranaceus, vetus, literis exaratus Nestorianis, solia 224 efficiens. Occurrunt ibi QUATUOR EVANGELIA, in Lectiones, ad usum Ecclesiae Syriacae, divisa, praefixo capitum suo singulis indice. In uniuscujusque Evangelii fine annotatum legitur, quo quisque Evangelista sermone primum conscripserit: nimirum, Matthaeus Hebraice in Palaestina; MARCUS, Latine Romae; LUCAS, Graece Alexandriae; JOANNES, Graece item Ephesi. Solia priora duodecim, et duo postrema, recentior supplevit manus. [Hunt. 587.]

XXII.

Codex bombycinus, Arabicus, quantitate molis exiguus, solia 166 habens. Complectitur QUATUOR EVANGELIA, caractere minutissimo, anno Graecorum 1891, Christi 1579, Hierosolymis luculentissime exarata, quibus titulus: Quatuor Flumina Aquae Vitae. Primum solium auro variisque coloribus fulget. [Maresc. 138.]

XXIII.

Codex membranaceus, literis Nestorianis transcriptus, solia 108 complens, comprehendensque EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM, in Lectiones, quarum praemittitur tabula, divisum. Clausula: Explicit Evangelium sanctum JOANNIS Apostoli, qui locutus est Graece Ephesi. [Marsh. 699.]

XXIV.

Codex bombycinus, eleganter compactus, tres pollices longus, duos latus, soliorum 150. Exhibet QUATUOR EVANGELIA, caractere minutissimo, nonnisi armatis oculis legendo, exarata, quibus singulis, in Lectiones divisis, praemittitur capitum index. Initium auro est coloribusque decoratum. [Pocock. I.]

LIBRORUM SACRORUM INTERPRETES IN SOLIO.

XXV.

Codex bombycinus, mole insana, pulcherrime, fine anni mentione, exaratus, foliis, quadruplici columna distinctis, 318 constans, ubi continentur:

1°. GREGORII BAR HEBRAEI, Orientis Maphriani, in SACRAM SCRIPTURAM Commentarii, nimirum in PENTATEUCHUM, JOSUAM, JUDICES, SAMUELEM, , PSALMOS, REGES, PROVERBIA, ECCLESIASTICUM, ECCLESIASTEM, CANTICA CANTICORUM, SAPIENTIAM, JOBUM, ISAIAM, DUODECIM PROPHETAS, JEREMIAM, EZECHIELEM, DANIELEM, QUATUOR

TUOR EVANGELIA, ACTA APOSTOLORUM, EPISTOLAS JACOBI, PETRI, JOANNIS, PAULI, titulo: Horreum Mysteriorum. Opus solia 74 efficit.

2°. Ejusdem Grammatica parva sub metro S. EPHRAEMI heptasyllabo, scholiis cincta, folia 12 complens.

3°. Ejusdem Grammatica, fusius explicata, quae inscribitur: Liber splendorum, folia 33 implens. Initium est: Gratias tibi ago Domine.

4°. Ejusdem Carmina varia, metro dodecasyllabo sive tetrasyllabo ter repetito composita, ubi de optima philosophandi ratione, de Dicto SOCRATIS, Lex bona, sed Philosophia melior, de sapientia divina, de amore divino, et aliis.

5°. Ejusdem Nomocanon sive Tractatus de Canonibus Ecclesiasticis et Legibus secularibus, inscriptus: Liber Directionum, cui folia sunt 37, capita quadraginta : primum agit de Ecclesia ejusque regimine; decimum, de Haereditate; vicesimum, de Consessione; tricesimum, de Inventis; ultimum, de Causis.

6°. Ejusdem Columba sive Liber de Regimine Anachoretarum, Directore carentium, paginas 12 efficiens.

7°. Ejusdem Philosophiae, Butyrum sapientiae dictae, Libri sequentes: Liber Isagoges; Liber Categoriae ; Liber Perihermenias; Analyticae Liber primus; Analyticae Liber secundus.

8°. Ejusdem Chronicon, ab ADAMO ad suam usque aetatem perductum, quod soliis non absolvitur. [Hunt. I.]

XXVI.

Codex bombycinus, Arabicus, a JOSEPHO Presbytero anno Graecorum 1799, CHRISTI 1487, in Monasterio s. MARIAE de Kannubin, sub s. PETRO Patriarcha Antiocheno, duas in columnas splendide descriptus, solia 370 complens. Ibi continentur s. EPHRAEM Syri in GENESIN et EXODUM Commentarii, utrumque sensum, externum scilicet sive obvium et internum sive mysticum, exhibentes: textu sacro in Lectiones, ad Vesperas et Matutinum recitandas, distributo. Liber prior, pro diebus Jejunii Quadragesimalis, Lectiones septem et quinquaginta continet ; posterior, pro Festis Dominicis, Deiparae et Apostolorum, triginta. In Genesis calce haec occurrit nota : scito, Librum Exodi fuisse ante Librum Genesis, sed JOSUAM Filium NUN hunc illi jussu MOSIS praeposuisse, ut Historiae esset quasi Praefatio. [Marsh. 440.]

XXVII.

Codex chartaceus, Carshunicus, a MARABANAM Presbytero de Pago Kosur anno Graecorum 1889, CHRISTI 1577, luculente exaratus, soliis 240 constans. Commentarium exhibet in PENTATEUCHUM, ex CHRYSOSTOMO, EPIPHANIO, CYRILLO, HIPPOLITO, EPHRAEMO, ATHANASIO, EVAGRIO, ORIGENE, BASILIO Caesareae Episcopo, JACOBIS Rohensi et sarugensi, GREGORIO Nysseno, DIONYSIO Barsalibaeo, PHILOXENO Mabugensi, aliisque contextum, qui inscribitur: Liber Legis, una cum Patrum sanctorum Doctorumque Piorum Paraphrasi. Praemittitur praefatio de Legis traditione, et Doctorum a MOSE ad CHRISTI usque adventum successione. [Hunt. 84.]

XXVIII.

Codex bombycinus, Arabicus, pro IBN HURIA de Pago Nabach, fine notato anno, polite exscriptus, solia 444 implens.

### CHARSHUN. SIVE ARAB. CHARACT. SYR. EXPRESSIS. 13

implens. Ibi reperitur MAR EPHRAEMI in PENTATEUCHUM Commentarius, qui literalis et spiritualis sive mysticus est. Librarius, tacito nomine, ita Lectores alloquitur: Propter amorem CHRISTI commemorate me post orationes vestras, atque emendate quas hoc in Libro comisi hallucinationes; nam et Dominus commemorabit vos, atque emendabit res vestras, ob intercessionem s. MARIAE, sanctorumque omnium. [Bodl. Arch. D. 51.]

XXIX.

Codex chartaceus, Carshunicus, foliis 484 constans. Complectitur Catenam patrum in PENTATEUCHUM, quam Dionysius Cypri Metropolitae anno Graecorum 1865, Christi 1553, profitetur se transcripsisse. Praemittitur capitulum index, cum praefatione de Legis traditione, Doctorumque successione. [Marsh. 175.]

XXX.

Codex bombycinus, Arabicus, solia, duas in columnas partita, 258 efficiens. Exhibet EPHRAEMI in GENESIN, EXODUM et LEVITICUM, Commentarium. Principio caret, praeterea nonnulla in fine solia, plurima in medio, desiderantur. [Hunt. 112.]

LIBRI RITUALES IN SOLIO.

XXXI.

Codex bombycinus, a quodam PHILOXENO anno Graecorum 1799, CHRISTI 1487, eleganter descriptus, solis, duplici columna distinctis, 205 constans. Complectitur Officium pro Feria Hebdomadae sanctae secunda, tertia, quarta, quinta et sexta, in Ecclesiis syrorum Jacobitarum recitari solitum, cui titulus: Liber sanctus de Passione salutifera. [Marsh. 446.]

XXXII.

Codex bombycinus, vetus, ruinosus, utrinque mutilus, mole ingens. Ibi reperiuntur varia apud Jacobitas recepta Officia, caractere Estranghelo duas in columnas exarata, nempe Officium Quadragesimale, a Tertia Dominica Jejunii usque ad Dominicam Palmarum; Officium Hebdomadae majoris a Feria secunda ad sabbatum usque; Officium Hebdomadae in Albis a Feria secunda post Pascha usque ad Dominicam, inclusive; Officium Pentecostes: quibus nectuntur Officia s. AARONIS, ELIAE Prophetarum, Evangelistarum, MARIAE Deiparae, Apostolorum, CONSTANTINI Imperatoris, EUSEBII, CHRYSOSTOMI, GURIAE, PANTALEEMONIS, HABIBI, CHRYSOPHORI, SERGII et BACCHI, Quadraginta Martyrum. [Dawk. H.]

XXXIII.

Codex bombycinus, literis Nestorianis exaratus, solis 220 constans, ubi continetur Paracleticum, cum Octoecho, exhibens Troparia, Canones et Hirmos, in praecipuas anni Festivitates; de Matre Deipara; de sanctis; de Defunctis; pro qualibet necessitate. subjicitur tabula Cycli solaris caractere Arabico. [Hunt. 127.]

XXXIV.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1700, CHRISTI 1388, nitide transcriptus, solia 256 complens. Continet sequentia Officia, videlicet Officium octo dierum Paschatis; Festi Tabernaculorum sive Transfigurationis Domini; Transitus Deiparae Virginis; sanctae Crucis; Ascensionis: itemque de s. NICOLAO sive MAR ZACHE, de s. GEORGIO

## 8 CODICES MANUSCRIPTI SYRIACI UNA CUM

Gio Martyre, de Commemoratione B. Virginis pro Spicis, de Patribus Aegyptiis MACARIO Abbate, JOANNE, PEsAEo, Filiis regis MAXIMO et DOMITIO, de THOMA Apostolo, de s. CYRIACO ejusque Matre JULITTA, de ADAEo Apostolo, de AZAZAELE Martyre, de SERGIO et BACCHO. Omnia juxta Jacobitarum ritum. [Marsh. 664.]

XXXV.

Codex bombycinus, solis, duas in columnas partitis, 234 constans. Complectitur Officium octo Paschatis dierum; de Dominica Nova; de s. GEORGIO Martyre ; de Commemoratione B. Virginis pro Spicis; de Seria sexta, post: Pentecosten, quae Auri dicitur, pro XII. Apostolis; de Sesto Apostolorum PETRI et PAULI ; de s. CYRIACO ejusque Matre JULITTA ; de THOMA Apostolo; de Transfiguratione Domini; de Transitu Deiparae; de Sancta Cruce ; de DOMITIO ; de SERGIO et BACCHO. Nonnulla sub initium desiderantur. [Marsh. 437.]

XXXVI.

Codex bombycinus, initio et in fine truncus, literis partim rubris, nigris partim, exaratus, continens Officium, a Dominica Palmarum ad Dominicam usque THOMAE sive in Albis recitari solitum, quod 192 solia complet. Addita passim est Arabica explanatio. [Marsh. 416.]

XXXVII.

Codex bombycinus, anno Mundi 7101, Graecorum 1904, CHRISTI 1601, non invenuste duas in columnas descriptus, ubi reperitur Libri Ecclestastici, e Graeco conversi, cui Triodium, titulus, Volumen n. complectens Troparia, Canones, Hirmos, Dominicis et Festis diebus, a Sabbato s. LAZARI ad Dominicam primam post Pentecosten, recitari solita, solis 425 constans. Rubricae caractere Arabico conscribuntur. [Dawk. 4.]

XXXVIII.

Codex membranaceus, caractere Nestoriano splendide exaratus, solia 272 complens. Officium exhibet Encaeniorum Ecclestae; Annunciationis ZACHARIAE ; Annunciationis Deiparae Virginis; Nativitatis JOANNIS Baptistae; Infanticidii Bethlehemitici; Festi Luminum ; Decollationis JOANNIS; MAR SEVERI, Patriarchae Antiocheni; Ingressus Domini in Templum; MAR THEODORI ; Jejunii Quadragesimalis ; Quadraginta Martyrum; Hebdomadae Hosannarum ; Passionis Salvatoris; Adorationis Crucis; Resurrectionis; Ascensionis; Pentecostes ; Seriae sextae Aureae, quae prima est post Pentecosten; Apostolorum; Martyrum. [Dawk. 1.]

XXXIX.

Codex bombycinus, literis Nestorianis, fine notato anno, polite transcriptus, solis, duplici columna distinctis, 226 constans. Comprehendit Lectiones ex Evangeliiis desumptas, quae Dominicis et diebus festis ad Vesperas, ad Matutinum, ad Missam, per anni circulum in Melchitarum sive Syrorum Graeci ritus Ecclesiis recitari solent. [Dawk. 9.]

XL.

Codex bombycinus, caractere Nestoriano exaratus, solia, duas in columnas distributa, 212 habens. Ibi continentur Lectiones ex Evangeliiis per anni circulum, quae Dominicis et festis diebus, cum in matutinis et vespertinis orationibus, tum in celebranda Liturgia, apud Melchitas legi solent. Titulus est : Distinctio Lectionum Evangeliorum Sanctorum. [Dawk. 5.]

XLI.

CHARSHUN. SIVE ARAB. CHARACT. SYR. EXPRESSIS. 9

XLI.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1803, CHRISTI 1491, exaratus, foliis 330 constans. Complectitur Libri Ecclesiastici, Triodium nuncupati, Volumen II. exhibens Troparia, Canones, Hirmos, Dominicis et festis diebus, a Sabbato s. LAZARI ad dominicam usque omnium Sanctorum, a Melchitis recitari solita. [Dawk. 12.]

XLII.

Codex bombycinus, vetus, situ corruptus, fine carens. Ibi occurrunt Troparia, Responsoria, Lectiones, Antiphonae, Orationes, festis Sanctorum diebus, a mense Septembri ad finem usque Junii, recitari solitae. Rubricae et Lectiones caractere Arabico exprimuntur. [Dawk. 37.]

LIBRI RITUALES IN QUARTO.

XLIII.

Codex chartaceus, anno Graecorum 1934, CHRISTI 1622, nitide exaratus, folia 155 complens. Repraesentatur ibi Anaphora s. JACOBI Apostoli fratris domini; JOANNIS Apostoli et evangelistae; PETRI Apostolorum Principis, quae minor appellatur; MARCI Evangelistae; duodecim Apostolorum, quae s. LucAE inscribitur ; MATTHAEI Pastoris ; XYSTI Papae Romani; DIONYSII Episcopi Amidae; JOANNIS Patriarchae, qui et BAR MAADANI ; IGNATII Patriarchae, qui et BADER ZACHE BAR VAHIB ; JACOBI Episcopi Sarugensis; IGNATII THEOPHORI ; MARUTHAE Episcopi Tagritensis; SEVERI, qui et MOSES BAR CEPHA ; JACOBI Baradael. Titulus cst : Anaphorarum Liber. [Pocock. 85.]

XLIV.

Codex bombycinus, anno Mundi 7031, CHRISTI 1538, exscriptus, foliis 236 constans, quo continentur Troparia, Antiphonae, Canones, aliaque id genus, quae a Melchitis mense Januario festis Sanctorum diebus recitari solent. Quaedam sub initium desiderantur. [Dawk. 15.]

XLV.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1823, CHRISTI 1511, transcriptus, ubi reperiuntur: ,  
1°. Elenchus Presbyterorum et Diaconorum sine initio, cum adhortatione ad Sacerdotes Arabica, folia 10 efficiens.

2°. Homologia seu Professio fidei, ab ordinandis Presbyteris et Diaconis facienda, Arabice, folia 13 complens.

3°. MAR JOANNIS Patriarchae, cognomento BAR VAHABUN, Anaphora seu Liturgia, e Sanctis Patribus collecta : praeponitur Prooemium Arabicum, cujus auctor MAR TIMOTHEUS, frater DAVIDIS Patriarchae.

4°. Admonitio ad eos, qui ordinandi sunt Sacerdotes, auctore JACOBO Metropolita Miapharactae, hoc est, Martyropolis in Mesopotamia: ubi Jacobiticae fidei Professio exigitur, Arabice.

5°. Ordo Consecrationis Chrysmatis, foliis 45 comprehensus.

6°. Ordo Chirotoniae Diaconorum et Presbyterorum, foliis 24 constans.

7°. Ordo Sacri Schematis sive habitus monastici, cum Tonsura Monachorum et Monialium, folia 31 implens.

8°. Frag

10 CODICES MANUSCRIPTI SYRIACI UNA CUM

8°. Fragmentum Ethicum, Carthunicum, id est, literis Syriacis, sermone Arabico, conscriptum : folia 30 habet. [Hunt. 444.]

XLVI.

Codex bombycinus, utrinque mutilus, foliis 160 constans. Exhibet Cantica, Orationes, Troparia, Lectiones, quae, mense Decembri festis Sanctorum diebus, a Graecis, in Syria degentibus, recitari solent. Postrema quindecim folia Arabico sunt et sermone et caractere exarata. [Dawk. 16.]

XLVII.

Codex bombycinus, sermone Arabico, absque anni mentione, exscriptus, quo comprehenduntur:

i°. Liber ab utraque mutilus parte, agens inter alia de Sacerdotum, Presbyterorum et Diaconorum, officii, de Poenitentia, et oratione.

2°. Capita tria, ex GREGORII BAR HEBRAEI, vulgo ABULPHARAGII, Nomocanone, qui Liber Directionum appellatur, decerpta: primum de Ecclesia ejusque regimine ; secundum, de Baptifmo; quintum, de Jejuniis, Festis et Orationibus.

3°. S. JOANNIS CHRYSOSTOMI Homilia de Poenitentia. S. EPHRAEMI Homiliae de Poenitentia, de Retributione futura, de Fine mundi. S. JACOBI Homilia de Jejuniis, oratione et eleemosyna. S. GREGORII Homilia de egressu animae e corpore.

4°. Vita s. CYRIACI et Matris ejus JULITAE. Vita s. PAULI Eremitae. Vita MACARII Abbatis. [Marsh. 392.]

XLVIII.

Codex bombycinus, vetustate corruptus, folia 320 complens. Complectitur Lectiones, Orationes, in Festis, Dominicis, commemoratione Sanctorum, recitandas. Desideratur et initium et finis. [Dawk. 25.]

XLIX.

Codex bombycinus, perita transcriptus manu, ubi exhibentur :

10. Ordo Baptismi duplex, SEVERO tributus Antiocheno : prior prolixior, e Graeco in Syriacum a JACOBO Edesseno conversus ; alter brevissimus, usurpari tunc solitus, cum Infans morti proximus est. Subjicitur Decalogus, sermone expressus Arabico caractereque.

2°. Officium Baptismi singulare, foliis comprehensum viginti; auctore JACOBO Edesseno.

3°. Officium Lampadis seu unctionis oleo pro poenitentibus, foliis 36 constans : exaratum dicitur anno Graecorum 1867, Christi nimirum 1555.

4°. Ordo Benedictionis Sponsi et Sponsae, juxta Jacobitarum ritum, inscriptus : Liber Coronae.

5°. Benedictiones, Orationes et Absolutiones variae. Tituli Arabice exprimuntur. [Pocock. 86.]

L.

Codex bombycinus, vetustate exesus, folia 280 habens. Ibi occurrunt Antiphonae, Troparia, Orationes, in festis, Dominicis, itemque in commemoratione Sanctorum, recitandae. Initium et finis

deest. [Dawk. 24.]

LII.

Codex bombycinus, initii et finis expers, foliorum 248. Ibi reperiuntur Orationes et Hymni de Fide, de Poenitentia, de Deipara, de Cruce, de JOSEPHO S. Virginis Sponso, de Resurrectione, de consecratione Ecclesiae, de Jejuniis, de Sanctis, de Ascensione, de Pentecoste, de Quadraginta Martyribus. [Marsh. 479.]

LIII.

Codex bombycinus, Nestorianis transcriptus literis, folia 540 implens. Comprehendit

## CHARSHUN. SIVE ARAB. CHARACT. SYR. EXPRESSIS. II

prehendit Octoechum sive Cantus tonis octo expressos, videlicet de Resurrectione Domini, de Poenitentia, de Angelis, de s. Joanne Baptista, de DEI Genitrice, de Cruce, de Apostolis, de Martyribus, de Defunctis. Adjicitur Arabice Calendarium Sanctorum per integrum annum. [Dawk. 8.]

LIII.

Codex bombycinus, eleganter, non consignato anno, in gratiam MAR SALIBAE exaratus, comprehendens foliis 44 Officium Inventionis Crucis, ubi ultima precatio, quae MAR JACOBO tribuitur, ita incipit : Concede mihi Domine noster, ut recitem historiam Crucis. [Marsh. 265.]

LIV.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, fine carens. Ibi occurrunt Officia de Dedicacione Ecclesiae, de Annunciatione ZACHARIAE, de Annunciatione Deiparae, de Profecione MARIAE ad ELISABETH, de Nativitate JOANNIS Baptistae, de Revelatione JOSEPHI, de Sancta BARBARA, de Patribus BASILIO et GREGORIO, de Sesto Luminum site Epiphania Domini, de Commemoratione decollationis s. JOANNIS Baptistae, de Jejuniis Quadragesimali. Non pauca folia, madore conglutinata, fine fractione divelli nequeunt. [Dawk. 22-.]

LV.

Codex bombycinus, usu et vetustate corruptus, folia 292 habens. Complectitur Troparia, Antiphonas, Hymnos, a Melchitis, festis diebus et in commemoratione Sanctorum ac Martyrum, per anni circulum anni solitos. Folia quaedam, quae desiderabantur, recentiori manu suppleta sunt. [Dawk. 18.]

LVI.

Codex chartaceus, recens, fine notato anno, exscriptus, foliis 100 constans, quo comprehenditur Officium Hebdomadis Feriale, in Jacobitarum Ecclesiis, a Seria secunda ad Sabbatum usque inclusive, recitari solitum, titulum hunc prae se gerens: Breviarium Precum Vespertinarum, Nocturnarum et Matutinarum, prout ordinatum a Patribus Syris Orthodoxis est. Complures ibi ex EPHRAEMO et JACOBO Orationes et hymni. [Marsh. 474-]

LVII.

Codex bombycinus, duplici manu exaratus, folia, quorum dilacerata quaedam sunt, 320 complens. Exhibet Cathismata, Lectiones, Canones et Hirmos, in Prophetarum, Sanctorum et Martyrum commemoratione canendos, ducto initio a NAHUM Propheta, quem excipiunt SOPHONIAS et HABACUC : postremo loco s. THEODORUS commemoratur. [Dawk. 26.]

LVIII.

Codex bombycinus, initio truncus fineque, folia 190 implens. Complectitur Cantica, et id genus alia, festis Sanctorum ac Martyrum diebus anni solita. [Dawk. 19.]

LIBRI



12 CODICES MANUSCRIPTI SYRIACI UNA CUM  
LIBRI RITUALES IN OCTAVO.

LIX.

Codex chartaceus, literis peregrinam manum redolentibus exaratus, ubi continentur:

1°. Officium Hebdomadis Feriale, a Seria secunda ad Sabbatum usque inclusive, foliis 34 constans. Praemittitur tabula, mensium indicans initium.

2°. Tractatus Arabicus de Sphaera, Summarium in scriptis, duas in Partes tributus: prior agit de Sphaera coelesti, capita quinque complectens; altera Sphaeram terrestrem capitibus tribus persequitur: auctore quodam ABDALLA. Subjicitur tabula Distantiae Geographicae imperfecta. [Bodl. 3067. 78.]

LX.

Codex membranaceus, caractere Nestoriano concinne, fine indicato anno, exscriptus, folia 118 complens. Continet MAR SEVERI Patriarchae, et JOANNIS BAR APHTONII, Cantica de Nativitate Domini, de JOANNE Baptista, de Epiphania, de Praesentatione Domini in Templum, de Jejuniis, de Miraculis, de Hosannis, de Cruce, de Resurrectione, de Ascensione, de Pentecoste, de Apostolis, de Martyribus, de Defunctis, de Sancta D E I Genitrice. Primum folium recens manus supplevit. [Hunt. 586.]

LXI.

Codex chartaceus, sub IGNATIO, qui et DAVID, BASILIO, qui et PHILOTHEUS, et TIMOTHEO Sene, anno Graecorum 1893, CHRISTI 1581, nitide exaratus. Complectitur foliis 134 Officium, in efferendis mortuis, viris nempe secularibus, mulieribus, pueris, Sacerdotibus et Diaconis, recitari consuetum, quod hoc praenotatur titulo: Liber Exequiarum. [Bodl. 3000, 11.]

LXII.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1890, CHRISTI 1578, Hierosolymae nitide exaratus, ubi occurrunt:

1°. Ordo Lampadis sive extremae unctionis pro poenitentibus, tam infirmis quam fanis, in officia distributus quinque, quorum unoquoque expleto unum accenditur ellychnium; in fine vero quinti officii Sacerdos, manum capiti poenitentis imponens, orationem absolutionis recitat. Titulus Arabice exprimitur.

2°. Tractatus Arabicus, exhibens Excerpta ex Libro, Liber Capitulorum dicto, de Amore DEI, de Praeceptorum observatione, de Confessione Sacerdoti facienda, de Eucharistia sive Sacramentorum perceptione, et quod, qui fine poenitentia moritur, perire debet. [Bodl. 3001, 12.]

LXIII.

Codex bombycinus, foliis 191 constans, ubi reperiuntur:

1°. Benedictiones Mensae et Fructuum. Oratio super puerum, cum magistro traditur. Oratio pro infirmo, qui in agone versatur. EpHRAEM Syri de Amore Sapientiae Carmen.

2°. PSALTERIUM, quinque in Libros distributum. Canticum MOSIS utrumque. Canticum ANNAE. Canticum Deiparae. Symbolum Nicaenum. Orationes quaedam et Hymni Sanctorum virorum. [Pocock. 10.]

LXIV.

CHARSHUN. SIVE ARAB. CHARACT. SYR. EXPRESSIS. 13

LXIV.

Codex bombycinus, initio carens et fine, folia 170 efficiens. Complectitur Troparia, Stichira, Anatolica, de Nativitate Domini, de Sanctis Luminibus, de Ingressu Domini in Templum, de Hosannis, de Paschate, de Pentecoste, de Deipara, de Exaltatione venerandae crucis, de Martyribus de Defunctis. [Dawk. 31.]

LXV.

Codex bombycinus, pollices longus quinque, tres latus, quo comprehenduntur:

1°. Officium Simplex vel Feriale Syrorum Jacobitarum, cui Thesaurus titulus, pro Seria secunda, tertia, quarta, quinta, sexta, et Sabbato.

20. Octoechus sive Cantus tonis octo expressi, ad Magnificat.

3°. Cantus de Deipara, de Sanctis, de Poenitentia, de Cruce, de Defunctis, de Resurrectione.

40. SS. JACOBI et EPHRAEMI Orationes : sequuntur Cathismata seu Sessiones. [Hunt. 594-]

LXVI.

Codex chartaceus, anno Mundi 7099, CHRISTI 1606, exscriptus, foliis 126 constans. Complectitur Troparia, in Festis, inque commemoratione Sanctorum, per anni circulum canenda. [Dawk. 34.]

LXVII.

Codex bombycinus, anno Mundi 7057, CHRISTI 1564, exaratus, continens Hirmos et Theotocia sive Cantus de Deipara per Hebdomadam, adjecta tonorum singulorum notitia : auctore JOANNE Damasceno. [Marsh. 679.]

LXVIII.

Codex chartaceus, vetustate vel humiditate corruptus, ruinosus, Troparia, ad Sestos Sanctorum dies accommodata, exhibens. [Dawk. 35.]

LXIX.

Codex bombycinus, vetus, foliis 110 constans. Officium continet in festo s. DOMITII, in Annunciatione Deiparae, in Nativitate ejusdem. Initium desideratur. [Marsh. 623.]

SANCTI PATRES IN FOLIO.

LXX.

Codex bombycinus, characterum elegantia et nitore commendabilis, pronuper, sine anni mentione, exaratus, foliis, duplici columna distinctis, 410 constans. Ibi continentur JACOBI SARUGENSIS Batnarum Episcopi Doctorisque, et EPHRAEM SYRI, Homiliae selectiores, videlicet de Consecratione Ecclesiae; de Annunciatione ZACHARIAE ; in illud, In principio erat verbum; de Verbo uno; de EMMANUELE ; de incomprehensibilitate Christi, ejusque nativitate ex Virgine ; de MARIA et JOSEPHO ; de Nativitate Domini secundum carnem ; de Nativitate Domini, et de Stella, quae Magis apparuit, itemque de infantium caede ; de laudibus Deiparae, semperque virginis MARIAE ; adversus eos, qui blasphemant et dicunt, Deiparam MARIAM post partum nequaquam virginem permansisse; de STEPHANO Archidiacono et Protomartyre; de paupertate Apostolorum, et de JOANNE Evangelista, quem JESUS dilexit; de PAULO Apostolo ; de Domini Baptismo; de Laudibus JOANNIS Baptistae; de Baptismo; de Torrente, quem Propheta EZECHIEL vidit; de Rege, qui fecit nuptias silio suo; de Poenitentia ; in illud Domini effatum, quid prodest homini., si mundum universum lucretur, animae vero suae

## 14 CODICES MANUSCRIPTI SYRIACI UNA CUM

suae detrimentum patiat; de Nativitate Domini et de simeone Sene ; de Sacro Quadragesimali Jejuni; de Sanctis Quadraginta Martyribus; de Lucta Domini cum diabolo; de Laudibus Monachorum, mar isaaco tribuitur ; de decem Virginibus; de Creatione adae, et mortuorum resurrectione; de Humilitate; de Operariis, quos Dominus vineae conduxit; de Hemorrhoida; de davide Rege et uria ; de Monachis, mar georgio tribuitur; de Filio Viduae, quem Dominus suscitavit ; de tribus Defunctis, quos Dominus ad vitam revocavit; de Samaritana; de Cananaea; de Leproso, qui dixit Domino, si vis potes me mundare; de Thesauro abscondito ; de Latrone dextero ; de Centurione ; de Filia jairi Archisynagogi; de lazaro quatruiduano ; de Homine, in quo Legio daemonum erat ; de quinque Panibus et duobus Piscibus; de illo, qui ab Jerusalem descendens in Jericho, incidit in latrones; de Divite et Lazaro ; de Vidua, quae duos obolos in gazophylacium immisit ; de Oratione, quam Dominus discipulos suos docuit; de Pharisaeo et Publicano, qui in Templum ad orandum ascenderunt; de Juvene, qui dixit Domino, quid faciam, ut vitam aeternam possideam ; de samsonem ; quomodo Antiochia per praedicationem simonis, joannis et pauli, conversa; de Dominica in Hosannis; de Hosannis; de Hosannarum Festo ; de Passione Domini; de Abnegatione petri ; de Cherub et Latrone; de Dominica Magna Resurrectionis ; de Martyribus et Confessoribus; de Dominica Nova; de Ascensione Domini; de illapsu Spiritus Sancti in caenaculum; de Sepultura Deiparae; de decollatione joannis Baptistae ; de Curru, quem vidit ezechiel Propheta; de Synodo Patrum tercentum decem et octo Episcoporum, qui sub Constantino Imperatore Nicaeae convenerunt; de Extensione manuum mosis, et de bello adversus Amalec; de Parabolis Domini; de Praeceptorum observatione ; cur Dominus triginta egit in terra annos, antequam miracula edere inciperet; de thoma Apostolo ; de ss. sergio et baccho ; de Lapsu justorum ; de s. juliano Saba; de S. georgio Martyre, de Lapsu idolorum; quomodo Roma per praedicationem petri Apostoli conversa; de Inventione Crucis ; quomodo elisaeus per ossa Sua mortuum Suscitavit; de illapsu Altissimi Super montem Synai; de duobus passeribus, quorum alter ad fontem juxta legem necandus erat, alter dimittendus; de Hirco, qui pro populo mactabatur; de Vacca rubra, quae pro populo ex Legis praescripto comburebatur; de muliere septem virorum ; in illud Domini, quem dicunt homines me esse; in illud, abi retrorjrum a me Satana ; de josepho justo ; de Fine et consummatione seculi, gog et magog, Antichristo. [Pocock. 404.]

### LXXI.

Codex bombycinus, Arabicus, anno Graecorum 1964, christi 1652, splendidissime exscriptus, comprehendens foliis 284 athanasii Patriarchae Hierosolymitani Homilias lxvi. quarum quinque et quinquaginta Dominicis diebus, reliquae, Festis solennioribus, per anni circulum recitari solent: prima, ad Dominicam Magnam Resurrectionis accommodata, joanni chrysostomo tribuitur. [Hunt. 10.]

### LXXII.

Codex bombycinus, vetustate passim corruptus, ubi Arabice continentur :

10. Homilia de Latrone dextero. Historia salibae Filiae heraclii. Homilia

milia Jacobi Sarugensis de Cherub et Latrone. Triginta Miracula Domini. Fidei Jacobiticae expositio. Homilia Jacobi Baradaei de Annuntiatione Deiparae. Homilia isaaci Syri de Annuntiatione Dei Genitricis. Joannis chrysostomi de eadem annuntiatione Homilia. Adhortatio ad Presbyteros et Diaconos.

2°. Commentarius in apocalypsin Joannis, et Orationem Dominicam, literis exaratus Arabicis, solius 67 constans. Subticitur auctoris nomen.

3°. Homilia de Sancta Cruce. Vita barsaumae Nisibeni. Historia pilati Pontii. Homilia de Resurrectione Magna. Jacobi Sarugensis Homilia de Missae pro vivis et defunctis utilitate. Homilia maadani de Sacramentorum perceptione. Sequitur Fragmentum Syriacum, ubi de dioscoro, cyrillo, Athanasio. [Hunt. i99.]

SANCTI PATRES IN QUARTO.

LXXIII.

Codex chartaceus, triplici exaratus manu, quo comprehenduntur :

1°. S. ephraem Syri Carmina de Sacrosancta Trinitate, de Filio prodigo, de pravis moribus, de Providentia divina, de calamitate temporum, de Poenitentia, de Oratione, de anima et cogitatione, de maria peccatrice, de Lucta animae cum corpore, de sapientiae amore, cujus initium: Deus largire Doctrinam. Carmen Jacobi Sarugensis de Filio, qui bona sua dissipavit, de Doctrina et institutione, et aliis.

2°. Historia pueri a Parentibus ad mactandum destinati, et a deo liberati, Arabice. Ordo ablutionis pedum feria quinta in coena Domini, Syriace. Dialogus literis et sermone Arabicis expressus, uno constans solio. Initium : Quis est qui mortuus primum est? Abel.

3°. Orationes quaedam et Homiliae. Vita Sanctae eugeniAE. Vita trium Sociorum. Vita Sanctae tatas, quae martyrio Romae coronata. Epistola de coelo delapsa temporibus Athanasii Sedis Romanae Patriarchae. Arabice. [Marsh 361.]

LXXIV.

Codex bombycinus, eleganter, sine anni nota, transcriptus, solius 256 constans. Complectitur Sermones Asceticos, ex isaaco Syro, ephraemo et simeone Stylita, collectos, Arabice. Primum solium dilaceratum. [Marsh.465.]

SANCTI PATRES IN OCTAVO.

LXXV.

Codex bombycinus, Carshunicus, soliorum 200, ubi leguntur :

1°. Joannis CHRYSOSTOMI Homilia pro Dominica Sancta. Historia Daemonis cujusdam. Vita Filii Regis cujusdam.

2°. Epistola aristotelis, Reprehensio animae seu sui ipsius dicta, in capita quatuordecim distincta, quorum quodque ita incipit: O anima!

3°. Oratio mosis Prophetæ. Martyrium s. azazaelis. [Hunt. 589.]

LXXVI.

Codex bombycinus, mole exiguus, solia 133 implens. Ibi occurrunt:

1°. Jacobi sarugensis Homiliae de Virginitate, fornicatione et conjugio, de anania xenaia, de anima et corpore, de

## 16 CODICES MANUSCRIPTI SYRIACI UNA CUM

de Sepultura Deiparae Virginis: praemittitur Oratio pro illuminatione mentis.

3<sup>o</sup>. Paraenesis ad Christianos, ephRAEMO tributa. Homilia s. isaaci de Ninivitis. Cantus de anima, de Dei Genitrice. [Hunt. 595.]

LXXVII.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1863, christi 1551, exaratus, continens Homilias de s. palkida, ejus uxore et duobus filiis, de obitu et sepultura aaronis, de sara et abraham, de Antichristo, de conversione et poenitentia, de diebus et noctibus revolutione, de parabola decem Virginum, de constantino, de Fine et consummatione seculi, de Paradiso et gehenna, de metrodora. Auctores feruntur ephraem, jacob et isaAc. [Bodl. 2918, 135.]

LIBRI THEOLOGICI IN FOLIO.

LXXVIII.

Codex bombycinus, Arabice, anno Graecorum 1936, christi 1624, exaratus, Opus complectens de Moribus secundum Christianae Religionis normam instituendis, Liber Ethicae inscriptum, Cujus auctor gregorius bAr hebraeus Primas orientis. Dividitur in quatuor partes, quarum prima, quae novem sectionum est, agit de oratione, ejusque necessitate, lege et fructu ; de liturgia, lectione, meditatione, horarum distributione ; de vigilia et somno; de psalmodia; de cantibus; de jejunio; de silentio; de peregrinatione; de profectio in urbem Jerusalem. Secunda, sectionibus sex comprehensa, de cibo et potu; de conjugio et virginitate ; de purificatione corporis; de regimine aetatum et conditionum ; de opere manuum; de eleemosynis et decimis. Tertia, in sectiones duodecim diducta, de anima ejusque potentiis, actibus et motibus; de exercitiis animae et de morum directione ; de gula ejusque remediis ; de luxuria ejusque medelis; de linguae lapsu ; de ira et invidia ; de voluptatibus hujus seculi ; de amore pecuniae ; de inani gloria ; de hypocrisi; de humilitate ; de superbia. Quarta, de doctrina ; de admonitione et correptione ; de fide; de poenitentia et confessione ; de patientia ; de gratiarum actione ; de spe; de timore Dei; de paupertate; de rerum contemptu ; de fiducia ; de amore fratrum; de recordatione Dei et de contemplatione mirabilium ejus; de puritate cogitationum ; de amore Dei; de recordatione mortis: habet sectiones decem et sex. [Marsh. 561.]

LXXIX.

Codex chartaceus, haud una exscriptus manu, quo comprehenduntur :

i<sup>o</sup>. Epistola de salutari christi Domini Dispensatione, ex Prophetis, Apostolis et Sanctis Patribus, concinnata, foliis 28 constans. Auctor mar jacob Abbas, Metropolita Edessae.

2<sup>o</sup>. Dionysii Amidensis, qui et jacob barsalibi de Melitina, Fidei Syrorum expositio. Loca Scripturae diversa a diversis illustrata. Symbolum Nicaenum.

3<sup>o</sup>. Compendium Carthunicum, de ortu et epocha Mundi, causa creationis, climatum divisione. Composuit GEORGIUS IBN ABI ELIAS. [ Marsh 101.]

L I B.

Libri theologici IN QUARTO.

LXXX.

Codex chartaceus, musteus, nitide et compactus et scriptus, folia 303 complens. Exhibet anonymi Opus Physico-theologicum, in Tractatus novem, quorum Septem tantum comparent, diviSum, cui talis in principio titulus: Liber Generalis ad omnes Gentes, quae sub coelo sunt; ad calcem : Liber de Causa omnium causarum. Dissertitur ibi de iis, quae homini Scienda maxime Sunt, nimirum de veritate et mendacio; de Deo Uno et Trino; de creatione et gubernatione mundi; de Seculo Spirituali et Sensibili; de Homine; de orbibus coelestibus, stellis, Sole, luna, luce; de nubibus, Fulgure, tonitru, pluvia, grandine, nive, glacie, rore, quatuor anni tempestatibus; de volucris, piscibus, reptilibus, lapidibus, metallis, plantis; de paradiso et gehenna; de generis humani propagatione ; de variis hominum conditionibus et Sectis. Incipit ab hac Divini Numinis invocatione: Sempiternus Deus, qui fine principio ab aeterno eras, et semper absque mutatione existis. [Laud. B. 75.]

LXXXI.

Codex chartaceus, totus Charshunicus, anno Graecorum 1895, christi 1586, exaratus, ubi occurrunt:

i°. Succincta Fidei Jacobiticae expositio, cum Historiae Biblicae Serie, ab Orbe condito ad Domini usque adventum: auctore anonymo.

2°. Sexaginta capita, ex Veteris et Novae Ecclesiae Libris collecta, unum Opus, quod Spicilegium nunc, nunc Liber Apum appellatur, constituentia. Agunt de opere Sex dierum, de adam et eva, de praevaricatione adae ejusque e Paradiso expulsionem, de ejusdem filiis, de instrumentorum musicorum inventionem, de noah et diluvio, de melchisedek, de filiis shem, de filiis cham, de filiis japhet, de turri Babylonica et linguarum consusione, de abraham et job, de isaac et esau, de mose et filiis Israel, de josua, de Judicibus et Regibus Israel, de Prophetis et quo quisque mortis genere obierit, de genealogia christi, de conceptione et nativitate Virginis, de annunciatione ejusdem, de Nativitate christi et vaticinio zoroastris de eo, de stella quae Magis apparuit, de Magorum ex Perfide adventu, de Domini in Aegyptum fuga, de decollatione Praecursoris, de jejuniis Christi ejusque lucta cum diabolo, de Paschate quod Dominus celebravit, de passione, resurrectione, ascensione, et Spiritus Sancti adventu, de joseph Arimathaeensi, de Apostolis et quo quisque loco praedicaverit, aut mortis genere obierit, de Regnorum mutatione, de Gog et Magog, de Antichristo, de animae exitu a corpore, de resurrectione universali, qua forma homines resurgent, de Sanctorum beatitudine, de impiorum poenis, an hae finem aliquando habiturae sint. Auctor hujusmodi Libri a Clarissimo assemano in Bibl. Orient. Tom. I. p. 576, vocatur salomon Episcopus MaiSan ad Euphratem.

3°. Dissertationes anonymi octo, titulo Demonstrationis insignitae : prima disserit de Trinitatis mysterio; secunda, de Incarnatione, crucifixione et passione; tertia, de vaticiniis quibusdam ad Christum relatis ; quarta, de Agno paschali ejusque mactatione, necnon de Eucharistia, in qua panis in corpus Christi,

## 18 CODICES MANUSCRIPTI SYRIACI UNA CUM

Christi, vinum aqua mistum in sanguinem, convertitur; quinta, de pugna Diaboli cum hominibus, et quomodo ille ab his superandus, sextai de diei Dominicae praecellentia; septima, de jejunio feriae quartae et sextae ; octava, de Jejunio maximo.

4°. Sermo de Fide Jacobitarum orthodoxa. Controversiae quaedam Melchitas inter et Jacobitas. Historia, seu potius fabula, claudii Daemonis, cognomento Servi inconstantis, qui resipuisse, et vitam monasticam coluisse, dicitur. [Pocock. 79.]

### LXXXII.

Codex chartaceus, Carshunicus, anno christi 1634, exscriptus, ubi habentur:

i°. Magistri et Discipuli Interrogationes et Responsiones de Deo, de sex dierum opere, de adam et eva, de anima et corpore, de primo peccato, de vita et morte, de poenitentia, de Angelis et spiritibus malis, de purgatorio, et quo inde pacto possunt animae liberari, de paradiso et gehenna, de praemio et poena, de resurrectione, ejus causa et loco, de fine mundi. Prima quaestio: Quid Deus et quomodo creatio facta?

2°. Historia josephi Filii jacobi, et de iis, quae ipsi cum Fratribus suis contigerunt, folia 42 complens. [Marsh. 529]

### LXXXIII.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1901, christi 1587, Aleppi exaratus, foliis 156 constans. Compendium ibi occurrit Theologiae, Liber Radiorum, et Confirmatio Fundamentorum Ecclesiasticorum inscriptum, quod decem absolvitur partibus: prima disserit de opere sex dierum; secunda, de deo Uno et Trino; tertia, de Incarnatione Verbi; quarta, de Angelis; quinta, de Daemonibus; sexta, de anima rationali; septima, de Sacerdotio, Ecclesia, Liturgia, sacro chrismate, defunctorum exequiis; octava, de libero hominis arbitrio, de bono et malo, de side et operibus, de morbis item animae illorumque curatione; nona, de fine utriusque mundi, parvi nimirum et magni, et de novi initio seculi; decima, quae literalis et parabolica est, de paradiso. Auctor mar gregorius Orientis Maphrianus. [Hunt. 521.]

### LXXXIV.

Codex bombycinus, literis Syriacis, sermone Arabico, exscriptus, quo comprehenditur abulpharagii Liber Ethicorum, juxta mentem Patrum anachoretarum, et Doctorum probatorum, ubi de cupiditatibus debellandis, et virtutis comparandae ratione. Subjicitur Syriace jacobi Doctoris Homilia de Monachis. [Hunt. 341.]

## LIBRI THEOLOGICI IN OCTAVO.

### LXXXV.

Codex bombycinus, Carshunicus, anno Graecorum 1643, christi 1331, transcriptus, folia 260 implens. Ibi conspicitur gregorii bar hebraei, Orientis Maphriani, Ethica, in quatuor Partes, suis singulas capitibus constantes, tributa: prima tractat de motibus et exercitiis corporis componendis; secunda, de regimine corporis circa victum ; tertia, de pravus animi affectibus purgandis; quarta, de anima virtutibus exornanda. Initium desideratur. [Marsh. 681.]

### LXXXVI.

LXXXVI.

Codex bombycinus, Arabicus, initio ac fine carens, ubi leguntur :

i°. Excerptiones e s. clemente de opere sex dierum, de jejunio.

20. Homiliae duae jacobi Sarugensis: prior de Sacris Mysteriis, de consessione et poenitentia; altera in illud Domini: Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur.

3°. Vita Sanctae nesimae. Historia joNAE Prophetae. [Marsh. 494.]

LXXXVII.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1634, christi 1322, exaratus, solis 260 constans. Complectitur abulpharagii Ethicam de virtutibus et vitiis animi et corporis, praemisso partium et capitum indice. [Hunt. 490.]

JUS CANONICUM IN FOLIO.

LXXXVIII.

Codex bombycinus, Carthunicus, solis, quorum quindecim Arabico conscripta caractere, 164 constans. Ibi reperitur gregorii abulpharagii Liber Directionum sive Nomocanon, in titulos quadraginta tributus. Titulus 1, de Ecclesia ejusque regimine. 2, de Baptismo. 3, de Chrismate. 4, de Eucharistia et Liturgia. 5, de Jejuniiis, festis et orationibus. 6, de Exequiis defunctorum. 7, de Ordinibus Sacerdotalibus. 8, de Sponsalibus. 9, de Testamentis. 10, de Haereditate. 11, de emptione et venditione. 12, de Mutuo et commodo. 13, de Pignore. 14, de Impedimentis usus rerum. 15, de Reconciliatione litigantium. 16, de Translatione juris. 17, de Fidejussione. 18, de Societate. 19, de Tutela. 20, de Confessione testium. 21, de Deposito. 22, de Usufructu. 23, de Donatione. 24, de Legato. 25, de Censu. 26, de Mercatura. 27, de Irrigatione. 28, de Cultu terrae desertae. 29, de Mercede. 30, de Inventis. 31, de Puerorum projectorum inventione. 32, de Manumissione fervorum. 33, de Latronibus et furtis. 34, de Criminum graviorum poenis. 35, de Immolatione et venatione, ciborum delectu. 36, de Juramentis. 37, de Votis. 38, de Judiciis. 39, de Testimoniis. 40, de Cautis. [Hunt\*]

LXXXIX.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1870, christi 1558, duas in columnas Arabice descriptus, solia 278 efficiens. Opus complectitur Canonicum, bipartitum, collectum e V. et N. Testamento; e Canonibus Apostolorum, Synodorum Ancyrae, Neocaesareensis, Gangrensis, Antiochena, Nicaena, Laodicensis, Sardicensis; e Canonibus hippolyti Papae, basilii Caesareae Episcopi; e constantini Imperatoris Statutis. Prima pars, capitibus xxii. constans, agit de Ecclesia, de Sacris Libris, de Baptismo, de Patriarchis, de Episcopis, de Presbyteris, de Diaconis, de reliquis Clericis, de Sacerdotibus in genere, de Monachis et Monialibus, de Secularibus, de Missa, de Eucharistia, de Oratione, de Jejunio, de Eleemosyna, de Eleemosynario, de Decimis et Legatis piis, de Dominica die et Festis, de Martyribus et Confessoribus, de Infirmis, de Defunctis. Altera xxx. capitibus de Cibo et potu, Domiciliis item et Artibus, quae Christianos decent, de Sponsalibus, dote et matrimonio, de Concubinato, de Donationibus, de Fidejussione et pignore, de Commodo, de Depositis, de Procuratione, de Libertate, Servitute et manumissione, de Minoritate,



## 20 CODICES MANUSCRIPTI SYRIACI UNA CUM

tate, de Venditionibus, de Societate, de Violentia, de Locatione, de AEdificiis et viis publicis, de Mutuo, de Confessione, de Inventis, de Testamentis, de Haereditate, de Judice et testibus, de Regibus, de Testamento Veteri et Novo, de Poenis Apostasiae, de Homicidio, de Fornicatione, de Furtis, de Poenis, de Circumcisione, de Confessione auriculari. Collectionis hujus auctor, ut ex Bibl. Laurent. M. Catal. p. 100. Disco, est abu Isaac benassalus, Patria Aegyptius, Secta Jacobita. [Bodl. 4041. 16.]

## HISTORIAE SCRIPTORES IN FOLIO.

### XC.

Codex bombycinus, Carthunicus, foliis, duplici columna distinctis, 275 constans, ubi occurrunt:

1°. Historia s. HiLARIiAE, Filiae ZENONis Imperatoris. Vita pueri cujusdam, quem Parentes temporibus danielis Prophetae mactare volebant.

2°. Homiliae de Judicio futuro; de Fide orthodoxa, Sacrosancto Trinitatis Mysterio, Ecclesia; de Conversione et poenitentia; de consummatione seculi et exitu a corpore animae; de Eucharistia sive Sacramentorum perceptione ; de Missae pro vivis et defunctis efficacia; de oratione; de devotione et stata a certo ciborum usu abstinencia ; de Dominicae diei excellentia; de jejuniis feriae quartae et sextae ; de hebdomadibus, quae anniversariam Christi morientis reviviscentisque memoriam praecurrunt; de singulari Domini cum Diabolo certamine ; de Filio prodigo; de Pharisaeo et Publicano ; de Samaritana; de illo, qui descendens ab Hierusalem in Hiericho, incidit in latrones; de Muliere peccatrice; de Festo palmarum ; de coena mystica et pedilavio ; de Cherub et latrone ; de resurrectione Domini; de detestando mendacio, vitanda calumnia, invidia; de pugna diaboli cum hominibus. Auctores joannes chrysostomus, jacob sarugensis, gregorius Theologus, ephraem Syrus. [Hunt. 2 2.]

### XCI.

Codex chartaceus, Nestoriano caractere, fine nota anni, exscriptus, ubi leguntur:

i°. Menaem apud Melchitas receptum, mensem foliis 100 Aprilem complectens.

2°. Historia s. mariAE Aegyptiacae, literis et sermone Arabicis expressa, quam, ut consignatum ibi est, sophronius Patriarcha Hierosolimitanus composuit. [Dawk. 21.]

### XCII.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1882, christi 1570, luculente exaratus, folia 162 complens. Ibi traditur Synaxarii sive Martyrologii Arabici, quod Ecclesiae Coptorum Alexandrinae usui in singulos anni dies accommodatum est, Pars prior, comprehendens menses sex a Toth, unde initium anni Coptici, ad Mechir. Auctor michael Episcopus Meligensis. [Hunt. 289.]

### XCIII.

Codex bombycinus, vetustate detritus et usu, utrinque truncus, folia 148 numerans, quo continetur Menaem, Januarii et Junii complectens, ubi, praeter Sanctorum encomia, qui ad istos pertinent

pertinent menses, complura reperias Troparia, Stichira, inter recitandum officium a Syris cantari solita. [Dawk.7.]

XCIV.

Codex bombycinus, anno Mundi 6900, christi 1407, exscriptus, folia 224 implens. Menaeum exhibet, binis dispositum columnis, complectens menses Septembrem et Octobrem, ad Syrorum Melchitarum usum. Frontispicium coloribus conspicitur ornatum. [Dawk. 2.]

XCIV.

Codex bombycinus, uno alterove a fine folio truncus, paginas 117 habens. Ibi continetur Historia s. Jacobi Intercisi sub artaxerse, saporis Filio, Persarum Rege ; Liturgia severi Antiocheni; Vita Arabice s. Jacobi Nisibeni. Character est: elegans. [Marsh. 671.]

XCVI.

Codex bombycinus, vetus, foliis, duplici columna digestis, 196 constans. Occurrit in eo gregorii barhebraei Chronici Syriaci, tripartiti, quod Temporum Descriptio appellatur, Pars prima, disserens de rebus gestis ab adamo ad Regnum Chaldaeorum sub nabuchodonosor ; a Chaldaeis ad Medos et Persas; a Medis et Persis ad alexandrum Magnum, et Ptolemaeos Reges Aegypti; deinde de Imperatoribus Romanorum in Occidente et Oriente usque ad heraclium; de mohammede Pseudopropheta, Arabumque Imperio; denique de Regno Tartarorum, quos Mogulenses vocant: in timurchan definit. [Hunt. 52.]

XCVII.

Codex bombycinus, Nestoriana exaratus litera, folia 300 efficiens. Comprehendit Menaeum Melchitarum peculiare, mensem Januarium complectens. folia quaedam, quae desiderabantur, manu sunt recentiori suppleta. [Dawk.11.]

XCVIII.

Codex bombycinus, longissimi vi temporis corruptus, ruinosus, quo continetur Menaeum, Septembrem, Octobrem, Novembrem et Decembrem, comprehendens. [Dawk. 10.]

#### HISTORIAE SCRIPTORES IN QUARTO.

XCIX.

Codex bombycinus, anno Mundi 7002, Christi 1509, exaratus, foliis 190 constans, ubi exhibetur Menaeum, mensem Majum complectens, ducto initio a s. Prophetae jeremiAE commemoratione. [Dawk. 29.]

C.

Codex bombycinus, ab utraque decurtatus parte, folia 140 complens. Continet Menaeum, quod menses Aprilem et Majum complectitur. [Dawk. 25.]

CI.

Codex chartaceus, litera Syriaca, lingua Arabica, exaratus, ubi reperiuntur:

i°. Historia s. zaiana, Filiae luciani Regis. Historia s. maraNAE. Historia

## 22 CODICES MANUSCRIPTI SYRIACI UNA CUM

toria s. SAMUNAE, quae cum septem suis filiis martyrium Antiochiae pasta. Historia joNAE Prophetae.

2°. Excerpta ex mar ephraem, et Mar jacob, de josepho filio Jacobi, et de iis, quae ipsi cum fratribus acciderunt. Liber foliis 60 constat.

3°. Virginis cujusdam Hierosolymitanae, necnon jobI Justi, Historia. [Marsh. 355.]

### CII.

Codex bombycinus, Nestoriano transcriptus caractere, foliis 155 constans, in quo habetur Menaem, mensem Junium continens. [Dawk. 6.]

### CIII.

Codex chartaceus, Arabicus, anno Graecorum 1860, Christi 1448, exscriptus, folia 266 complens. Occurrunt ibi sequentes historiae: videlicet Historia s. Mariae Deiparae. Historia s. julIttae. Historia s. georgii. Historia s. saMunae et septem ejus filiorum. Historia s. behenami et sororis ejus SARAe. Historia joNAE Prophetae. Historia jobI Afflicti. Privatum mosis cum deo colloquium. Historia s. euphemiani. Lectiones quaedam ex Evangeliiis. S. ephraeM Syri de poenitentia sermo. [Bodl. 3769, 32.]

### CIV.

Codex bombycinus, anno Mundi 7088, Christi 1580, exaratus, foliis 210 constans. Legitur ibi Menaem, Mensem Decembrem exhibens. Initium facit NahuM Prophetae commemoratio. [Dawk. 13.]

### CV.

Codex bombycinus, literis perscriptus Nestorianis, idque anno Mundi 7053, Christi 1547. Exhibet foliis 175 Menaem, mensem Julium complectens. [Dawk. 17.]

### CVI.

Codex chartaceus, Carshunicus, anno Christi 1595 Aleppi exaratus, comprehendens foliis 45 vitae s. antonii Eremitae historiam, cum quinque miraculis, quae patrasse perhibetur. Exscriptoris nomen juseph ben david de Oppido Ban montis Libani, Dioecesis Tripolitanae. [Bodl. 4037, 12.]

### CVII.

Codex bombycinus, anno Mundi 7020, alexandri 1800, Christi 1520, descriptus, ubi repraesentatur Menaem, mensem Decembrem foliis 256 complectens. [Dawk. 14.]

### CVIII.

Codex bombycinus, anno Mundi 7104, Christi 1596, exaratus, folia 205 numerans. Ibi traditur Menaem, mensem Octobrem exhibens. [Dawk. 20.]

### CIX.

Codex bombycinus, capite carens calceque. Menaem continet pro mense Septembri. [Dawk. 30.]

## HISTORIAE SCRIPTORES IN OCTAVO.

### CX.

Codex membranaceus, magnam antiquitatem prae se ferens, folia 256 implens. Complectitur Historiam s. abhai, qui floruisse dicitur temporibus theo

theodosii Imperatoris fidelis, cognomento Junioris; Historiam s. stephani Archidiaconi et Protomartyris; Historiam inventionis capitis Praecursoris; Historiam Joannis chrysostomi ; denique Historiam de Crucis ligno. [Marsh. 13.]

MEDICI IN QUARTO.

CXI.

Codex chartaceus, Carthunicus, non una exaratus manu, ubi traduntur :

1°. Anonymi de morborum cognoscendorum curandorumque ratione tractatus, Liber Felicitatis et Prosperitatis, inscriptus, folia 57 complens.

2°. Excerpta Medica ex abulcasem ahmed Iracensi, caractere Arabico anno Hegirae 978, christi 1570, transcripta : folia 15 continent.

3°. Opus Secretorum Detectio dictum, triginta capitibus ea patefaciens artificia et fraudes, quibus Pseudoprophetae, Concionatores, Monachi, Judaei, Alchymistae, Seplasiarii, Exorcistae, Mulieres, Mangones, Empirici, varii impostores, Sinenses item in celandi animi Sui sententia, Christiani in corrumpenda Scriptura, uti solent. Auctor zineddin AbdALRAHiM ben oMAR Damascenus, vulgo ALHURAni.

4°. Tractatus incerti auctoris de Sphaera coelesti et septem climatibus, foliis 34 comprehensus. PTOLEMAEus laudatur.

5°. Liber de Sortibus, per nomina AdAm, Abel, noAh, enos, abraham, isaac, jacob, joseph, david, jonas, locman, elias, aaron, isa, eliciendis, foliis 10 constans.

6°. Tractatus de Nativitatibus ascendentibus: sequuntur Amuleta quaedam. [Bodl. 2908, 125.]

MATHEMATICI IN QUARTO.

CXII.

Codex chartaceus, Arabicus, litera partim Syriaca, partim Arabica, exscriptus. Ibi occurrunt:

1°. Astrologica quaedam et Medica, manu multiplici et foeda hinc illinc collecta, ubi, inter alia, de conceptionis signis, de podagra, haemorrhoidibus et angina.

2°. Opus de Arte ex punctis, in terra per manum exaratis factis, inque certas figuras dispositis, conjectandi, cui Arena titulus. Auctor vocatur abdalla alzenati alshami.

3°. Abu maashari albalchi, qui Vulgo albumasar appellatur, de Horoscopis conficiendis tractatus, cum anonymi Geomantia.

4°. Ars divinatoria per literas, signa, puncta et nomina, foliis 24 constans. Auctor idem ac num. 2°.

5°. Dissertatio de remediis, quae ex variis animalium partibus petuntur, inscripta, Animalium utilitates e. Nomen auctoris abest.

6°. Liber de Horoscopis sive Ascendentibus Nativitatum, folia 78 efficiens. [Bodl. 3227, 15.]

CXIII.

Codex chartaceus, eleganter, absque anni mentione, exaratus, foliis 107 constans. Compendium continet Astronomiae

## 24 CODICES MANUSCRIPTI SYRIACI UNA CUM

miae et Cosmographiae bipartitum, Figuris triginta instructum, quod Ascensus Mentis inscribitur. Pars prior capita habet octo: primum tractat de circulo, centro, diametris, axe, polis, de figura sphaerica terrae et simul aquae, itemque quod sphaera terrae fixa est in medio sphaerae coeli, et quod magnitudo ejus ad universi coeli complexum puncti instar obtinet; secundum, de sole, variis ejus motibus et motuum anomaliis; tertium, de Luna; quartum, de tribus superioribus planetis et venere; quintum, de Mercurio; sextum, de siderum latitudinibus; septimum, de planetarum passionibus comparatorum cum seipsis, cumque terra; octavum, de constellationibus, in quas stellae fixae sunt distributae, stellisque insignioribus. Posterior pars, septem capitibus comprehensa, disserit de climatibus, maribus, insulis et fluviis; de coelorum circa terram conversione, dierum et noctium varietate; de ascensionibus signorum, earumque in sphaeris rectis et obliquis diversitate; de sciathericis et linea meridiana invenianda; dedimetiendi temporis ratione; de stellarum a centro terrae intervallis; de siderum juxta mensuram quantitatis terrae dimensione. Auctor gregorius barhebraeus. [Hunt. 54o.]

### CXIV.

Codex bombycinus, caractere Syriaco, Arabico sermone, transcriptus, quo continentur:

1°. Abu maashar albalchi de Nativitatum ascendentibus tractatus, cui Horoscopi et Astra titulus, folia 100 complens.

2°. Sortilegium Arenarium, quo sutura et occulta revelantur: quod, quia primum super arenis fuit delineatum, Arenarum Liber nuncupatur. folia 58 continet.

3°. Anonymi Geomantia, titulo Arenae praenotata, paginas 44 efficiens. [Bodl. 3226, 14.]

### MATHEMATICI IN OCTAVO.

### CXV.

Codex bombycinus, litera exaratus nitida, ubi Carthunice exhibentur:

1°. Tractatus Liber danielis Sapientis inscriptus, disserens de duodecim mensibus, quatenus nimirum ex iis principia et excidia urbium, pax, bellum, tempestates, diversae aeris constitutiones, pestilentia, mors, sanitas, copia annonae vel penuria, inundatio, terrae motus aliaque, certo praedici possunt. Initium: Si Canun posterior die solis intret, erit pluvia assidua, hyems saeva: Reges bellabunt.

2°. Quaestiones et Responsiones Magistri et Discipuli de christo, sacra coena, jejunio et oratione. Desideratur finis. [Bodl. 3004, 15.]

### GRAMMATICI IN FOLIO.

### CXVI.

Codex chartaceus, quem golius anno Domini 1565 scribit ad se ex monte Libano missum, foliis, duplici columna distinctis, 748 constans. Ibi reperitur Dictionarium Syriacum, in quo Carthunice non modo voces Syriacae genuinae, sed etiam Graecae plurimae, in sermonem Syriacum receptae, accurate exponuntur: auctore josua bar bahlul. [Marsh. 194.]

### CXVII.

CXVII.

Codex bombycinus, vetus, temporis nota destitutus, folia 430 complens. Complectitur Lexicon Syriacum, caractere Syriaco partim recenti, partim antiquo, scriptum, ac sermone Arabico, literis Arabicis expresso, explicatum : auctore anonymo. Initium sit a vocibus Graecis et [Hunt. 170.]

CXVIII.

Codex bombycinus, perita manu anno Graecorum 1884, christi 1572, exaratus, ubi continentur:

1°. Gregorii Orientis Maphriani, qui abulpharagius est, Grammatica parva, metro heptasyllabo composita, cui Introductio in Artem Grammaticam titulus, foliis 88 constans. Vocabula difficiliora commentario illustrantur.

2°. Ejusdem Grammatica magna, Liber Splendorum nuncupata, quadripartita : prima pars de Nomine; secunda, de Verbo; tertia, de Particula ; quarta, de Participio, disserit. folia illi sunt 120.

3°. Ejusdem de Sapientia divina carmen, ita incipiens : Obvia mihi fuit in orbe Puella, cujus fulgor solem offuscat. Prodiit sub nomine Veteris Philosophi Syri Latine ac Syriace.

4°. Carmina joannis maadani de Anima, de perfectione, diversisque illius gradibus. [Pocock. 298.]

CXIX.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1841, Christi 1529, exaratus, folia, duas in Columnas partita, 283 Complens. Dictionarium Continet Syriacum a josua bar ali Medico, in gratiam abrahami cujusdam, e honaini et josuAE marwazi Lexicis collectum, confectumque, cui titulus : Expositio Vocabulorum usitatorum Syriacorum et Graecorum. Perficitur expositio vocibus aliis magis obviis, praefertim Arabicis. [Hunt, 25.]

CXX.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1793, christi 1481, descriptus, complectens foliis 292 Lexicon Syriacum, ex honaini et josuAE marwazi Dictionariis contextum, auctore proxime memorato. Discrepat in nonnullis a priori. [Marsh 172.]

CXXI.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1675, christi 1363, transcriptus, quo comprehenditur josuAE bar ali Dictionarium Syriacum, voces Syriacas, itemque Graecas in Syrorum Libris obvias, Arabice explicans. folia 205 continet. [Hunt. 163.]

CXXII.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1800, christi 1488, exaratus. Exhibet Lexici Syriaci, ex honaino et josua marwazi consecti, exemplar quartum. [Marsh. 271.]

GRAMMATICI I N QUARTO.

CXXIII.

Codex chartaceus, anno Graecorum 1956, christi 1644, nitide exaratus, complectens foliis 458 bar bahluli, Doctissimi apud suos Lexicographi, Lexicon Syriacum, in quo voces Syriacae, item et Graecae, quarum usus inter literatos Syros frequens est, Arabice explicantur. Floruisse fertur auctor seculo decimo. [Hunt. 157.]

G R A M

## 26 CODICES MANUSCRIPTI SYRIACI UNA CUM

### GRAMMATICI IN OCTAVO.

#### CXXIV.

Codex chartaceus, anni carens nota, folia, quorum tria priora dilacerata, 150 complens. Ibi conspicitur Nomenclator Syro-Arabicus non ordine Alphabetico, sed per materias et capita triginta, dispositus: primum inscribitur de Nominibus Dei ejusque attributis; secundum, de Nominibus Christi et Spiritus Sancti; tertium, de Cultu divino et laudibus; quartum, de Angelis et daemonibus: ultimum vocabula complectitur Syriaca, quae, eosdem habentia characteres, significatione dissident. Hujusmodi Libri auctor a Cl. s. e. assemano in Catal. Bibl. Med. p. 423, vocatur elias BARsiNAEus, Metropolitana Sobae. [Bodl. 3069, 80.]

#### CXXV.

Codex chartaceus, anno Graecorum 1941, Christi 1629, exscriptus, ubi reperitur Nomenclator Syro-Arabicus, per materias et capita triginta digestus, cui titulus: Interpres Eum f. thomas a Novaria, addita interpretatione Latina, vitiosissime luci commisit anno Domini 1636. [Marsh 703.]

#### CXXVI.

Codex chartaceus, non una transcriptus manu, complectens Vocabularium Syriacum, triginta capitibus, secundum varias rerum materias, traditum, idque Lingua Arabica, Turcica item et Latina, propriis characteribus expressa, explicatum. [Marsh. 92.]

#### CXXVII.

Codex chartaceus, literis nitidus, quantitate molis parvus. Nomenclatorem exhibet Syro-Arabicum, per materias et capita triginta dispositum. [Laud.A. 11.]

## CODICES HEBRAICI

### CHARACTERE SAMARITANO EXPRESSI.

### VETUS TESTAMENTUM IN FOLIO.

#### CODEX 1.

CODEX membranaceus, facie annos septingentos computans, folia, quorum recentiora ab AB elion ben ab safwa anno Hegirae 931, CHRisTI 1524, exarata, 128 complens. Ibi continetur pentateuchus duplex, Samaritanus alter, alter Arabicus, literis Samaritanis e regione expressus, qui prioris versio est: scd ingentibus lacunis seu variis passim omissionibus scatens, praeterea toto Levitico mutilus; caeterum character

## CODICES HEBRIACI CHARACT. SAMAR. EXPRESSI. 27

racteres elegantes prae se ferens. Initium sit gen. I. II[Bodl. 3128, Arch. C. 2.]

II.

Codex bombycinus partim, partim membranaceus, nitide et compactus et scriptus, foliis 188 constans. Complectitur pentateuchum, cui haec praemittitur epigrapha: Pentateuchum hoc Samaritanum est (in principio et fine mutilatum) antiquissimis Phoenicum literis descriptum. Ab Ecclesiasticis Scriptoribus Eusebio, Diodoro Tarsensi, Hieronymo, Cyrillo, Procopio Gazaeano, Anespero, Georgio Syncello et aliis saepius est citatum. A Cuthaeis vero hodiernis, una cum aliis aliquot eorum monumentis, redemit Jacobus USSerius Armachanus, Hiberniae Primas. Primum et postrema sex folia, quae desiderabantur, jussu Archiepiseopi laudi ex vetusto, eoque integro, Bibliothecae Cottonianae Exemplari, quod, ut in calce annotatum extat, anno Domini 1362 fuit exaratum, suppleta. [Laud. B. I43.]

III.

Codex membranaceus, supra sub initium parte dilaceratus, a vermibusque corrosus, quo comprehenditur pentateuchus, litera grandi, luculenta, exaratus, foliis, quorum haud pauca, et quidem quaedam in quarti ordinis forma, recentius scripta, 221 constans. Incipit a gen. I. 21: definit in deut. xxxiv. 4. [Bodl. 3127, Arch. C. 1.]

### VETUS TESTAMENTUM IN QUARTO.

IV.

Codex membranaceus, manu perita, at multiplici, exscriptus, folia 174 efficiens. Continet pentATEuCHuM, foliis aliquot ab initio et fine avulsis truncum, quippe qui, incipiens a gen. xxv. 29, in deut. xxii. 21 desinit. [Bodl. 3129, Arch. C. 3]

### VETUS TESTAMENTUM IN DUODECIMO.

V.

Codex membranaceus, uno alterove ab initio folio mutilus, folia 247 implens, ubi repraesentatur pentateuchus, literis elegantibus, sed vetustate decoloribus, iisque, ut conjicere licet sexcentorum circiter annorum aetatem superantibus, exaratus, incipiens gen. II. Priora viginti folia humiditate corrupta legi, nisi in parte infima, non possunt: ultimorum in locum trium, quae intercidebant, industria marchib ben jacob marchibI nova subjecit. [Marsh. 15.]

VI.

Codex membranaceus, mole parvus, litera minuta, aciem fugiente, transcriptus, complectens foliis 120 pentateuchum, qui, incipiens a gen. vi. desinit in deut. xxII. Primum folium ita vetustate exesum ut legi non possit: posteriora quinque dilacerata sunt. [Pocock. 5.]

## CODICES



## CODICES AETHIOPICI

### IN DUODECIMO.

#### CODEX 1.

CODEX membranaceus, litera concinna, haud consignato anno, exaratus, foliis 170 constans. Ibi reperitur Liber Organon Laudis nuncupatus, encomium continens Beatae Virginis mariae, stilo elegantissimo, eoque utplurimum allegorico, conscriptum, cujus auctor salutatur michael de Kogar. Opus ita desinit: Jesu resuscitator mortuorum,— Nunc quoque suscipe mane et vesperi laudes quas offerimus tibi. [Laud. A. 38.]

#### II.

Codex membranaceus, pollices latus duos, totidem longus, foliorum 200, quo comprehenditur psalterium, cum Hymnis aliquot, S. Virginis laudes continentibus. [Pocock. 3.]

#### III.

Codex membranaceus, nitide exscriptus, folia 60 implens. Complectitur salutationes ad S. Virginem et Jesum. [Pocock. 8.]

#### IV.

Codex membranaceus, polite descriptus. Exhibet foliis 74 Epitheta et elogia S. Virginis. [Pocock. 6.]

## CODICES CHRISTIANI

### LITERA ET SERMONE ARABICIS EXPRESSI.

#### VETUS TESTAMENTUM IN FOLIO.

##### CODEX I.

CODEX bombycinus, concinne compactus, foliis, quorum quinque radiante nitent auro, 235 constans. Complectitur pentateuchum, Arabice ab anonymo conversum, et a thoma Filio alsaieg Monacho, pro Bibliotheca Reverendissimi arsanii, Filii davidis Presbyteri, Filii theodorI Presbyteri, anno Martyrum 1064, christi 1347, splendidissime exaratum, cum praefatione, quae de tradita Judaeis Lege, deque Doctorum inde a Mose usque ad hananum et caipham Pontifices summos successione, agit, ita desinens: Florente Israelitarum imperio, quod annos duraverat mille et ducentos, nemini Librum Legis, nisi Prophetae aut Antistiti, tangere jas erat. Versio, plurimis in locis ab editis discrepans, Hebraeo-Samaritanis potius, quam Graecis Codicibus, videtur consentanea. [Laud. A. 182.]

##### II.

Codex bombycinus, manu imperita, absque anni mentione, exscriptus, folia 376 complens. Ibi continetur pentateuchus, ab alharetho, senanI Filio, e Graecis septuaginta Interpretum in linguam Arabicam translatus, cum praefatione, initio trunca, quae disserit de sex antiquis Librorum Sacrorum versionibus, videlicet Alexandrina, Aquilina, Symmachiana, Theodotiana, Hierichuntina, Nicopolitana ; denique de origenis Octaplo. Desinit Deut. xxxn. [Laud. A. 146.]

##### III.

Codex bombycinus, magnam prae se ferens antiquitatem, folia 357 efficiens. Continet pentateuchum, e Graeca lingua in Arabicam ab alhareth ben senan conversum, cum praefatione, initio mutila, de sex Graecanicis versionibus; de Opere, e sex illis inter se collatis

### 3° CODICES CHRISTIANI LITERA ET

latis conflato; de asteriscis, obelis, lemniscis, hypolemniscis. Sub finem desiderantur nonnulla. [Laud. A. 147.]

#### IV.

Codex bombycinus, usu et vetustate passim corruptus, foliis 216 constans, quo continetur PENTATEUCHUS, in Lectiones distributus: additis in fine singularum Lectionum brevibus commentariis, in modum Homiliarum coniectis. Auctoris nomen subicitur. [Pocock. 219.]

#### V. .

Codex chartaceus, ex Exemplari Damasci empto, quod abulmergia ben joseph Samarita, Israelita, anno Hegirae 885, Christi 1480, testatur se exarasse, manu peregrina, anno christi 1670, exscriptus, comprehendens foliis 250 pentateuchum, ex Hebraico Samaritanorum Codice in Arabicam linguam conversum, Voces Textus Hebraici initiales singulis praeponuntur commatibus, litera Samaritica expressae. Interpretis nomen non indicatur. [Marsh. 209.]

#### VI

Codex bombycinus, anno Martyrum 1075, Hegirae 759 christi 1357, exaratus, foliis, quorum aliquot loco mota, 228 constans. Ibi continentur prophetae majores et minores sequenti ordine. Isaias, jeremias, daniel, ezechiel, hoseas, habacuc, soPhonias, aggaeus, zacharias, joel, amos, michaeas, abdias, jonas, naum, malachias. Versio cum Codicibus Alexandrinis sive Septuaginta Interpretum Graeca concordat. [Seld. 3200, 67.]

#### VII.

Codex bombycinus, anni destitutus nota, foliis 276, sectionibus 126, constans, quo comprehenditur pentateuchus Arabicus, versioni Syriacae simplici consonus. Priora duo folia historiam melchisedechi exhibent : postremum tabellam pro die Jejunii quadragesimalis invenienda continet. Ultima sectio desideratur. [Seld. 3199, 66.]

### VETUS TESTAMENTUM IN QUARTO.

#### VIII.

Codex bombycinus, vetustate exesus, folia, quorum priora 10 et posteriora 6 chartacea sunt, 408 complens. Ibi reperitur pentateuchus, ex lingua Hebraica in Arabicam conversus. Praemittitur praefatio de tradita Judaeis Lege; de ejus continuatione, Doctorumque a mose ad caipham usque successione. [Hunt. 424.]

#### IX.

Codex bombycinus, eleganter scriptus, vetus, foliis 206 constans. Complectitur Arabicam pentateuchi interpretationem, a vulgatis valde diversam. Initium sit Gen. I. 14 : finis, Deuter. xxx. 10. [Hunt. 186.]

#### X.

Codex bombycinus, anno Mundi 7077, Christi 1479, exscriptus, folia 154 efficiens, quo comprehenduntur:

i°. Psalterium, in septem divifum sectiones, ad usum Ecclesiae Melchitarum, una cum Psalmo, Parvus eram, qui vulgo extra numerum nuncupatur.

2°. Canticum mosis ex Libro Exodi; Canticum mosis ex Libro Deuteronomii; Canticum ANNAE, matris sAmuelis ; Canticum HABACuC Prophetae; Canticum IsAIAE Prophetae; Canticum joNAE Prophetae; Canticum trium puerorum, quod incipit Benedictus es Domine ; Canticum trium puerorum alterum,

SERMONE ARABICIS EXPRESSI. 31

alterum, incipiens: Benedicite omnia opera Domini; Canticum Dominae nostrae Virginis marIAE; Canticum zacharIAE, Patris joannis Baptistae. [Laud. B. 41.]

XI.

Codex chartaceus, anno Mundi 7102, christi 1594, exaratus, foliis 120 constans, ubi continentur:

1°. Liber psalmorum davidis Regis et Prophetae, in viginti Cathismata distributus, secundum ritum in Ecclesia Melchitarum receptum.

2°. Canticum mosis primum et secundum ; Canticum annae ; Canticum habacuc; Canticum isaiae; Canticum joNAE ; Canticum trium puerorum utrumque; Canticum Deiparae Virginis; Canticum zachariae. Exscriptor salutatur abdalnur ben elias ben ibrahim, Melchita. [Hyp. Bodl. 4038, 13.]

XII.

Codex chartaceus, usu et vetustate detritus, folia 100 implens. Complectitur psalterium, in sectiones septem divisum. Initio nonnulla, ut et sub finem, desiderantur. [Seld. 3293,81.]

VETUS TESTAMENTUM IN OCTAVO.

XIII.

Codex bombycinus, anno Mundi 7088, christi 1580, belle exaratus, folia 118 complens. Comprehendit PSALTERium; Psalmum extra numerum dictum; Canticum mosis ; Canticum isaIAE; Canticum mosis alterum ; Canticum Angelorum; Orationem Dominicam; Symbolum Nicaenum. [Seld. 3222, 10.]

XIV.

Codex chartaceus, anno Martyrum 1289, christi 1572, exscriptus, foliis 140 constans. Continet psalterium, comprehendens centum et quinquaginta Psalmos davidis Prophetae et Regis. Subjicitur, una cum Psalmo extra numerum dicto, Canticum mosis primum. [Seld. 3223, 11.]

XV.

Codex bombycinus partim, partim chartaceus, anno Mundi 7040, christi 1532, descriptus, complectens foliis 184 psalmos davidis ; Cantica mosis; Canticum annae; Canticum habacuc; Canticum isaiae; Cantica trium puerorum ; Canticum Deiparae Virginis; zachariae Canticum. [Laud. D. 9.]

XVI.

Codex bombycinus, anno Mundi 7104, christi 1596, exaratus, foliis 228 constans, quo continentur:

1°. Psalterium, in septem sectiones distributum, secundum ritum in Ecclesia Melchitarum receptum. Exscriptoris nomen abdalnur ben elias, Melchita.

2°. Cantica Mosis II. Canticum annae; Canticum habacuc ; Canticum isaIAE ; Canticum trium puerorum; Canticum marlae Dei Genitricis; Canticum trium puerorum alterum; zachariae Canticum. [Laud. A. 30.]

XVII.

Codex bombycinus, mole exiguus, anno Mundi 7142, christi 1634, luculente exscriptus. Complectitur psalmos Cl. praeterea mosis Cantica; Canticum annae, habacuc, isaIAE ; Cantica trium puerorum; marIAE Canticum. [Laud. A. 7.]

XVIII.

Codex chartaceus, anno Martyrum 1148, christi 1431, exaratus, foliis 192 constans, ubi habentur: Liber

## 230 CODICES CHRISTIANI LITERA ET

10. Liber psalmodum davidis Regis et Prophetarum, e Graeco in Arabicum conversus. Praemittuntur versus paraeneticus s. gregorii Theologi.

2°. Cantica Mosi II. Canticum annae; Canticum jonae; Canticum habacuc; Cantica Isaiae II; Trium puerorum Canticum. [Hunt. 369.]

XIX.

Codex bombycinus, anno Mundi 7061, christi 1553, nitide descriptus, complectens psalterium, Cantica mosis, Canticum annae, Canticum habacuc, Canticum Isaiae, Canticum joannae, Cantica trium puerorum, Canticum Mariae, Canticum zachariae. [Hyp. Bodl. 3540, 50.]

XX.

Codex chartaceus, recens exscriptus, folia 195 complens. Continet psalmos davidis, cum Canticis decem, quorum primum est mosis; ultimum, zachariae, Patris s. joannis Baptistae. [Marsh. 687.]

XXI.

Codex bombycinus, anno Mundi 7091, christi 1583, nitide exaratus, quo comprehenditur liber psalmodum, cum decem Canticis. [Hyp. Bodl. 3217, 5.]

NOVUM TESTAMENTUM IN FOLIO.

XXII.

Codex chartaceus, litera Africana, fine anni mentione, exaratus, folia 288 complens. Complectitur quatuor sacrosancta evangelia secundum matthaeum, Marcum, lucam, joannem, e Graecis, vel potius Copticis, Codicibus expressa. Primum sectionibus 101, secundum, 54; tertium, 86; quartum, 46 constat. [Marsh. 167.]

XXIII.

Codex bombycinus, anno Martyrum 1043, christi 1326, in aegypto, in Monasterio Shahrani, splendide exscriptus, foliis 230 constans. Ibi reperiuntur QUATUOR SACROSANCTA EVANGELIA, e Coptica interpretatione conversa. Primum sectiones, 68; secundum, 48; tertium, 83; quartum, 20 habet. [Seld. 3202, A.69.]

XXIV.

Codex bombycinus, anno Martyrum 1002, christi 1285, exaratus, foliorum 238, quo continentur:

1°. Quatuor Evangelia secundum vulgatam Coptorum versionem, cum notis marginalibus, Coptice conscriptis. Praemittitur praefatio singulis.

2°. Calendarium Sanctorum per anni circulum, cum Tabellis Festorum mobilium temporariis. [Arch. Seld. A.68.]

XXV.

Codex bombycinus, anno Martyrum 976, christi 1259, transcriptus, folia 330 implens. Continet quatuor evangelia, cum praefationibus, notisque Copticis, ad oram et inter lineas conjectis. In calce occurrunt decem eusebii et ammonii Alexandrini Canones. [Hunt. 118.]

XXVI.

Codex bombycinus, vetus, foliis 262 constans. Complectitur quatuor evangelia, cum catena SS. Patrum CHRYSOSTOMI, EPIPHANII, SEVERI, CYRILLI, EUSEBII. Anno Martyrum 1292, christi 1575, ad Bibliothecam abu Musae Monachi pertinuit. [Hunt. 262.]

XXVII.

Codex chartaceus, non una scriptus manu, quo comprehenduntur:

i°. EPISTOLAE Pauli Apostoli ad Romanos, Corinthios, Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, timotheum, titum, philemonem,

SERMONE ARABICIS EXPRESSI. 33

lemonem, Hebraeos. Epistolae Joannis Apostoli. Epistolae Petri Apostoli. Epistola Judae Apostoli. Epistola Jacobi Fratris Domini.

2°. Elenchus Simplicium ex Avicenna, Arabice et Latine, foliis 8 constans. [Laud. A. 132.]

NOVUM TESTAMENTUM IN QUARTO.

XXVIII.

Codex bombycinus, nitidissime, absque anni nota, in Monasterio s. Antonii exaratus, foliis 288 constans. Comprehendit epistolas s. Pauli Apostoli, e Copticis Codicibus translatas, ad Romanos, Corinthios, Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, Timotheum, Titum, Philemonem, Hebraeos; epistolam s. Jacobi; Epistolas s. Joannis; Epistolas s. Petri; Epistolam s. Judae; Acta Apostolorum. Praemittitur praefatio, folia 12 complens. [Seld. 3203, 70.]

XXIX.

Codex bombycinus, situ et vetustate exesus, complectens foliis 215 quatuor Sacrosancta Evangelia, anno Graecorum 1568, Christi 1256, exarata. [Marsh. 575.]

XXX.

Codex chartaceus, luculente exscriptus, foliis 70 constans. Exhibet Joannis Apostoli Epistolas Catholicas, cum praefatione, et versione, Guilielmi Bedwelli. [Laud. A. 70.]

XXXI.

Codex bombycinus, concinne, fine scriptionis aera, exaratus. foliis 160 Quatuor Sacrosancta Evangelia comprehendit. [Laud. A. 61.]

NOVUM TESTAMENTUM IN OCTAVO.

XXXII.

Codex partim bombycinus, partim chartaceus, foliis 180 constans. Ibi exhibentur quatuor Evangelia, cum Canonibus Harmoniae Evangelicae, et praefatione, exarata anno Martyrum 1195, Christi 1478, quibus titulus: Quatuor Flumina Aquae vitae. [Hunt. 366.]

XXXIII.

Codex bombycinus, tinea manscipatus, folia 60 complens. Exhibet Apocalypsin, cum anonymi Commentario, Paraphrasis dicto. [Hunt. 571.]

XXXIV.

Codex chartaceus, quantitate molis exiguus, complectens foliis 12 Pauli Apostoli epistolam i. ad Thessalonicenses. [Laud. A. 2.]

LIBRI THEOLOGICI ET RITUALES.

IN FOLIO.

\* XXXV.

Codex chartaceus, nitide descriptus, foliis 82 constans. Ibi Arabice continentur:

1°. Catechesis Religionis Christianae, quae in Ecclesiis traditur Belgicis, hoc praenotata titulo: Articuli Doctrinae Fidei. Prima quaestio: Quae est unica tua consolatio in vita et in morte?

2°. Consessio Fidei in Ecclesiis Belgicis recepta, totam de Deo, et aeterna anima

### 34° CODICES CHRISTIANI LITERA ET

animarum salute, doctrinam complectens.

3°. Liturgia Ecclesiarum Belgicarum, sive formulae externi earum cultus, in administratione S. Sacramentorum ; precibus publicis; exercitio disciplinae ecclesiasticae ; confirmatione personarum ecclesiasticarum ; matrimonii consecratione et consolatione aegrorum.

40. Canones ecclesiastici, conditi in Synodo Ecclesiarum Belgicarum nationali, convocata et celebrata Dordraci anno Christi 1614. [Marsh. 268.]

#### XXXVI.

Codex bombycinus, polite anno Mundi 7162, christi 1654, transcriptus, foliis 156 constans. Ibi repraesentantur joannis Damasceni de Fide orthodoxa, ejusque Mysteriorum, Capita centum. 1. Deum comprehendere non posse, nec ea, quae a Prophetis, Apostolis et Evangelistis, minime tradita sunt, curiose inquirenda esse. 10. De divina unione et distinctione. 20. De coelo. 30. De ira. 40. De iis, quae in nostra potestate sita sunt. 50. Quod tota divina natura in una suarum personarum toti humanae naturae unita sit, et non pars quaedam duntaxat. 60. Adversus eos qui dicunt, si duae naturae et virtutes operatrices in homine sunt, necesse esse tres in Christo naturas, ac totidem virtutes operatrices dicere. 70. De corporis Domini passione, et divinitatis ipsius impassibilitate. 80. Ad eos qui sciscitantur, an Sancta Dei Genitrix duas naturas genuerit, et an duae naturae in cruce pependerit. 90. De Scriptura Sacra. 100. De resurrectione. [Hunt. 101.]

#### XXXVII.

Codex bombycinus, anno Martyrum 1021, Hegirae 704, christi 1304, exaratus, folia 250 Complens. Complectitur Lectiones ex psalmis, evangeliiis, actis apostolorum, epistolis pauli, et septem epistolis Catholicis, toto anni decursu diebus dominicis et festis, in Jacobitarum Alexandrinorum Ecclesiis, recitari solitas. Nonnulla initio desiderantur. [Hunt. 253.]

#### XXXVIII.

Codex bombycinus, anno Martyrum 1266, Christi 1549, transcriptus, foliis 260 constans. Ibi continetur Venerandi rashid abulchairi Presbyteri Antidotum Mentium. hoc est, opus de Religionis fundamentis, in tractatus xxiv, ex diversis auctoribus collectos, distributum, quo disseritur de SS. Trinitate, de attributis divinis, de incarnatione, caeterisque ad mysterium illud pertinentibus, de productione mundi et Creatoris aeternitate, de verae Religionis criteriis, de providentia divina, de ortu animae et intellectus vi, de Sacerdotio, de sacramentis, de seculo futuro, de poenitentia, de jejuniis: adduntur quaesita Theologica, Paraeneses. Tractatus primus, in Mohammedanos directus, cui Sanctorum praemittitur Calendarium secundum menses Copticos, nomen pauli Episcopi Sidoniensis praefert. [Hunt. 240.]

#### XXXIX.

Codex bombycinus, anno Mundi 7100, christi 1592, exaratus, foliis, duplici

## SERMONE ARABICIS EXPRESSI. 35

duplici columna distinctis, 150 constans. Exhibet Lectiones e pentateucho et prophetarum libris, toto anni decursu dominicis et festis Sanctorum diebus, tempore it em quadragesimali, in Ecclesiis Melchitarum recitari solitas, una cum precibus aliis, versiculis et antiphonis. Lectio prima desumitur ex jole propheta. [Marsh. 649.]

XL.

Codex bombycinus, nitide, sine anni nota, exaratus, folia 145 implens. Ibi reperitur Liber, Exercitium Monachi et Solatium Solitarii inscriptus, qui duodecim constans Sectionibus, disserit de creatione hominis, rebusque pro eo creatis; de fide in Deum unum, aeternum, propitium; de pietate et timore; de oratione; de jejunio; de patientia; de charitate; de castitate; de humilitate; de vitando peccato; de contenti animi tranquillitate; de vitae recte instituendae ratione. Auctor est simeon ben Kalil ben macara, monachus Monasterii s. joannis in Deserto Scetensi. [Hyp. Bodl. 4039,14.]

## LIBRI THEOLOGICI ET RITUALES IN QUARTO.

XLI.

Codex bombycinus, luculente exscriptus, foliis, quorum septem chartacea sunt, 120 constans, quo continetur Doctoris anonymi de Hexaemero sive creatione sex diebus absoluta tractatus:

primo de iis, quae die prima creata sunt; secundo, de secundae diei opere; tertio, de opere tertiae diei; quarto, de quartae diei opere; quinto, de opere quintae diei, ubi de volucribus, piscibus, reptilibus; sexto, de animalibus, quae die sexto condita sunt; porro de creatione hominis, de primo peccato, de adae et evae ex paradiso ejectione; denique de christi adventu, de Religionis christianae veritate, de resurrectione mortuorum, de anima et aeterna vita. [Hunt. "275.]

XLII.

Codex chartaceus, nitidissime, absque mentione anni exaratus, folia 72 complens, ubi continentur:

10. Disputatio de Christiana religione inter georgium Coenobii s. simeonis monachum, et tres superstitionis Mohammedicae cultores, habita coram almalek almohammar Aleppi Praefecto, regnante in Syria almalek aldaher gazi ben jousoph ben aioub, et in Armenia, leone stephani Filio, Indictione x. anno Mundi 6615. Titulus : Certamen honestum.

2°. PAULI ANTIOCHENI, Episcopi Sidoniensis Theologia, Compendium dicta, quae capitribus xxII. absolvitur. Caput 1. de existentia Creatoris. 2. De aeternitate Creatoris et productione mundi. 3. Quod Creator est incorporeus. 4. Quod Creator est unus. 5. Quod Creator est Substantia simplex et incomposita. 6. Quod est qui mundum ordinat et regit. 7. Quod mundus non est aeternus aeternitate Creatoris. 8. Confutatio eorum



## 36 CODICES CHRISTIANI LITERA ET

rum, qui dicunt, mundum Deo coexistere, ut pulsus et tinnitus. 9. Productionem post apochen in Deo non esse accidens. 10. Quo redeat scrmo eorum, qui existimant, Deum nihil novi amplius producere, postquam ab eo abstinuit. 11. De Philosophorum placitis et de eorum contemptu mundi. 12. Confutatio Philosophorum, qui dicunt, proprietates Creatoris esse qualitates. 13. De tempore et loco. 14. Responsio ad eos, qui quaerunt, ubi fuerit auctor loci, loco nondum existente. 15. Quod Pater et Filius et Spiritus sanctus sunt unus Deus. 16. Quae sit sententia nostra de Paternitate et Filiatione. 17. Quid sit, cum dicimus, Pater Deus perfectus, Filius Deus perfectus, Spiritus Sanctus Deus perfectus non tamen tres Dii, sed unus Deus. 18. Quod non est necesse, omnia Dei attributa personas esse. 19. Quomodo, et qua ratione appellatur Christus Dominus Filius Dei. 20. Quomodo dicimus Christum Dominum Deum, quum sit et aeternus et in tempore genitus. 21. De eo quod dicunt Philosophi, Deum causam causarum esse. 22. De resurrectione, vivificatione, post dissipationem, dissolutionem, mundi. [Marsh. 581.]

### XLIII.

Codex chartaceus, litera lectu facili transcriptus, folia 374 implens. Exhibet Euchologion, Librum nempe Ecclesiasticum, continentem ordinationes Anagnostae sive Lectoris, Hypodiaconi, Diaconi, Presbyteri; cantica item varia et omnis generis benedictiones, quas Sacerdos recitare debet. [Marsh. 459.]

### XLIV.

Codex chartaceus, eleganter exaratus anno christi 1636, foliis 126 constans, quo comprehenditur simeonis ben kalil Monachi Liber, Exercitium Solitarii et Solamen Eremitae inscriptus, disserens de Creatione hominis, de recta in Deum side, de pietate et timore, de oratione, de jejunio de patientia, de charitate, de castitate, de humilitate, de donanda inimicis venia, de temperantia, de virtutum exercitio. [Pocock. 160.]

### XLV.

Codex chartaceus, luculente descriptus, folia 260 efficiens. Complectitur Horologion sive septem horas canonicas per hebdomadam. [Rawl. 15.]

### XLVI.

Codex chartaceus, recentissima exaratus manu, comprehendens foliis 18 prima Fidei seu Religionis Christianae rudimenta, in sex sectiones per modum interrogationis et responsionis redacta. Titulus: Catechismus. [Laud. B. 37.]

### XLVII.

Codex bombycinus, literis fugientibus, inelegantibus, exaratus, quo comprehenduntur:

10. Georgii Monachi Simeonitae Disputatio de Christiana Religione, habita cum tribus Legis Mohammedicae Doctoribus, idque coram Duce moshammar fratre dhaheri gazi ben jousoph ben aioub Arabum Regis, sub leone Armeno Imperatore, anno Mundi 6725.

2°. Basilii Episcopi Caesareae Homilia de poenitentia, de Divite et lazaro paupere. Excerpta ex paphnutio. Historia Virginis cujusdam Heliopolitanae. S. georgii quatuordecim miracula.

30. S. Epiphanii Homilia de nativitate Deiparae Virginis, ejusque educatione, vita, sepultura. [Marsh. 512.]

### XLVIII.

SERMONE ARABICIS EXPRESSI. 37

XLVIII.

Codex bombycinus, recentissimus, foliorum 118. Complectitur Paracleticum, octo tonis expressum, cum leonis Imperatoris Doxologiis, et constantini Exapostilariis. [Hunt. 420.]

XLIX.

Codex bombycinus, anno Mundi 7165, Hegirae 1067, christi 1656, exscriptus, ubi occurrunt:

1°. Liber de Religionis verae criteriis, de Lege, de praemio et poena, Sufficiens appellatus : auctore gerasimo Monasterii s. simeonis Thaumatoristae Abbate. foliis 36 constat.

2°. Ejusdem tractatus de Trinitate, Baptismo, Eucharistia, Resurrectione mortuorum, folia 76 complens. [Maresc. 69.]

LIBRI THEOLOGICI ET RITUALES

IN QUARTO.

L.

Codex bombycinus, anno Martyrum 1193, christi 1476, transcriptus, foliis 140 constans. Ibi reperitur Liber de Religionis Christianae principiis, bipartitus, hoc praenotatus titulo: Theriaca Mentium. Pars prima agit de Trinitate et Incarnatione, variisque erroribus utriusque mysterio adversis; altera, de mandatis evangelicis, et virtutibus Christianae religioni peculiaribus. Sequitur corollarium, ubi quaestionibus a Mohammedanis proponi solitis respondetur. Auctor ABULCHAIR Vulgo IBN ALTHAIB. [Hunt. 362.]

LI.

Codex bombycinus, vetustus, folia 95 implens, ubi continentur:

i°. Athanasii Patriarchae Alexandrini Responsa ad Quaesita de Religione, ab antiocho, Viro e Persis primario, sibi proposita. Praemittuntur s. gregorii versus paraeneticis ordine Alphabetico.

2°. Pauli antiocheni, Episcopi Sidoniensis, Epistola ad Mohammedanos quosdam Sidonienses, exponens, quid Christiani de Mohammede ejusque impura sentiant lege: et de Christianae Religionis veritate. Conscripsit eam auctor, cum ex itinere in Graeciam facto reverteretur.

3°. Ejusdem pauli Epitome Theologiae, in capita xxii. divisa: primum agit de existentia Dei; ultimum, de resurrectione. [Grav. 3803, 31.]

LII.

Codex bombycinus, tinea mancipatus, foliis 110 constans. Complectitur Lectiones e Novo Testamento, tempore quadragesimali, in Melchitarum Ecclesiis, recitari solitas. [Seld. 3282. 70.]

LIII.

Codex bombycinus, anno Graecorum 1887, christi 1575, exaratus, folia 112 efficiens. Ibi repraesentatur Liber, De Fundamentis Fidei inscriptus, tripartitus. Pars prima in capita xiv. divisa: 1. Deum existere. 2. Deum esse infini-

## 38 CODICES CHRISTIANI LITERA ET

infinitum. 3. Deum esse aeternum. 4. Deum esse incomprehensibilem. 5. Deum esse unum natura et trinum personis. 7. Responsio ad Judaeorum objectiones 8. De vera fide in Christum. 9. Cur persona Filii incarnata, et non personae aliae. 10. Quod non Dei voluntas, sed Verbum aeternum in maria virgine inhabitavit. 11. Adversus eos qui dicunt Christum esse creaturam puram. 12. Cur Christus Dei Verbum incarnatus est. 13. Cur mundum morte redemit. 14. Corpus Domini creatum esse. Pars secunda ex Prophetis et Evangelio demonstrat, mariam esse Deiparam. Tertia variorum dubiorum solutionem continet. Auctor daniei. ibn alchettab. [Hunt. 579.]

### LIV.

Codex bombycinus, initio et fine mutilus, quo continentur:

i°. Tractatus incerti auctoris de rebus, ad vitam asceticam et doctrinam morum relatis, anno Hegirae 707, christi 1307, Mosulae exaratus.

2°. Fragmentum de Sancta Cruce, de Sacerdotio, de eleemosyna, de jejunio et oratione, nec non de anima rationali. [Hunt. 334.]

### LV.

Codex, bombycinus, anno Mundi 7067, christi 1559, exscriptus, foliis 180 constans. Complectitur Horas sive Preces diurnas et nocturnas, cum Canticis et Hymnis, quae per hebdomadam in Ecclesiis Melchitarum recitari solent. [Marsh. 680.]

### LVI.

Codex bombycinus, elegantissime mense Tamuz, anno 1679, exaratus, Libellum complectens foliis 40, de adoranda Eucharistia, in qua panis et vinum aqua mistum ipsum corpus et sanguis Christi fiunt: auctore josepho Jefuita. [Hunt. 581.]

### LVII.

Codex chartaceus, initio truncus, folia 22 efficiens. Ibi reperitur Libellus, cultum Deo placentem, ordinemque in Psalmis legendis servandum, docens. Subjiciuntur gregorii Theologi versus paraenetici. [Grav. 3811, 39.]

### LVIII.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 106 complens. Exhibet basilii Magni, et gregorii Theologi, Interrogationes et Responsiones de doctrina et disciplina Ecclesiastica. [Marsh. 77.]

## CONCILIA ET PATRES IN FOLIO.

### LIX.

Codex bombycinus, anno Mundi 7076, christi 1567, elegantissime exaratus, foliis 200 constans. Ibi occurrunt joannis climaci" Homiliae xxxi. videlicet de secessu a mundo, de devotione, de peregrinatione, de obedientia, de poenitentia, de mortis meditatione, de luctu salutari, de mansuetudine, de odio, de obtrectatione, de silentio, de mendacio, de pigritia, de gula, de castitate, de avaritia, de paupertate, de insensibilitate, de somno et oratione, de vigiliis, de timore vano, de inani gloria, de blasphemia, de innocentia aut simplicitate, de humilitate, de discretione sive iudicio in rebus agendis, de quiete et Solitudine, de precatione Seu contemplatione, de beata animae tranquillitate, de charitate, Spe et fiducia, de pastore ovium. Scala virtutum in principio et Sub finem depicta est. [Pocock. 381.]

### LX.

## LX.

Codex bombycinus, tineosus, quo continentur ephraem Syri Sermones lii. nimirum i. Epistola ad joannem de patientia, et ut caveat ne decipiatur a cogitationibus in vitae solitariae exercitio: et de castitate. 2. Reprehensio fui ipsius, et consessio. 3. Sermo de destructione superbiae. 4. De poenitentia. 5. Sermo asceticus, in quo multum consolationis et compunctionis, est iis, qui salutem desiderant. 6. Ad imitationem Proverbiorum, et de timore Dei. 7. Paraenesis ad eorum correctionem, qui flagitiose vivunt, et honores appetunt. 8. Reprehensio sui ipsius, et consessio. 9. De recordatione affectuum, cum consessione, et gratiarum actione. 10. Sermo de poenitentia. 11. De gratiarum actione Deo agenda cum multa compunctione. 12. Sermo paraeneticus. 13. De compunctione. 14. Threni in Patres defunctos. 15. Threni alii in Patres defunctos. 16. De anima, quae ab inimico tentatur, et quomodo debeat assiduis cum lacrymis Deum interpellare. 17. De iudicio, et animi compunctione. 18. De patientia et consummatione seculi, de regno item justorum et poena peccatorum, queis nullus finis. 19. Sermo paraeneticus ad eulogium. 20. Quod non sit ridendum, sed potius lugendum. 21. Sermo de secundo Domini adventu. 22. Beatitudines. 23. De virginitate. 24. De iis, qui frequenter peccant, et poenitentiam raro agunt. 25. Consessio et deprecatio. 26. Paraenesis de pietate. 27. Sermo de iis, qui audacter cadunt, et se in peccatis excusant. 28. Epistola ad fratrem lapsum, et de poenitentia. 29. Ad fratrem quendam sciscitantem, ad quem hoc dictum pertineat, melius est nubere, quam uri. 30. Paraenesis de caritate. 31. Sermo ad Monachum, qui instituti pertaesus sui dicebat : Relinquam monasterium, et ad seculum revertar, ut in eo vitam meam tranjigam. 32. De pravis moribus et negligentia. 33. De vitae monasticae et secularis, differentia. 34. De passione Domini. 35. De iudicio et resurrectione. 36. De continentia. 37. Sermo paraeneticus de patientia et compunctione. 38. Sermo de patientia et compunctione alius. 39. De resurrectione mortuorum. 40. De iis, qui animas decipiunt, et in fornicationem atque impudicitiam inducunt, dicentes, nihil hoc mali esse. 41. Sermo ad quendam fratrem, qui de eli Sacerdote contendebat. 42. Capita centum, sermones, colloquia, doctrina, paraenesis. 43. Sermo de juliano monacho. 44. De memoria mortis, de virtute et divitiis. 45. Hypomnesticum per modum epistolae. 46. De virtutibus et vitiis capita xxiii. 47. Consilium de vita spirituali. 48. Paraenesis divina. 49. De discrimine somnorum. 50. De patientia et compunctione. 51. Paraenesis ad fratres, qui e loco in locum se se conserebant, 52. Quod oporteat eum, qui coram fratribus legit, laboris amore legere. Sequitur encomium auctoris. [Marsh. 477.]

## LXI.

Codex bombycinus, anno Martyrum 1397, christi 1650, pereleganter exaratus, folia 293 complens. Ibi reperitur Canonum Ecclesiae Alexandrinae, duos in Tomos distributorum, Tomus primus, in quo occurrunt. 1. Apotelesmata Apostolorum, eorumque Canones xxx. 2. Canones Apostolorum per clementem lxxxii. 3. Constitutiones Apostolorum de Sacerdotio et Ecclesia vi. 4. Constitutiones Apostolorum per clementem lxxi. 5. Constitutiones Apostolorum aliae per clementem lvi. 6. Didascalia Apostolorum, in Capita xxxix. 7. Canones Apostolorum ex Testamento vetere desumpti. 8. Ancyrani Canones xxiv. 9. Neocaesareenses Canones xiv. 10. Gangrenses Canones xx. 11. Antiocheni Canones xxv. 12. Nicaeni Canones xx. 13. Nicaeni

#### 40 CODICES CHRISTIANI LITERA ET

Nicaeni Canones de Monachis et Monasteriis xxxiii. 14. NiCaeni Canones lxxxiv. 15. Nicaenum Symbolum. 16. Nicaeni Canones xx, qui apud Coptos tantum reperiuntur 17. Constantinopolitani Canones xxin. 18. Constantinopolitani Canones iv. 19. Ephesinus Canon unus, ne quis aliam a Nicaena fidem introducat. 20. Laodiceni Canones Lix. 21. Sardicensis Canones xx. 22. Canones hippolyti Papae xxxvm. 23. Basilii Magni Canones xii 1. 24. Ejusdem Canones cvi. 25. Statuta Imperatorum, in Libros quatuor distincta : Liber 1. Canones xl. [Hunt. 31.]

#### LXII.

Codex bombycinus, eadem, qua prior, manu transcriptus, foliis 238 constans. Comprehendit Canonum Ecclesiae Alexandrinae Tomum secundum, in quo habentur: i. Liber 11. Constitutionum Imperialium, Canones cxxx. 2. Liber 111. Constitutionum Imperialium, Canones xxvii. 3. Liber iv. Constitutionum Imperialium, Capita xi. 4. Constitutionum Clementinarum Libri vii. 5. Canones Carthaginenses cxxxni. 6. Canones Antiocheni et Laodiceni lxxxiii. 7. Epiphanius Patriarchae Constantinopolitani Canones xlv. 8. J. CHRYSOSTOMI Canones xii. 9. Sanctorum Patrum Canones xxxii. 10. Gregorii Nysseni Canones v. 11. Patrum Canones xxi. 12. Patrum Canones alii lxxxii. 13. Athanasii Alexandrini Canones cvn. 14. Michaelis Episcopi Damiatinae Canones x. 15. CHRISOSTODULI Patriarchae Alexandrini Canon unus. 16. Cyrilli Patriarchae Alexandrini Canones xxxiv. 17. Gabrielis Patriarchae Alexandrini Canones xxxii. 18. Ejusdem Canones alii x. 19. Cyrilli Patriarchae Alexandrini Canones xii, 20. Ejusdem Canones alii v. 21. Ejusdem Canones alii ix. ,22. Christoduli et cyrilli interrogationes et responsiones. 23. Abulpharagii abdallae benattibi Presbyteri Tractatus de Haereditate. [Hunt. 32.]

#### LXIII.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, folia, quorum 30 recens adjecta, 120 efficiens. Eo continetur Opus asceticum, a joanne Diacono Monacho, et abrahamo Presbytero monacho, de lingua Syriaca in Arabicam translatum, et Hortus Monachorum nuncupatum, quod Homiliis 28, Epistolis 48, et tribus de Fide dissertationibus, absolvitur. Auctor salutatur vulgo joannes Doctor spiritualis. [Hunt. 244.]

#### LXIV.

Codex bombycinus, luculente exaratus, folia 200 implens. Continet Excerptiones ex evagrio, macario, antonio, gregorio, basilio, epiphanio, aliisque, ad vitam asceticam pertinentes. [Hunt. 245.]

#### LXV.

Codex bombycinus, anno Martyrum 984, christi 1267, exscriptus, foliis 170 constans, ubi occurrunt:

i°. S. EpHRAEMI Homiliae quinquaginta duae, partim asceticae, partim ad doctrinam morum pertinentes. Prima est Epistola ad Joannem monachum de patientia, et ut a cogitationibus decipi se non permittat in vitae solitariae exercitio: et de castitatis praestantia; ultima, de eo, qui legit ad aures fratrum, quod legere debeat cum diligentia, et laboris amore. Primum folium desideratur.

2°. Gregorii Nysseni Oratio in Laudem s. ephraemi

3°. J. Chrysostomi Paraenesis quinque ad Monachos.

4°. Capita viginti s. antonii ad morum doctrinam spectantia. [Hunt. 83.]

#### LXVI.

SERMONE ARABICIS EXPRESSI. 41

LXVI.

Codex bombycinus, anno Mundi 7079, christi 1571, exaratus, folia 250 complens. Complectitur Homiliarum, a Jchrystostomo in Librum Geneseos conscriptarum Tomum secundum, homiliis 37 comprehensum. [Hunt. 283.]

LXVII.

Codex bombycinus, vetus, folia 225 implens, quo continetur Collectio Canonum Ecclesiasticorum et Secularium, duas in partes diducta. Prima, capitibus viginti duobus constans, agit de Ecclesia, de Libris sacris, de Baptismo, de Patriarchis, de Episcopis, de Presbyteris, de Diaconis, de reliquis Clericis, de Sacerdotibus in genere, de Monachis et Monialibus, de Secularibus, de Missa, de Eucharistia, de Oratione, de Jejuniis, de Eleemosyna, de Eleemosynario, de Decimis et Legatis piis, de Festis diebus, de Martyribus et Apostatis, de Infirmis, de Defunctis. Altera, capitum undetriginta, disserit de Domiciliis, cibo et potu, de Sponsalibus, de concubinato, de Donationibus, de Mutuo, pignore, feudo, de Commodo, de Depositis, de Procuratione, de Servitute et manumissione, de Minoritate, de Venditionibus, de Societate, de Violentia, de Locatione, de AEdificiis et viis publicis, de Mutuo, de Conessione, de Rebus amissis, de Testamentis, de Haereditate, de Judice, de Regibus, de Testamento veteri et Novo, de Poenis apostasiae, de Homicidio, de Fornicatione, de Furto, de Poenis, de Capillis et rebus aliis. Auctoris nomen abu isaac benassal. [Seld. 3196, A. 63.]

LXVIII.

Codex bombycinus, caractere lectu facili exaratus, foliis 345 constans. Complectitur Homilias quatuor et triginta in Epistolam pauli Apostoli ad Hebraeos : auctore J. chrystostomo folia quaedam, quae desiderabantur, anno Mundi 7178, christi 1670, suppleta. [Hunt, 174.]

LXIX.

Codex bombycinus, impolite exscriptus, folia 144 complens. Eo comprehenditur Collectio Canonum, bipartita, facta ex V. et N. Testamento; ex Canonibus Apostolorum, synodorum Ancyrae, Neocaesareae, Gangrensis, Antiochena, Nicaena, Laodicea, Sardicensis ; ex Canonibus hippolyti Papae, basilii Caesareae Episcopi; ex Statutis Imperialibus. Pars prima capitibus xxii. altera, xxix. constat. Vocatur auctor abu isaac benassal. [Hyp. Bodl. 3766, 29.]

LXX.

Codex bombycinus, anno Martyrum 1001, CHRISTi 1284, exaratus, foliorum 310. Complectitur quatuor atque quadraginta in Evangelium secundum joannem Homilias: auctore j. chrystostomo. [Hunt. 181]

LXXI.

Codex bombycinus, anno Martyrum 990, Christi 1273, descriptus, foliis 220 constans, quo continentur Homiliae viginti septem in Evangelium secundum MATTHAEUM. Auctor est chrystostomus. [Hunt. 243.]

LXXII.

Codex bombycinus, antiquitatem magnam prae se ferens, folia 294 efficiens. Exhibet Sermones asceticos prolixiores 36, breviores 20, quorum auctor simeon Stylites. [Hunt. 325.]

LXXIII.

## 42 CODICES CHRISTIANI LITERA ET

### LXXIII.

Codex chartaceus, peregrina transcriptus manu, foliis 28 constans. Fragmentum continet de Conciliis, quorum primum est Nicaenum, cum capitibus prioribus 14 Exodi. [Hyp. Bodl. 3932, 14.]

### CONCILIA ET PATRES IN QUARTO.

### LXXIV.

Codex bombycinus, eleganter, sine anni nota exaratus, folia 239 complens. Ibi exhibetur Collectio Canonum e Conciliis antiquis, Constitutionibus Apostolorum, Decretis Patriarcharum Alexandrinorum, Imperatorum statutis. Opus in duas abit partes: prior de rebus Ecclesiasticis capita 22, altera, de secularibus 28, habet. Auctor abulfaragi hebatalla ben abilfadhl ben abi IsAAC, cognomento ibn alassal [Hunt. 239.]

### LXXV.

Codex bombycinus, anno Mundi 6735, CHRIS TI 1326, exscriptus, foliis 280 constans. Complectitur Homiliarum chrysostomi in Sanctum Evangelium secundum matthaeum Tomum primum. [Hunt. 197.]

### LXXVI.

Codex bombycinus, Situ squalens, folia 146 implens, ubi occurrunt ss. gregorii Nysseni, andreae Cretensis, jaCobi Hierosolymitani, theophili Alexandrini, basilii et theodosii, de gabriele Angelo et maria virgine Homiliae. Sequitur s. macarii Vita, cum s. julii Martyrio. [Hunt. 297.]

### LXXVII.

Codex chartaceus, nitide exscriptus, foliis 200 constans. Ibi reperitur Opus, Gradus Virtutum inscriptum, hoc est, joannis climaci Scala Paradisi, e Graeca lingua in Arabicam ab anonymo conversa. Constat triginta gradibus: primus agit de inanis vitae fuga; ultimus, de vinculo fidei et caritatis. Praemittitur auctoris vita. [Hunt. 440.]

### LXXVIII.

Codex bombycinus, eleganter exaratus, folia 191 numerans. Complectitur Homilias septem supra octoginta in Sanctum jesu christi Evangelium secundum MATTHAEUM, auctore chrysostomo. [Hunt. 430.]

### LXXIX.

Codex bombycinus, anno Martyrum 1017, christi 1300, transcriptus, quo comprehenditur Opus AscetiCum, Hortus Monachorum nuncupatum, Homilias 28, Epistolas 48, Dissertationes 3, folia 160 continens: auctore joanne Doctore Spirituali. E lingua Syriaca dicitur translatum. [Marsh. 315.]

### LXXX.

Codex bombycinus, luculente exaratus, folia 228 efficiens. Complectitur Homilias nonaginta in Evangelium secundum matthaeum, a chrysostomo conscriptas. [Hunt. 246.]

### LXXXI.

Codex bombycinus, non impolite exscriptus, folia 176 implens. Exhibet Homilias quatuor supra quadraginta, quarum prima in illud: Nemo potest duobus Dominis servire. Auctor cyrillus Alexandrinus. [Hunt. 298.]

### LXXXII.

SERMONE ARABICIS EXPRESSI. 43

CONCILIA ET PATRES IN OCTAVO.

LXXXII.

Codex bombycinus, nitide exscriptus, quo comprehenduntur:

i°. Canones Apostolorum, in capita tria et quadraginta distributi: primum agit de Ecclesia; secundum, de Baptismo ; postremum, de delictis et poenis. Liber foliis 86 constat.

2. Severi Filii mochaë, Episcopi Ashmunin in Thebaide, de invenienda in rebus adversis consolatione tractatus, cui titulus: Medicina Moeroris et Curatio Doloris.

3°. Excerptiones ad Patriarcharum, Episcoporum et Sacerdotum, officia pertinentes. [Hunt. 328.]

LXXXIII.

Codex bombycinus, anno Mundi 7677, christi 1569, exaratus, foliis 180 constans. Ibi occurrunt:

1°. S. EphRAEM Syri Homiliae quatuor, videlicet de consummatione seculi, de iudicio futuro, de poenitentia, de Salvatoris passione.

2°. S. Chrysostomi Homiliae tres, scilicet de annunciatione Deiparae Virginis, de Fidelibus defunctis, de stultis et pravis mulieribus.

3°. Jacobi Sarugensis, Batnarum Episcopi, Homilia de Joannis Baptistae nativitate.

4°. Miraculum ss. GURIAE, sAMONAE, abibi. Historia Josephi Judaei, quem pater coniecit in fornacem ardentem. [Hyp. Bodl. 4035, 10.]

LXXXIV.

Codex bombycinus partim, partim chartaceus, folia 165 complens. Complectitur Homilias nonaginta, in Melchitarum Ecclesiis recitari solitas. Priora et posteriora folia, quae desiderabantur, anno Martyrum 1392, christi 1675, suppleta. Auctor chrysostomus. [Hunt. 462.]

LXXXV.

Codex bombycinus, nitidissime exaratus, foliis 120 constans, quo continetur j. chrysostomi Liber, Demonstratio in scriptis, octo continens Homilias. Prima agit de Deo uno et Trino; secunda, de incarnationis et passionis causa ; tertia, de Lege et exitu Israelitarum ex AEGypto; quarta, de mysteriis Agni, deque Eucharistia, in qua panis in corpus Christi, et vinum aqua mistum in sanguinem convertitur ; quinta, de diei Dominicae excellentia; septima, de jejunio Feriae quartae et sextae; octava, de jejunio quadragesimali. [Hyp. Bodl. 3272, 60.]

LXXXVI.

Codex chartaceus, anno christi 1515 descriptus, foliis 54 constans. Complectitur cyrilli Patriarchae Alexandrini Homiliam de commemoratione viginti quatuor Seniorum, qui in coelo sunt; Homiliam chrysostomi de quatuor animalibus; Sanctae irenes Martyrium. [Seld. 3275, 63.]

LXXXVII.

Codex partim bombycinus, chartaceus partim, folia 88 complens. Homilias exhibet duas, unam theodori Episcopi



#### 44 CODICES CHRISTIANI LITERA ET

Episcopi Gangrensis de s. georgii laude, alteram ephraem Syride Deiparae nativitate. (Hunt. 344.)

#### HISTORIAE SCRIPTORES IN FOLIO.

##### LXXXVIII.

Codex chartaceus, anno Mundi 7177, christi 1668, nitide exaratus, ubi occurrunt:

1°. Sophronii Patriarchae Hierosolymitani Pratum Spirituale, e Graeca lingua in Arabicam ab anonymo conversum, hoc titulo: Hortus de Monachorum Gestis.

2°. Paulus Episcopus Munafasiensis de viris quibusdam et mulieribus, sanctitatis laude conspicuis. Liber foliis 60 constat.

3°. Chrysostomi Epistola ad theodorum monachum, qui lapsus monasterium reliquit, qua hortatur eum, ut revertatur et poenitentiam agat. [Marsh. 656 ]

##### LXXXIX.

Codex chartaceus, anno Mundi 7151, Christi 1643, exscriptus, foliis, duplici columna distinctis, 245 constans. Ibi reperitur Synaxarium sive Martyrologium, Sanctorum et Martyrum acta et miracula exhibens per anni circulum, juxta ritum in Ecclesiis Melchitarum receptum. Incipit ab Elul: desinit in Ab. [Marsh. 445.]

##### XC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1047, Christi 1637, transcriptus, folia 214 complens. Complectitur said ebn batrik sive eutychii, Patriarchae Alexandrini, Annales, a creatione mundi ad annum usque Hegirae 326. Proderunt Arabice et Latine interprete e. Pocockio. [Pocock. 351.]

##### XCI.

Codex bombycinus, anno Mundi 7147, christi 1639, splendide exaratus, foliis 211 constans. Comprehendit eutychii, Patriarchae Alexandrini Annales, initio ducto ab orbe condito ad sua usque tempora. Vixit auctor seculo nono. [Marsh. 435.]

##### XCII.

Codex bombycinus, anno Mundi 7146, Christi 1638, splendide exaratus, folia 190 implens. Ibi repraesentatur Martyrologii, in quatuor Tomos distributi, Tomus primus, ex Libro Rota dicto collectus, acta xxvii. Sanctorum continens. Auctor est meletius Aleppi Metropolitana. [Hunt. 27.]

##### XCIII.

Codex bombycinus, eadem qua prior manu descriptus, foliis 154 constans. Complectitur ejusdem Operis Tomum secundum, in quo decem Martyrum dicta et facta referuntur. [Hunt. 18.]

##### XCIV.

Codex bombycinus, eadem qua praecedens manu transcriptus, folia 212 implens. Comprehendit ejusdem Operis Tomum tertium, ubi xvii. Sanctorum Martyrumque laudes celebrantur. [Hunt. 29.]

##### XCV.

XCV.

Codex bombycinus, eadem qua prior manu exscriptus, folia 300 complens. Continet ejusdem Operis Tomum quartum, in quo xix. Sanctorum vitae enarrantur. [Hunt. 30.]

HISTORIAE SCRIPTORES IN QUARTO.

XCVI.

Codex bombycinus, usu et vetustate contritus, foliis 194 constans. Ibi reperitur gregorii bar hebraei, cognomento abulpharagii, Compendium Historicum sive Chronicon, ab Orbe condito usque ad Tartarorum Mogulensium Imperium, hoc est, ad annum Graecorum 1596, christi 1285, perductum, cui titulus : Historia Compendiosa Dynastiarum. Prodiit Arabice et Latine, interprete e. pocockio. [Pocock. 162.]

XCVII.

Codex chartaceus, imperita exaratus manu, folia 179 efficiens. Complectitur Compendium Dynastiarum sive Historiam universalem, a creatione mundi ad annum usque Hegirae 683, christi 1284, quo argoun khan Mogulorum Imperator regnare coepit : auctore gregorio abulpharagio. Accedit Doctorum et Judaeorum et Christianorum feries. [Pocock. 54.]

XCVIII.

Codex chartaceus, anno Martyrum 1108, christi 1391, exaratus, ubi occurrunt:

- i°. Martyrium s. georgii Melitinensis, sub diocletiano Imperatore.
- 2°. Martyrium s. theodori, Filii s. BASILIDIS, et sociorum, sub eodem Imperatore.
- 3°. Martyrium s. abatiri, ejusque Sororis irenes, sub ariano aegypti Praefecto.
- 4°. Martyrium s. cLaudII, Imperatoris numeriani nepotis. [Seld. 3274, 62.]

XCIX.

Codex chartaceus, literis fugientibus male deformatus, foliis 180 constans, quo continentur Fragmenta Historica, et christi cum petro de mysteriis Evangelii, rebusque ante mundi finem eventuris, sermocinationes. Initium et finis desiderantur. [Hunt. 514.]

C.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, quo comprehenduntur:

- <sup>10</sup>. Martyrium et miraculass. abshai et petri. Liber foliis 76 constat.
- 2°. Martyrium ss. cosMAE et damiani, fratrum item eorum anthimi, LEoNTII et EUPREpII, necnon matris eorum THEODORAE, sub DIOCLETIANO Imperatore.
- 3°. Martyrium s. Episcopi pesuri, s. pEtrI Alexandrini, s. mercurii Romani.
- 4°. Homilia in Festum s. michaelIS Archangeli. [Hunt. 470.]

CI.

Codex chartaceus, inconcinne exscriptus, foliis 150 constans. Complectitur vitam s. pAphnudaee; vitam s. cArI; vitam s. isidori; vitam s. georgii; Martyrium cosMAE et dAMIANI; Historiam josephi Patriarchae. [Seld. 3266, 54.]

46 CODICES CHRISTIANI LITERA

HISTORIAE SCRIPTORES IN OCTAVO.

CII.

Codex chartaceus, anno Graecorum 1949, christi 1637, exaratus, FOLiis 320 constans. Ibi continetur Chronicon universale, ex gregorio abulpharagio, georgio ebn alamlid, eutYchIo ebn batrik, aliisque, conflatum, atque ad annum Hegirae 680 perductum. Auctoris nomen subticetur. [Hunt. 442.]

CIII.

Codex bombycinus, nitide descriptus, FOLiis 190 complens, ubi occurrunt:

i°. Vita et miracula s. BARSuMAE, AEgyptii Monachi.

2°. Historia Regis armanii, ejus uxoris filiorumque, et quae illis acciderunt.

3°. Historia joannis Evangelistae; josephi Patriarchae, jobi afflictici. [Hyp. Bodl. 3802, 30.]

CIV.

Codex bombycinus partim, partim chartaceus, FOLiis 150 constans, quo continentur :

i°. Martyrium Sanctorum Magnorum Apostolorum petri et pauli, Discipulorum Christi Domini.

2°. Epistola consolatoria Dionysii ad timotheum de petri et pauli martyrio.

3°. Miraculum quoddam a s. maria editum. [Hunt. 383.]

CV.

Codex chartaceus, anno Martyrum 1310, christi 1593, exaratus, FOLiorum 75. Complectitur s. Patris, Sacerdotis et Martyris, taclahimanuti Habassini vitam [Seld. 3255, 43.]

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

ALCORANUS EJUSQUE INTERPRETES.

IN FOLIO.

CODEX I.

CODEX bombycinus, anno Hegirae 977, christi 1569, nitide exaratus, foliis 218 constans. Complectitur alcoranum, quem mohammed, famosissimi Pseudopropheta nominis, anno aetatis quadragesimo, qui octavus post sextum a nato Christo erat, divini numinis afflatum prae se ferens, de coelo, quasi per gabrielem, particulatim acceptum, aliis impertire atque approbare instituit. [Laud. A. 160.]

II.

Codex bombycinus, anno Hegirae 976, christi 1568, Splendide exscriptus, quo comprehenditur ignoti auctoris in alcoranum Commentarius, hoc praenotatus titulo : Gratia et Favor Dei Propitii, folia 432 complens. Exscriptor ahmed ben ferhad. [Seld. 3146, 13.]

III.

Codex bombycinus, polite exaratus, foliis 10 constans. Continet ALcoRANi capita duo, quorum unius initium, finis alterius, desideratur. Sunt illa XLII, XLIII. [Mus. 44.]

IV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 962, christi 1554, ab ahmed ben ali ben salem, Shapheita, exscriptus, folia 419 implens. Ibi repraesentatur Commentarius in universum alcorani textum, summa cura et industria elaboratus, hunc prae se gerens titulum : Lumina Revelationis et Arcana Interpretationis. Auctor nasereddin abulkhair abdalla ben OMAR alshirazi, COgnOmentO albeidhavi, ab oppido beidha, ad ditionem Shirazae pertinente. [Seld. 3147, 14.]

V.

Codex bombycinus, anni destitutus nota, foliis 180 constans. Exhibet Opus, Monilia aurea inscriptum, hoc est, Commentarium in primum alcorani caput

## 48 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

caput, qui Quaestionibus imprimis ac Solutionibus perscitur : auctore alrazi. [Seld. 3I48, 15.]

### VI.

Codex chartaceus, anno Hegirae 986, christi 1578, exaratus, ubi reperitur alcoranus, 240 folia complens. [Hyp. Bodl. 4040, 15.]

### VII.

Codex bombycinus, politissime, at absque scriptionis aera, transcriptus, foliis 350 constans. Complectitur Commentariorum in alcoranum, Detectio site Revelatio nuncupatorum, quos abulcasem mahmud ben omar, cognomento al zamakshari, composuit, Tomum tertium, cujus initium caput xix. finis xLiii. Natus est auctor in Khuarezmia oppido zamakshar anno Hegirae 468 ; denatus anno 538. [Pocock. 373.]

### VIII;

Codex bombycinus, anno Hegirae 900, christi 1494, exaratus, folia 430 implens. Ibi occurrit Commentarius in ALcoRANuM, Lumina Revelationis et Secreta Interpretationis dictus, quem consecit spectatus, ac magni inter suos nominis, Interpres ALBEIDHA vI. [Pocock. 265.]

### IX.

Codex bombycinus, eleganter exscriptus anno Hegirae 977, christi 1569, quo continentur:

1°. Pars alcorani posterior, incipiens a capite xviii. quod Spelunca inscribitur. folia habet 110.

2°. Libellus de excellentiis alcorani, praerogativaque eorum, qui liberos suos Alcoranum docent.

3°. Dicta Prophetica; Nomina divina, cum oratione ex Alcorano concepta.

4°. Triplex Carmen : primum Borda dictum, quo mohammed extollitur; alterum, quo animi in rebus adversis moeror depellitur; tertium, quo peccatorum a Deo remissio petitur. [Hunt. 270.]

### X.

Codex bombycinus, caractere elegantissimo anno Hegirae 650, christi 1250, exaratus, asteriscisque aureis ornatus, ubi habetur alcoranus, folia 326 complens. [Hunt. 37.]

### XI.

Codex chartaceus, literis Mauritanicis exscriptus, foliis 140 constans, quo comprehenditur Grammatica vocum difficiliorum, in alcorano occurrentium explanatio: adductis compluribus celeberrimorum Poetarum testimoniis ad varios earum significatus declarandos. Composuit abu MohaMmed abdalla ben mosleM coteiba. [Hunt. 446.]

### XII.

Codex chartaceus, impolite exaratus, folia 225 efficiens. Exhibet Commentariorum in alcoranum, a fakhreddino AlrAzI contextorum, Tomum tertium. Initio nonnulla desiderantur. [Hunt. 178.]

### XIII.

Volumen alcorani linteum, arte stupenda et elegantia exaratum, crucis formam referens, pedes quinque longitudinis, latitudinis quatuor, habens. [Mus. 45.]

### XIV.

Codex bombycinus, manu celeri, sine punctis diacriticis, scriptus, foliorum 254. Eo comprehenditur Commentarius in quintum ALcoRANI caput, Quaestionibus et Solutionibus constans: auctore aLrazi. [Hunt. 191.]

### XV.

XV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 976, christi 1568, eleganter exaratus, foliis 266 constans. Complectitur alcoranum. [Pocock. 321.]

XVI.

Codex membranaceus, literis Cuphycis praegrandibus, iisque perelegantibus, exscriptus, ubi occurrunt:

1°. Fragmentum alcorani, bina continens capita, nempe xxxviii. quod initio, et xxxix. quod fine caret.

2°. Dicti Fragmenti apographum, cum annotationibus Anglicis. [Marsh. 178.]

XVII.

Codex bombycinus, vetus, folia 224 efficiens. Comprehendit alcoranum, in triginta portiones divisum. [Marsh. 651.]

XVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 948, christi 1541, exaratus, dubia complectens varia, circa sex alcorani capita, videlicet xix, xx, xxi, xxii, xxxiii, xxiv, proposita, eorumque solutiones: auctore fakhreddino alrazi. foliis 410 constat. [Marsh. 222.]

XIX.

Codex bombycinus, caractere Persico anno Hegirae 948, christi 1541, a habib ben gemaleddin esphahani Bagdadi peritissime exaratus, quo continetur alcorani, duos in Tomos divisi, cum interpretatione Persica, scholiis item et glossis, quibus Corona Interpretationum titulus, Tomus primus, foliis 344 constans. Interpres salutatur abulmodhaffer thaher ben mohammed alesfaraini. [Marsh. 168.]

XX.

Codex bombycinus, Persicis exaratus literis, folia 266 complens. Exhibet Operis proxime memorati, scilicet Coronae Interpretationum, Tomum alterum. [Marsh. 169.]

XXI.

Codex bombycinus, elegantissimo exscriptus caractere, foliis 350 constans. Ibi occurrit alcoranus integer, cum notis vocalium omnibus, commatumque distinctionibus mysticis. Singuli capitum tituli, et tota Libri Mater, auro coruscant. Involucro haec verba impressa : Non contingent eum praeterquam lustrati. [Marsh. 434.]

XXII.

Codex chartaceus, luculente exaratus, folia 176 implens, quo comprehenditur Commentariorum Doctoris albeidhavi in alcoranum Pars prior, capita xvii. complectens. [Marsh. 185.]

XXIII.

Codex bombycinus, Persicis exaratus literis, iisque elegantissimis, foliis 596 constans. Complectitur alcoranum totum, cum Paraphrasi Persica, docta et erudita, cujus auctor hosain cashefi. [Marsh. 210.]

XXIV.

Codex bombycinus, folia, quorum quaedam loco mota, 222 efficiens. Ibi occurrit alcoranus, incipiens a capitis quarti fine, in octogesimi quinti initio desinens. [Rawl. 28.]

A L C O-

## 50 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

ALCORANUS EJUSQUE INTERPRETES in quarto.

XXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 953, christi 1546, exaratus, paginis 491 constans. Ibi exhibetur alcoraNus, auro, coloribusque variis, ornatus, cum undetriginta Distichis Persicis de literarum Arabicarum proprietatibus, quorum primum: Quando Aleph sorte obvenit in Libro; principium operis bonum erit et prosperum. [Grav.3779,7.]

XXVI.

Codex chartaceus, punctis destitutus diacriticis, folia 272 efficiens, quo continetur Commentariorum in alcoraNuM, quorum auctor abubecr alrazi Tomus secundus, tria complectens capita, videlicet secundum, quod initio caret, tertium, quartum. [Marsh. 275.]

XXVII.

Codex chartaceus, inconcinne scriptus, folia 122 complens. Comprehendit Scholia anonymi in capita alcoraNI viginti, quorum primum Lxxviii. Pertinuit anno Hegirae 1041, christi 1631, ad ibrAhiM ben sAAedIn alHosAINI. [Marsh. 331.]

XXVIII.

Codex chartaceus, duplici exaratus manu, ubi reperiuntur:

10. Commentarius, foliorum 51, quippe quo voces alcorani difficiliores, minusque protritae, explicantur, idque literarum serie, et sub titulo : Expositio Vocum Insolentiorum. Auctor est abubecr alsegestani, ex regione, Latinis susiana dicta.

2°. Takieddin ABULHASAn ALI ben AbdAlcAfi ben Ali ben teMAM ben hAMed ben YAHiA ALsoBKl Shapheita, de Judicum officiis, religione et diligentia ; praesertim de largitionibus, quibus mentes eorum caecantur.

3°. Ejusdem de Debitis, Pignore et Sponsore, tractatus, anno Hegirae 734, christi 1333, elaboratus, folia 20 complens.

4°. Ejusdem Dissertatio de Quaestione quadam nodosissima, ad Haereditatem relata : folia 25 continet.

5°. Dicta quaedam Sapientum de Precum efficacia et fructu. [Marsh, 104.]

XXIX.

Codex chartaceus, rudibus descriptus literis, ubi, sine scriptionis aera, comprehenditur alcoranus, folia 290 numerans. Prima pagina picturis cernitur decorata. [Marsh. 571.]

XXX.

Codex bombycinus, manu minus perita exaratus, cui folia 242 sunt. Ibi comparet Commentariorum in alcoranum Volumen tertium, fine truncum, incipiens a capite nono, in vicesimo desinens. Nomen auctoris a blattis erosum. [Marsh. 462.]

XXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 598, christi 1201, exscriptus, foliis 230 constans. Complectitur anonymi in AlcqrAnI capita tria, scilicet sextum, septimum,

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 51

septimum, octavum, Commentarium, qui hoc designatur titulo : Sylloge Esfositionum. Operis integri Tomum constituit quartum. [ Marsh. 610. ]

XXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 847, christi 1443, exaratus, ubi conspicitur ALcoRANus, folia 220 complens. Primum folium, quod desiderabatur, recens supplevit calamus. [Laud. B. 122.]

XXXIII.

Codex bombycinus, concinna literarum forma exaratus, folia 340 complens, Exhibet Commentarium in septem priora alcorani capita, ex praestantissimis Interpretum operibus contextum, cui titulus: Sponsae Explicationum. Ait in prologo auctor anonymus, multa se, ab aliis non animadversa, detexisse. [Laud. A. 122.]

XXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1083, christi 1672, exscriptus, ubi habetur Commentarius in alcoranum, folia 460 implens, titulum hunc prae se ferens: Lumina Alcorani et Arcana Interpretationis. Auctor albeidhavi. [Hunt. 466.]

XXXV.

Codex bombycinus, vetus, anno Hegirae 550, christi 1155, exaratus, folia 210 habens. Eo comprehenditur Opus de variantibus alcorani Lectionibus secundum decem eminentium Lectorum placita, quod hoc designatur titulo: Lucerna lucens \ Ibi singulorum capitum versiculi, voces et literae, percensentur, et omnis varietas ostenditur. Summa literarum in univsum 321250 dicitur. Nomen auctoris abulkArem AlMobArek ben AlhAsAn ben Ahmed ben Ali ALshAhrAzuri ALmocri, qui, natus anno Hegirae 461, obiit 550. [Hunt. 257.]

XXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1008, christi 1599, eleganter exaratus, cui folia 276. Continet ALcoRANum, auro, multiplicique colore, distinctum. [Arch. D. 2860, 58.]

XXXVII.

Codex bombycinus, literis exscriptus venustis, foliis 33 constans, ubi occurrunt capita ALcoRANI quatuor, videlicet xLi, xLiii, xLiv, xLv. [Maresc, 39.]

XXXVIII.

Codex chartaceus, folia 203 habens. Complectitur ALcoRANUM, cum vocalibus, [Laud. B. 54.]

XXXIX.

Codex bombycinus, nitide, sine anni mentione, exaratus, foliis 430 constans, quo continetur Commentarius in ALcoranum, Lumina Revelationis et Arcana Interpretationis dictus: auctore aLbeidhavi. [Laud. B. 101.]

XL.

Codex chartaceus, scriptionis carens aera, complectens foliis 360 alcoranum, vocalibus instructum, cujus capitum tituli rubram prae se ferunt literam. [Rawl. 13.]

XLI.



52 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

XLI.

Codex chartaceus, comprehendens alcoranum, cui folia 250 sunt. [Bodl. 4006, 39.]

XLII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 990, CHRISTI 1582, exaratus, folia 315 complens. Ibi reperitur albeidhavi in alcoranum Commentarii, cui inscriptio, Lumina Revelationis et Arcana Interpretationis, Tomus posterior, incipiens a capite xix. [Laud. B.104.]

XLIII.

Codex chartaceus, characteribus Mauritanicis perite exscriptus, ubi continetur alcorani, in duos distributi tomos, Tomus primus, folia, quorum aliquot vacua, 207 implens. Rubras habet vocales. [Laud. B. 97.]

XLIV.

Codex chartaceus, literis Mauritanicis exaratus, continens alcorani, in duos tributi tomos, Tomum alterum, cui folia, quorum vacua non pauca, 150. Initium sit a capite xix. [Laud. B. 111.]

XLV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1025, cHRISTi 1616, exaratus, quo continentur:

i°. Commentarius in Partem alcorani priorem, a nureddino ali ben SHEHABEDDIN AHMED BEN ALI IBN AHMED ALMAHAIMI Contextus, foliis 154 constans.

2°. Poema de mohammedis laudibus, Disticha, quorum singula litera terminantur, 532 complectens, titulum habens: Versus in Ain Desinentes Conditor abdalkerim algili.

3°. Mohammed ibn asaad alsiddlki in nasIreddinI mohammed ben AlhAsan AlthusI de Existentia Dei tractatum animadversiones. Paginas septem libellus continet. [Thurst. 3975, 8.]

XLVI.

Codex chartaceus, eleganter compactus, folia 134 implens. Complectitur AlcorAnum, quem guLLieLmus guise anno christi 1673 exaravit, collatis tribus exemplaribus, binis nimirum Asiaticis, Africano uno [Marsh. 533]

XLVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1026, christi 1616, exscriptus, cui folia 360 sunt. Ibi reperitur Commentarius in alcoranum, Paraphrajs Gelalaini<sup>d</sup> nuncupatus, duos habens auctores: vocatur unus gelaleddin almohali ; alter gelaleddin alsoiuthi. Posterior, quae Scholiis prioris inerant obscura, in bono collocavit lumine. [Grav. 1787, 15.] ,

XLVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1028, christi 1618, exaratus folia 310 complens. Exhibet Commentariorum in alcoranum, Patefactio inceptorum, quos nimirum abulcasem mahmud ben omar alzamakhshari, qui et giaralla, composuit, Volumen primum, in capite desinens octavo decimo. [Pocock. 704.]

XLIX.

Codex chartaceus, caractere Mauritanico, eoque pereleganti, anno Hegirae

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 53

girae 908, christi 1502, exaratus, complectens duo alcorani capita, secundum videlicet, quod integrum non est et tertium. folia habet 57.

[Laud. B.43.]

L.

Codex bombycinus, anno Hegirae 948, christi 1541, praesigni caractere exscriptus, folia 284 implens. Continet alcoranum, in sexaginta partes distinctum. Subjicitur futura ex Literis divinandi methodus.

[Laud. A. 81.]

LI.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 255 habens. Eo comprehenditur Commentarius in alcoranum, Gelalaini dictus, hoc est, a gelaleddino almohali partim, partim a gelaledDINO ALSOIUTHi, COMpOsitUS.

[Pocock. 144»]

LII.

Codex chartaceus, luculente exaratus, foliorum 20. Capita continet alcorani septem, quorum primum quinquagesimum octavum, ultimum Sexagesimum septimum. [Laud. A. 78.]

ALCORANUS EJUSQUE INTERPRETES IN OCTAVO.

LIII.

Codex chartaceus, foliis, quorum aliquot scriptura carent, 80 constans. Complectitur capita alcorani septem et triginta, caractere exarata Mauritanico: primum est lxxvii. [Rawl. 25.]

LIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1025, christi 1614, exscriptus, quo continetur alcoranus, folia 350 complens. [Seld. 3265, 53.]

LV.

Codex chartaceus, nitide exaratus, folia 100 habens. Exhibet Partem alcorani posteriorem, quae incipit a capite ias inscripto. [Marsh. 480.]

LVI.

Codex bombycinus, characterum elegantia et nitore commendabilis, foliorum 80. Complectitur capita alcorani triginta sex, quorum primum septuagesimum octavum. [Seld. 3276, 64.]

LVII.

Codex chartaceus, vetus, foeda exaratus manu, quo comprehenditur Commentarius in lvi priora alcorani capita, folia 215 implens. Auctoris nomen subticetur. [Laud. B. 42.]

LVIII.

Codex chartaceus, luculente, absque anni nota, descriptus, folia 50 efficiens. Exhibet decem et sex ex alcorano capita, quorum postremum nonagesimum quartum. [Marsh. 68.]

LIX.

Codex chartaceus, initio truncus, folia 30 habens. Continet capita alcorani posteriora triginta quinque. [Seld, 3291, 79.]

LX.

Codex bombycinus, vetus, foliis 330 constans. Complectitur alcoranum, manu duplici, recentiori et antiquiori, exaratum, [Rawl. 6.]

LXI.

Codex bombycinus, accurate, sine anni mentione, exscriptus, folia 80 complens. Ibi leguntur sexaginta posteriora alcorani capita. Subjiciuntur preculae quinque. [Seld. 3264, 52.]

LXII.

54 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

LXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 856, chrIstI 1452, exaratus, exhibens Commentarium in alcoranum, foliis 100 comprehensum, cui titulus, Explanatio Locorum difficiliorum. Conscriptit GEMALEDDIN ABULPHARAGI ABDALRAHMAN IBN ALI MOHAMMED BEN ALI ben ALgivzi. [Marsh. 551.]

LXIII.

Codex chartaceus, polite transcriptus, foliis 89 constans. Continet Sequentia ALcoRANI capita, videlicet vI. xxxvI. xLvIII. Lv. lvI. Lxvii. LxxvII. [Thurst. 4013. 46.]

LXIV.

Codex bombycinus, usu detritus, complectens foliis 370 alcoranum, initio et in fine suppletum. [Marsh. 700.]

LXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1089, chrIstI 1678, exaratus, folia 280 implens. Comprehendit alcoranUM, cum precibus, absoluta ejus lectione recitandis. [Thurst. 4012, 45.]

LXVI.

Codex chartaceus, folia 24 habens, ubi repraesentantur capita alcorani duo, tertium scilicet, quod fine, et quartum, quod initio, caret. [Marsh. 588.]

LXVII.

Codex chartaceus, luculente exaratus, quo continentur:

i°. Tria ex alcorano capita, nempe xxix. c. ci. cum interpretatione Latina.

2°. D. JOANNIS epIstolae tres ; D. juDAE epistola una, Arabice. [Rawl. 2.]

LXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 942, christi 1535. exscriptus, foliorum 54. Complectitur ea alcorani capita, quae in precibus a Mohammedanis usurpari solent. [Hunt. 580.]

LXIX.

Codex chartaceus, luculente exaratus, exhibens tria ex alcorano capita, nempe trigesimum sextum, quod Ias inscribitur; lxvii. lxxviii. [Thurst.: 4019, 52.]

LXX.

Codex bombycinus, quantitate molis exiguus, quo continetur alcoranus, caractere Mauritanico, minutissimo, et non nisi armatis oculis legendo, exaratus, 70 paginas efficiens. [Thuest. 4021, 54.]

LXXI.

Codex bombycinus, nitide et compactus et scriptus, foliis 320 constans. Complectitur AlcorANUM, auro in frontiSpicio, et capitum titulis, ornatum. [Maresc. 111.]

LXXII.

Codex bombycinus, pulcherrime exaratus, foliorum 140, in quo occurrunt selecta quaedam alcorani capita, adjectis precibus variis, Turcice explanatis. Incipit a capite sexto. [Laud. A. 31.]

L XXIII.

Codex chartaceus, nitide exscriptus, folia 91 complens. Comprehendit ea ALcoRANI capita, quae in precibus frequentius adhiberi solent. Initium sit a capite Anam dicto. [Laud. A. 10.]

LXXIV.

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 55

LXXIV.

Codex chartaceus, compe exaratus, exhibens nonnulla alcorani capita, cum precatiunculis, Turcice explicatis. [Laud. A. 24.]

LXXV.

Codex bombycinus, pulcherrime descriptus, complectens foliis 85 ea alcorani capita, quae precationis et amuleti apud Mohammedanos locum obtinent. [Laud. A. 21.]

LXXVI.

Codex bombycinus, in capite et calce ornatus auro et colore, ubi reperitur alcoranus, concinne et compactus et scriptus, folia 300 implens. [Marsh. 9.]

LXXVII.

Codex bombycinus, initio mutilus, cui folia 260. Continet alcoranum, eleganter exaratum, et auro in capitum titulis decoratum, qui incipit a capite tertio. [Marsh. 11.]

LXXVIII.

Codex membranaceus, Cuphicus exscriptus literis, exhibens capitum alcorani xii. et xiii. quae scilicet de josepho et Tonitru inscribuntur, fragmenta. [Marsh, 2.]

LXXIX.

Codex bombycinus, mole exiguissimus, comprehendens capita alcorani xxxvi. xxxvii. cix. et quae inde ad extremum sequuntur. Accedunt Nomina divina, cum preculis quibusdam superstitiosis. [Laud. A. 1.]

LXXX.

Codex chartaceus, foliis, quorum quaedam Latinas continent notas, 60 constans. Ibi leguntur alcorani capita xviii. quorum primum est sexagesimum septimum. [Grav. 3796, 24.]

LXXXI.

Codex chartaceus, peregrina totus exaratus manu, fragmentum exhibens ALdoRANI, cum interpretatione Latina. [Rawl. 9.]

LXXXII.

Chartae solutae, fragmenta continentes AlcorAnIcA, poetica et alia. [Laud. D.155.]

LXXXIII.

Alcoranus, secundum triginta ejusdem sectiones, triginta Voluminibus, concinne compactis, constans. [Marsh.33.]

LIBRI THEOLOGICI ET RITUALES

IN FOLIO.

LXXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 999, chrIstI 1590, eleganter exaratus, quo continetur Operis celeberrimi de Scientia Mysteriorum Sectae Malekiticae, cui titulus, Revelationes Meccanae, Tomus primus, folia 385 complens. Dividitur opus integrum in quingenta et sexaginta capita, plures in sectiones abeuntia, ubi Quaestiones variae Theologicae, Juridicae, Ethicae, aliaeque, ad examen revocantur, et diligentissime exponuntur: auctore abuabdalla MohaMMed ben ali, Vulgo Ibn alarabi alhateMI AlthAi. [Laud. A. 158.]

LXXXV.

Codex bombycinus, luculente exaratus, foliis 422 constans, ubi reperitur Operis

56 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

Operis, proxime memorati, Tomus secundus, qui incipit a capite sexagesimo nono ; desinit in ducentesimo sexagesimo nono. [Laud. A. 145.]

LXXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1036, CHRISTI 1626, exscriptus, folia 177 implens. Complectitur Tractatum ex illorum numero, qui Quadraginta nuncupantur: viget enim celebris quaedam apud Mohammedanos traditio, qua fertur Pseudopropheta olim dixisse, quicumque ex meis quadraginta traditiones, ad religionem pertinentes, Fideles docuerit, maximorum Legis Doctorum et Antistitum in Paradiso mercedem consecuturus est. Plurimi, hoc nixi fundamento, Libros quadraginta ejusmodi narrationibus distinctos publica luce donarunt, quos secutus noster hic anonymus totidem in medium traditiones profert. [Laud. A, 153.]

LXXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 834, CHRISTI 1430, exscriptus, folia 508 efficiens. Continet Operis, ubi sub titulo, Revelationes Meccanae, de Mysteriis sectae Malekiticae disseritur, Tomum tertium, cujus initium sit a capite 270, finis in 383. [Laud A. 128.]

LXXXVIII.

Codex bombycinus, polite, omnia anni nota, exaratus, folia 360 complens. Ibi exhibetur Operis gravissimi, et summae post ALCORANUM auctoritatis, quod titulo, Verae et genuinae Traditiones, Acta MoHAMMEDis ejusque Sociorum complectitur, Volumen primum, Libris constans et Sententiis, Legibus item et Paragraphis: Liber primus inscribitur de Revelationis vel Inspirationis principio. Auctor est: ABU ABDALLA MOHAMMED BEN ISMAEL ALBOKHARI, Persa, qui omnia Pseudoprophetae ac Sociorum dicta genuina, rejectis dubiis et falsis, unum in corpus conegessit, idque Traditionum nomine, quae ad bis centum sexaginta et septem millia excrevere donavit. Obiisse fertur in oppido BOKHARA anno Hegirae 256. [Laud. A. 114.]

LXXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 970, CHRISTI 1562, exaratus, comprehendens Operis praecedentis Volumen secundum, quod folia 410 habet. [Laud. A. 150.]

XC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 960 CHRISTI 1552, exaratus, foliis 503 constans, ubi continetur Commentariorum in Syntagma Traditionum ALBOKHARII, qui Stellae fulgentes inscribuntur, Tomus primus, isque bipartitus, destnens in capite, agente de Servo, qui Domino suo certam inscripsit pecuniae summam, qua libertatem redimere posset. Salutatur auctor SHAMSEDDINUS MOHAMMED ALKERMANI. [Laud. B. 79.]

XCI.

Codex bombycinus, scite scriptus, folia 240 implens. Exhibet Commentariorum, proxime memoratorum, Tomum quartum, qui desinit in Libro de Stipulationibus. [Laud. A. 95.]

XCII.

Codex chartaceus, imperita exscriptus manu, folia 196 efficiens. Eo comprehenditur

#### CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 57

henditur Tractatus Clavis Domus Felicitatis nuncupatus, disserens nimirum de praecipuis Sectae Mohammedicae fundamentis, deque vita secundum ALCORANI et Traditionum doctrinam instituenda: auctore SHAMSEDDINO ABUABDALLA MOHAMMED IBN ABUBEKR. [Laud. B. 132.]

XCIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 880, CHRISTI 1475 exscriptus, complectens Operis ALBOKHARII, quod traditionum verarum Collectio nuncupatur, Volumen primum, cui folia 550 sunt. [Pocock. 299.]

XCIV.

Codex bombycinus, eadem qua praecedens manu exaratus, folia 624 complens. Continet Operis, proxime recensiti, Volumen secundum, Exscriptoris nomen GELAL BEN IMAM ALMORSHIDI ALPHARSI. [POCOCK. 300.]

XCV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 602, CHRIS TI 1205, transcriptus, foliis 288 constans. Eo comprehenditur Tractatus Dogmatico-Historicus, ubi sub Inscriptione, Gentium Sectae et Dogmata, omnium ab orbe condito Nationum Religiones et Sectae, una cum earum legibus, moribus, institutis, opinionibus, edisseruntur: auctore ABU ABDALLA MOHAMMED BEN ABD ALKARIM ALSHAHRESTANI, Scholastico, Secta Athario, qui obiisse fertur anno Hegirae 548. Nonnulla, ubi de Samaritis sit sermo, recens suppleta sunt. [Poc. 83.]

XCVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 636, CHRISTI 1238, exaratus, foliorum 150. Ibi repraesentatur Liber, Collectio Concionum Nobaticarum inscriptus, varia complectens Concionum exempla de morte, de resurrectione, de transactione et consummatione mundi, de mensibus sacris, de praeliis religionis ergo gerendis, de matrimonio, de peste, de oratione et eleemosyna, aliisque: auctore ABU JAHIA ABDALRAHIM BEN MOHAMMED BEN ISMAEL BEN NOBATA ALPHARKI, celeberrimo apud Mohammedanos concionatore. Natus dicitur in urbe Mesopotamiae MIAPHARKIN anno Hegirae 337. [Pocock. 232.]

XCVII.

CodeX bombycinus, polite descriptus, quo comprehenduntur.

i°. Opusculum elenticum de Dei unitate, inscriptum, Christianos confundendi Methodus, paginis 30 constans. Auctor ABDALAZIZ ALDIRINI.

2°. Historia urbis DAMIATAE, praesidorumque ejus, ex MACRIZIO transcripta, Folia 42 complens.

3°. Dialogus disquirens, num liceat Christianis Scribarum et Publicanorum apud Mohammedanos munere fungi. Habet folia 40.

4°. Poema de Religionis Mohammedicae praestantia, Monitum elegans dictum, folia 9 implens. [Pocock. 361.]

XCVIII.

Codex bombycinus, fine decurtatus, foliis 210 constans. Complectitur Commentarium

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 58

mentarium anonymi, cum notis marginalibus, in quoddam Theologiae Scholasticae Compendium, cui Stationes titulus. Statio tertia et quarta desiderantur: quinta de Rebus Metaphysicis inscribitur. [Pocock. 200.]

XCIX.

Codex bombycinus, litera Mauritanica, praestantissima, anno Hegirae 1050, CHRISTI 1640 exaratus, quo continetur Operis ALBOKHARII, quod Genuina Traditionum Collectio appellatur, Tomus primus, coloribus et auro Fulgentissimo decoratus, Folia 224 efficiens. [Seld. 3170, 37.]

C.

Codex partim bombycinus, chartaceus partim, Folia 110 complens. Complectitur Tractatum de rebus, ad Asceticam et Mysticam Theologiam relatis, titulo, Homo Perfectus. Absolvitur capitibus Supra Sexaginta tribus: primum disserit de Essentia divina; Secundum, de Nominibus divinis in genere; postremum, de Religionibus variis. Composuit ABDALKARIM ALGILI. [Hunt. 97.]

CI.

Codex bombycinus, tineis mancipatus, folia 236 habens, ubi reperitur Operis, Vera Traditionum Collectio dicti, Pars quarta : auctore ALBOKHARI <sup>p</sup>. [Seld. 3191, 58.]

CII.

Codex bombycinus, anni carens nota, ubi continentur:

1°. Tractatus, Fax Luminum nuncupatus, quo probatur, proprie et vere sic dictum Lumen nonnisi solum Deum esse: auctore ABU HAMED MOHAMMED BEN MOHAMMED ALGAZALI . Folia habet 27.

2°. AvicENNAE de Definitionibus et Quaesitis Libellus.

3°. ABU NASR MOHAMMED ALPHARABI de Sapientum Republica Liber, cui titulus: Civitas Praecellens. Agitur ibi primo de Deo ejuSque attributis: postea, de rebus naturalibus; postremo, de iis, quae posita in arbitrio nostro Sunt. Folia 49 continet.

4°. Sententiarum variarum, ad Regimen politicum spectantium, Collectio: eodem auctore. [Hunt. 307.]

CIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 729, CHRISTI 1328, exaratus, foliis 172 constans. Ibi reperitur Operis ALBOKHARII, quod Genuinarum Traditionum Collectio vocatur, Pars quarta, eaque ultima, Traditiones 7275 exhibens. Exscriptoris nomen MOHAMMED BEN AHMED ALGOZULI. [Hunt. 73.]

CIV.

Codex chartaceus, nitide et scriptus et compactus, folia 92 complens. Theologiam complectitur Asceticam, qua nimirum docetur, quomodo contra Mundum, Diabolum et Carnem, pugnandum sit, titulo: Via recta Adoratorum ad Paradisum. Auctor est ABU HAMED MOHAMMED BEN MOHAMMED ALGAZALI. [Marsh. 214.]

CV.

Codex bombycinus, foliorum 60, quo comprehenduntur:

10. Quaesita quaedam et Responsa de Adorationis sive Inclinationum et Prostrationum ritibus. Libellus 9 paginis constat.

2°. Trac-

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 59

2°. Tractatus de temporum cognoscendorum ratione, cui titulus: Sapphiri. Composuit IBRAHIM IBN ALI IBN MOHAMMED BEN MANSUR BEN GAVAS ALASBAHI.

3°. Dialogus Juridicus, hoc praenotatus titulo : Fontes Quaestionum momentosissimarum. Hujus auctor ABU ZAKARIA JAHIA. [Marsh. 134.]

CVI.

Codex bombycinus, absque anni exaratus mentione, folia 220 implens. Eo continetur APHIKEDDINI ALTELMESANI in Theologiae Scholasticae, Stationes dictae, Compendium, quod MOHAMMED BEN ABDALGIABBAR ALNOFFAZI confecerat, commentarius. [ Marsh. 166.]

CVII.

Codex bombycinus, anni destitutus nota, quo continentur:

i°. Opusculum anonymi de Ritibus, in habenda concione servandis, capita xii. folia 8, complectens.

2°. Narrationes variae, ad morum doctrinam pertinentes. Constat libellus 4 foliis.

3°. Quaestiones elegantes de Haereditatibus sive de eriscundae Familiae causis et judicio.

4°. Carmina varia, quorum postremum, quod BEN DORAID sub titulo Macsura edidit, laudes continet ABDALLAE BEN MIKAL.

5°. ALBEIDHAVI Recta Via sive de Religionis principiis tractatus, folia 20 efficiens.

6°. Tractatus de subfultus seu palpitationis membrorum subitaneae significationibus. Auctor non nominatur.

7°. Excerpta ex TAGEDDINI BEN ATAALLA Alexandrini Libro, hunc prae se serente titulum : Coeleste Lumen de Dejectione Consilii humani <sup>m</sup>.

8°. Pars prima Historiae, Victoriosa dictae: ubi de MOHAMMEDIS Genealogia, nativitate, rebus gestis. Auctor MOHAMMED ABUBEKR ALCAMAHI [Marsh 109.]

CVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 796, CHRISTI 1393, exaratus, folia 228 complens. Continet Theologiam Scholasticam, in qua, nimirum, sub Stationum titulo, de Deo, ejusque attributis, de Prophetia, de nocturno MOHAMMEDIS itinere, itemque de Fide et miraculis, disserit ALCADHI ADHAD ALHINDI <sup>p</sup>. Cingitur anonymi commentario. [Marsh. 330.]

LIBRI THEOLOGICI ET RITUALES IN QUARTO.

CIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 748, CHRISTI 1347, exscriptus, foliis 150 constans, quo continetur Opus, hoc signatum titulo: Liber de Resuscitatione et Resurrectione, in LXIX capita distinctum: multa ibi de mundi consummatione, de Gog et Magog, de Pseudoprophetae intercessione. Veritas AlCorani et traditionum testimoniis confirmatur. Auctor ABUBEKR AHMED BEN ALHO-



60 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

ALHOSAIN ALBEIHAKI A. [Thurst 3979, 12.]

CX.

Codex chartaceus, nitide exaratus, foliorum 149. Commentarium complectitur in MOHAMMEDIS BEN ABDALGIABBAR ALNOFFAZI Stationes sive Tractatum de Theologia Scholastica: auctore AFIKEDDIN ALTELMESANI [Thurst. 3971, 4.]

CXI.

Codex chartaceus, anno Hegirae 967, CHRISTI 1559, exaratus, ubi occurrunt:

1°. Tractatus de Mensis Ramadhan, Jejunii item et precum, quae illo peraguntur tempore, praerogativis, foliis 32 constans. Confecit ABULREGIA MOKHTAR BEN MAHMUD ALZAHIDI <sup>D</sup>.

2°. Sententiae morales, e Concionatoribus et Poetis collectae <sup>E</sup>. Liber folia habet 18.

3°. Opusculum de Deo uno, illiusque attributis: auctore JAHIA ESENDI <sup>F</sup>.

4°. Formula Testamentorum duplex, cum anonymi in Suram Kaf animadversionibus. [Marsh.

53.]

CXII.

Codex bombycinus, caractere transcriptus Africano, folia 144 implens. Tractatum exhibet de vera et recta Deum colendi et adorandi ratione, in capita septem distinctum, inscriptumque, Regia Via Servorum Dei ad Paradisum. Auctor ABU HAMED ALGAZALI. [Marsin 112.]

CXIII.

Codex bombycinus, luculente exaratus, foliorum 104, quo comprehenditur Opus Dogmatico-Morale de Creatione et Resurrectione, itemque de naturali hominis ad Deum colendum obligatione, titulum hunc prae se serens: Faedus Deum inter et Homines. Auctoris nomen incompertum [ Marsh. 5630]

CXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1026, Christi 1616 exaratus, ubi reperiuntur:

1°. Doctoris ALNASAFI de praecipuis Religionis Mohammedicae capitibus, quae Articuli Fidei inscribuntur, libellus, ab incerto explanatus auctore, foliis 30 constans,

2°. Catalogus Doctorum Sectae Haniphiticae celebriorum, 30 folia complens.

3°. Narrationum et Traditionum Propheticarum collectio, 75 folia efficiens. [Marsh. 565.]

CXV:

Codex chartaceus, anno Hegirae 1016, Christi 1607, exscriptus, quo continetur Opus Theologico-Mysticum, capitibus Lxiii. foliis 155, comprehensum, cui titulus: Homo Perfectus. Composuit ALI BEN ABDALKARIM ALGILI, Suphita. [Seld. 3271, 59.]

CXVI.

Codex chartaceus, caractere Mauritanico

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 61

tanico anno Hegirae 922, CHRISTI 1516, exaratus, ubi occurrunt:

10. Explanatio in Tractatum quendam de Deo uno, initio, ut et auctoris nomine, carens.
- 2°. Commentarius in ABULABBAs AHMED BEN ABDALLAE de Fidei Mohammedicae capitibus Poema, 142 folia implens. Auctor MOHAMMED BEN JUSOF ALSANUSI ALHASANI.
- 3°. Libellus de Divinis Nominibus, cum explanatione, 26 folia implens.
- 4°. ABULFADHL GELALEDIN ALSOLUTHI Carmen, ad Religionem pertinens. [Thurst. 3974, 7.]

### CXVII

Codex bombycinus, luculente exaratus, ubi habentur:

- 1°. Opus de Traditionum Scientia, initio et fine truncum, folia tamen no habens, cui recentior manus hunc praefixit titulum : Illustre Specimen GELALEDINI
- 2°. Fragmentum Grammaticale, commentario illustratum, folia 28 complens.
- 3°. Tractatus de Purificationis ritibus, 20 folia efficiens. [Marsh. 108.]

### CXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 854, CHRISTI 1450, descriptus, ubi conspicitur anonymi in ALBEIDHAVI Tractatum Theologicum, Ortus Luminum dictum, Commentarius, folia 162 implens. [Laud. D. 24.]

### CXIX.

Codex chartaceus, litera exaratus Mauritanica, foliis 75 constans. Tractatum continet, hoc praenotatum titulo: Demonstrationes Bonorum et Origines Splendorum <sup>s</sup>, ubi de illa disseritur appreciatione, quam Mohammedani Pseudoprophetae nomini adjungere solent, scilicet, Supra eum sit Misericordia Dei et Pax. Auctore salutatur ABu ABDALLA BEN SOLIMAN ALGLOZULI [Pocock. 93.]

### CXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1012, CHRISTI 1603, exaratus, quo continentur :

10. Mille et quingenta Alcoranica et Prophetica Dicta, ad Religionem et morum doctrinam pertinentia, quibus titulus: Dona Eximia <sup>s</sup>. Collegit, ordineque Alphabetico digessit, ABU ALI ALMOTTAKI ALHINDI.
- 2°. Mille et ducentae Traditiones, ad mores relatae, quas, sub Manifestarum Veritatum titulo, publici fecit juris ALSHEHAB ALCODHAI <sup>k</sup>.
- 3°. Opusculum 15 foliorum, praecepta complectens de ratione vitae ab omni peccati labe servandae, titulo, Liber Effatorum. Auctor AHMED IBN MOHAMMED BEN ABDALKARIM IBN ATAALLA.
- 4°. Libellus, Victoria Misericordis nuncupatus, Scholia continens Doctoris ABU JAHIA ZAKARIA ALANSARI Shapheitae, in ALVALI RASLANI, Damasceni, de Unitate Dei tractatum. Folia ii complet.
- 5°. Tractatus anonymi de rebus ad Mundum hunc et alterum pertinentibus, cui titulus: Duplex Lumen. Habet folia 18.
- 6°. Liber

62 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

6°. Liber de commemoratione Nominis Dei, his concepta verbis: Non est Deus, nisi Deus, folia 68 implens. Titulus: Clavis, Felicitatis et Fax Spirituum \ Composuit TAGEDDINUS ALSEKENDERI.

7°. Preces pro singulis Hebdomadae diebus, contextae a MOHIEDDINO BEN ALARABI ALHATEMI ALTHAI <sup>c</sup>. [Pocock. 78.]  
CXXI.

Codex bombycinus, non una exaratus manu, ubi occurrunt:

1°. Tractatus Theologico-Moralis, foliis 37 constans, cui titulus: Elementaria Institutio Auctoris nomen abest,

2°. Liber 27 foliorum, Spiritus Alahiae appellatus, hoc est, Epitome Operis Ethici, celeberrimi, ab ALGAZALI sub titulo Alahia in vulgus emissi: exscriptus anno Hegirae 708, CHRISTI 1308. Auctor vocatur ABULABBAS AHMED BEN MUSA BEN JUNOS <sup>f</sup>.

3°. Precationum et amuletorum formulae: habet liber folia 34. [Pocock 240.]  
CXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1006, CHRISTI 1597, exaratus, cui folia 175. Eo comprehenditur Opus Theologico Philosophicum, Praefatione, et quatuor partibus, plura in capita distinctis, constans. Prima disserit de Tabula, Calamo, Throno Dei, Paradiso, Coelis, Stellis, Sole, Luna, Angelis, Meteoris; secunda, de Terra, ejus figura, longitudine, latitudine, de Climatibus, fluminibus, maribus, insulis, de Protoplastis, religionum ortu; tertia, de Vita, aerumnis, morte, <sup>e</sup>t ubi post discessum a corpore commoratur anima; quarta, de Resurrectione, praemiis et poenis. Titulus est: Thesaurus Arcanorum et Flos Cogitationum. Conscripsit ABU ABDALLA MOHAMMED BEN SAID BEN OMAR BEN SAID ALSANHAGI, Vulgo IBN MESHAHED <sup>h</sup>. [Pocock. 60.]

CXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 774, CHRISTI 1374, exscriptus, qui habet folia 130. Tractatum complectitur de Theologia Scholastica, hoc signatum titulo: Paginae Divinae, illumque Commentario, qui Notitiae Divinae inscribitur, illustratum. Utriusque auctor SHEMSEDDINU S MOHAMMED ALSAMARCANDI. [Marsh. 274.]

CXXIV.

Codex chartaceus, anno CHRISTI 1645 a NICOLAO PETRI FILIO, Alepino, nitide exaratus, ubi occurrunt:

1°. Opus de Religionis Mohammedicae veritate adversus Christianos et Judaeos, hunc prae se gerens titulum: Responsa praestantia ad Quaesita impia. Absolvitur 156 foliis, et quatuor partibus. Prima ostendit, in S. Scriptura veras occurrere contradictiones, Secunda Christianorum et Judaeorum argumenta prosternit. Tertia varia illis loca, ex V. et N. T. adducta, opponit. Quarta in stabilienda Pseudoprophetae missione occupatur. Auctor SHEHABEDDIN ABULABBAS AHMED BEN EDRIS ALSANHAGI ALMALEKI <sup>n</sup>.

2°. Mohammedani de eodem argumento ad Epistolam Christianorum Cypriorum

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 63  
priorum Responso, 92 folia complens. [Marsh. 40.]  
CXXV.

Codex bombycinus, imperita exscriptus manu, folia 166 complens. Ibi reperitur Tractatus, ea complectens. quae ad consequendum Paradisum creditu et factu necessaria sunt, titulo, Mandatorum Divinorum Observatio et Executio. Auctor vocatur ABU ABDALLA ALHARETH BEN ASAD ALMOHASIBI <sup>B</sup>. [Hunt. 611.]

CXXVI.

Codex bombycinus, duplici exaratus manu, ubi leguntur:

1°. Opusculum SHERSEDDINI DAUD BEN MAHMUD BER MOHAMMED ALRUMI ALCAISARI de Dei existentia, illiusque nominibus et attributis, 15 folia complens.

2°. SHERSEDDINI ALFARGANI IN SHERSEDDINI ABI HAFS OMAR, Vulgo IBN ALFAREDH, de Amore divino Poema, quod Religionis Fertum vocitatur, Commentarius, hoc insignis titulo: Figuratorum Dictorum Enodatio. Habet folia 90. [Marsh. 370.]

CXXVII.

Codex bombycinus, caractere exaratus Africano anno Hegirae 1037, CHRISTI 1627, ubi occurrunt:

10. Collectanea de creatione Caeli et Terrae, Hominum et Spirituum, Paradisi et Gehennae, itemque de Prophetarum rebus gestis. Continet liber 160 folia. Auctor est ABU MOHAMMED ABDALLA ALKESAI.

20. Traditiones Propheticae, Narrationes variae, secundum septem septimanae dies digestae. Opus folia habet 50. Edidit MOHAMMED ABUNASR BEN ABDALRAHMAN ALHAMADANL <sup>H</sup>.

3°. Historia JOSEPHI Patriarchae, et quid ei cum Fratribus suis acciderit, folia 42 complens. [Marsh. 188.]

CXXVIII.

Codex bombycinus, luculente exaratus, foliorum 88. Tractatum complectitur, commentario anonymi munitum, de praecipuis Religionis Mohammedicae capitibus, titulo, Articuli Fidei, qui auctorem habet NAGIMEDDIN OMAR ALNASAFI. [Laud. A. III.]

CXXIX.

Codex bombycinus, nitide exscriptus, foliis 280 constans. In eo occurrit Opus Philosophico-Theologicum, commentario anonymi illustratum, atque sex Sectionibus, quae Theses Fundamentales dicuntur, comprehensum: prima agit de Rebus universalibus; secunda, de Substantiis et Accidentibus; tertia, de Deo, ejusque attributis; quarta, de Prophetia; quinta, de Summorum Pontificum dignitate; sexta, de Mortuorum resurrectione, Judicioque ultimo. Auctor NASEREDDIN MOHAMMED BEN MOHAMMED ALTHUSI. [Laud. B. 85.]

CXXX.

Codex chartaceus, litera Mauritanica exaratus, ubi reperitur:

i°. Anonymi de Dei unius cultu libellus,

64 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

lus, foliis II constans. Titulus ejus: Pracipuus Fidei Articulus.

2°. ABU ABDALLA MOHAMMED BEN ABU ZEID ABDALRAHMAN ALHUDHI <sup>b</sup> de illa clausula, quae, recitato Pseudoprophetae nomine, subjungi solet, 146 folia complens.

3°. Poema in MOHAMMEDIS laudem, Borda nuncupatum. [Pocock. 53.]

CXXXI.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1090, CHRISTI 1679, transcriptus, foliis 155 constans. Opus exhibet antichristianum, ab ABULFADHL ALMALEKI ALSOUDI <sup>c</sup> anno Hegirae 942 consecretum: qui in Prologo terminos quosdam, ut Evangelium, Pater, Filius, explicat; decem deinde capita, in quae Liber abit, Christianis opponit; in corollario denique Pseudoprophetae missionem asserit, stabilit. Multa ibi ex ABULBECAE sALEH BEN ALHOSAIN ALGIAAFARI Libro, Pudefactio Evangelii dicto, deprompta. [Hunt. 549.]

CXXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 847, CHRISTI 144], exaratus, quo comprehenditur Theologiae Polemicae summa adversus septuaginta et duas in Iflamismo Sectas, Folia 140 complens, huncque titulum prae se serens: Confutatio Novatorum, Dogmatumque falsorum, perniciosorum. Composuit ABU MOTHY MAKHUL BEN ALFADHL'. [Pocock 271.]

CXXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 703, CHRISTI 1303, exscriptus. ibi habentur:

10. Libellus Theologico-Pilosophicus, quem ABU HAMED MOHAMMED BEN MOHAMMED BEN AHMED ALGAZALI ALTHUSI <sup>f</sup> composuit, inscripsitque: Cognitiones Intellectuales et Medulla Sapientiae Divinae. Continet folia 17.

2°. Philosophus autodidactus sive Epistola ABI GIAAFAR BEN TOFAIL de HAI BEN JOKDHAN, in qua ostenditur, quomodo ex inferiorum contemplatione ad superiorum notitiam Ratio humana ascendere possit. [Pocock. 263.]

CXXXIV..

Codex bombycinus, initii expers, quo comprehenduntur:

i°. Fragmentum Commentarii Theologici, 16 foliis constans, agensque de Deo, de Angelis, de animae post: mortem statu.

2°. Anonymi Scholia in SHEMAEDDINI ALSAMARCANDI <sup>l</sup> de disputandi methodo tractatum, folia 36 complentia. [Laud. C. 29.]

CXXXV.

Codex chartaceus, et initio et fine truncus, cui folia 68. Traditiones complectitur Propheticas, narrationes varias, Sententias morales, itemque nonnulla, ad historiam MOHAMMEDIS, ejusque sociorum pertinentia. [Laud. D. 21.]

CXXXVI.

Codex bombycinus, non consignato exaratus anno, ubi occurrunt:

1°. Opus anonymi criticum de variantibus

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 65

antibus ALCORANI lectionibus, folia 55 complens. Titulus: Decem Lectorum Lectiones.

2<sup>o</sup>. Tractatus Theologico-Moralis, inscriptus, Elementaria Directio ad Viam Salutis, folia 66 efficiens. Auctor ABDALCADER. [Marsh. 625.]

CXXXVII.

Codex bombycinus, luculente, omisa anni nota, exscriptus, folia 175 implens. Complectitur IBRAHIMI BEN MOHAMMED BEN IBRAHIM Alepini Commentarium in SHEDIDEDDIN ALCASHGARII Tractatum, qui Votum Precantis et Lucrum Afflicti inscribitur: ubi de ritibus, conditionibus et fructu, Orationis, quae e Legis Mohammedicae praescripto singulis diebus quinquies peragi solet. [Marsh 365.]

CXXXVIII.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, quo continentur:

i<sup>o</sup>. Opusculum 10 foliorum de pietatis officiis et de recto verborum horum sensu: Non est Deus nisi Deus. Exaravit ABU MOHAMMED BEN ABDALLA ALNAGIAMI.

2<sup>o</sup>. Libellus totidem foliorum de vero Dei cultu, inscriptus: Velum demissum et Tutamen a lapsu. Auctor ABDALLA BEN ALI BEN ABDALLA, Mosulensis.

3<sup>o</sup>. Dissertationes tres Philosophico-Theologicae, ex Opere, Ekhvanalsafa dicto, depromptae.

4<sup>o</sup>. Tractatulus de Pseudoprophetae Sociis, in Monte Meccano, Alhagiun nuncupato, sepultis, cui titulus : Excitatio Ignavi ad Visitationem Hagiuni. Composuit MOHAMMED BEN JACUB ALFIRUZABADI h. [Marsh. 524.]

CXXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 694, CHRISTI 1294, exaratus, foliis 258 constans. Opus continet exegeticum in quo nimirum varia Sermonum publicorum habendorum exempla, a BEN NOBATA conscripta et edita, Commentario, Exegesis dicto, illustrantur : auctore IBRAHIM BEN HEBATALLA ALBAREZI ALHAMAVI, Shapheita, qui anno Hegirae 734 extinctus. [Pocock. 282.]

CXL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 835, CHRISTI 1431, exscriptus, quo comprehenditur Commentarius in ALBEIDHAVI Theologiam Philosophicam, Ortus Luminum nuncupatam, folia 178 complens. Auctor ALIBRI. [Marsh. 585.]

LIBRI THEOLOGICI ET RITUALES IN OCTAVO.

CXLI.

Codex chartaceus, characteribus exaratus Mauritanicis, foliorum 90. Librum continet, ubi de illa agitur appreciatione, quae Pseudoprophetae adjungi nomini solet. Conscripsit ABU ABDALLA MoHAMMED ALGIOZULI. [Maresc. 82.]

CXLII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 871, CHRISTI 1466, transcriptus, folia 230 implens. Ibi exhibetur ALBEIDHAVI Tractatus Theologicus, Ortus Luminum

66 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

minum appellatus, cum Commentario, Fontes Meditationum inscripto. Commentator salutatur SHEMSEDDIN MAHMUD ALESFAHANI <sup>8</sup>, qui anno Hegirae 749 vivere desiit. [Pocock 82.]

CXLIII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1062, CHRISTI 1651, exaratus, ubi occurrunt:

i°. Compendium de Sacris Mohammedanorum ritibus, 62 folia complens. Auctorem habet ALGAZNAVI.

2°. Tractatus 26 foliorum de Precibus, e legis praescripto quotidie peragendis, compositus ab ABULAIITH SAMARCANDI, inscriptusque, Praeparatio ad Preces.

3°. Libellus de precatione legitima, ejusque conditionibus et ritibus. Quatuor habet paginas. [Maresc. 71.]

CXLIV.

Codex bombycinus tineosus, Tractatum complectens de Dei nominibus et attributis, anno Hegirae 863, CHRISTI 1458, exaratum, qui folia complet 110.

Consecit MOHAMMED BEN OMAR BEN ALHOSAIN ALRAZI <sup>6</sup>. [Hyp. Bodl.3748, II]

CXLV.

Codex bombycinus, duplici scriptus manu, ubi continentur:

i°. Anonymi de oratione recte peragenda Epitome <sup>h</sup>, foliis 22 constans.

2°. Quadraginta Propheticae traditiones, ad Religionem et mores pertinentes. Libri sinis deest.

3°. Tractatus de Calamo scriptorio, 25 folia implens. [Pocock. 37.]

CXLVI.

Codex bombycinus, ubi reperitur:

1°. Libellus, preces quasdam, quibus mala depelli, bona procurari queunt, continens.

2°. Fragmentum Grammaticale, Turcice explicatum: octo folia habet. [Laud. A. 76.]

CXLVII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 979, CHRISTI 1571, exaratus, ibi continentur:

i°. Opusculum 10 foliorum de Scribarum Pseudoprophetae virtutibus, deque ALCORANI divinitate, inscriptum: Sufficit pro dirigi volentibus. Composuit MOHAMMED BEN AHMED BEN MOHAMMED BEN GEMAELEDDIN SECAICAR, Damascenus.

2°. Ejusdem Votum Interrogantis sive Responsio ad binas circa peccandi rationem quaestiones, ipsi ab ALFADHELO ABDALRAHMAN ALBATRUNI propositas, 5 folia implens.

3°. Ejusdem de Latruncolorum lusu, illiusque prae Nerdiludio praestantia, tractatus, cui titulus: Fragens Rosae Alabaster. Folia 15 habet. [Pocock. 16.]

CXLVIII.

Codex chartaceus, foliis 29 constans. Complectitur precationes aliquot supersticiosas Arabice et Turcice conscriptas. [Laud. A. 13.]

CXLIX.

Codex bombycinus, quantitate molis exiguus, preces continens varias, easque super-

CODICES MANUS CRIPTI ARABICI. 67

Superstitiosas: addita Turcica earum interpretatione. [Pocock. 4.]

CL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 870, christi 1465, exaratus, ubi habentur:

Dicta Prophetica ad Fidem, Precationem, Peregrinationem sacram et Resurrectionem, pertinentia, quibus titulus: Monitum de Traditionibus, a moslemo in Libro suo, Sahih dicto, inter dubias relatis. Collegit borhaneddin abulvafa ibrahim ben mohammed ben alagemi, Alepinus.

2°. Tractatus de Sacra purificatione, ejusque conditionibus et ritibus, 20 folia complens. Auctor borhaneddin alsubini.

3°. Series Doctorum, quorum ope traditiones ad posteros pervenere. [Marsh. 648.]

CLII.

Codex bombycinus, elegantissime exscriptus cui folia 277. Preces continet partim Arabice, Partim partim conscriptas, quarum pleraeque superstitionem, nonnullae et magicas artes, redolent. Initium ab illis sit precibus, quae septem Castella nuncupantur. [Marsh. 14.]

CLII.

Codex chartaceus, anni carens nota, quo continentur:

i°. Commentarius in Doctoris abulabbas ahmed ben abdALLa ALgezAIrI de essentia Dei, ejusque unitate et attributis, Poema, 103 folia complens. Commentator Abu abdalla mohammed ben jusef alsanusI alhasanI.

2°. Aphorismi Juridici, Scholiis illustrati<sup>6</sup>. Constat libellus 12 foliis. [Marsh. 615.]

CLIII.

Codex bombycinus, perita exaratus manu, foliis 88 constans. Ibi reperitur Tractatus, Demonstrationes Bonorum et Origines Splendorum inscriptus, quo nimirum abu abdalla algiozuli de illa disserit appreciatione, quae Pseudoprophetae a Mohammedanis adjungi nomini solet. [Marsh. 79.]

CLIV

Codex chartaceus, litera exscriptus Mauritanica, foliorum 80. Complectitur preces varias, quarum eae postremum occupant locum, quae septem Palatia appellari solent. Occurrit praeterea ibi Carmen Borda, quo mohammed laudatur. [Marsh. 3.]

CLV.

Codex bombycinus, caractere lectu facili exaratus, ubi continentur:

i°. Tractatus Dogmatico-Moralis, inscriptus, Recta Via Servorum Dei foliis 100 constans. Contextuit abu hamed algazali.

2°. Ejusdem Margarita Pretiosa sive Libellus de iis, quae ad alteram pertinent vitam, praecipiens. folia habet 34.

3°. Liber 24 foliorum, Dicta sive Effata exhibens Prophetica, ad religionem



68 CODICES MAN USCRIPTI ARABICI.

onem ac pietatem spectantia: auctore ibn ataalla AlescAnderI.

4°. Compendium Operis, cui titulus: Gemma Solidae, disserens per folia 28 de precum utilitate et fructu. Sequuntur Carmina, Pseudoprophetae laudes canentia. [Marsh. 632.]

CLVI.

Codex chartaceus, duplici scriptus manu, ubi leguntur:

i°. Altamimi Utilitates Capitem Alcoranicorum hoc est, Tractatus ejus de illis alcorani locis, quae a Mohammedanis amuletorum instar gestari solent, 140 folia implens.

2°. Alhasan ben mohaMMed ben Alhasan altunI de recta alcoraNuM legendi ratione, folia 20 habens. Libelli titulus: Ornamentum Lectoris. [Seld. 3299, 37.]

CLVII.

Codex bombycinus, non uno exaratus tempore, quo comprehenduntur,

1°. Opus, cui Quadraginta titulus, hoc est, quadraginta Pseudoprophetae Traditiones, quae Mohammedanis authenticae habentur, complectens. Collegit takIeddIn abulthaleb MohaMMed ben ahMed ben alI alhasanI Alfasi almalekl.

2°. Libri duo ejusdem lemmatis: unum vulgavit gelaleddin abulfadhl AbdAlrAhmAn AlbAlkini; alterum, shemseddin abu abdalla mohAmhed alcaisi.

3°. Scriptum, hoc praenotatum titulo: Monitum ad ignarum de Absolutione BEN ARABI Ibi gelaleddin AbdAlrAhmAn illis se opponit, qui ben arabI, cujus obitus in annum incidit Hegirae 656, impium atque Christianis et Judaeis insideliorem clamavere. Habet folia 11.

4°. NegImeddIni de armis spiritualibus, illisque adversus Satanam utendi modis, tractatus, foliis 22 constans. Sequuntur Analecta Theologica et Moralia:

5°. Liber Paraeneticus sine auctoris nomine, dicta scilicet et exempla, quibus contractus moerore animus ab angore abducitur, continens. Titulum habet: Erectio Animorum in Amissione Filiorum.

6°. Excerpta varia, ad pietatis imprimis studium et exercitium pertinentia.

7°. Tractatus de Quaestionibus, circa Haereditatis jus oriri solitis, 32 folia complens. Composuit mohammed alcarshI.

8°. Collectanea ad Theologiam, Jurisprudentiam, precesque rite peragendas, spectantia.

9°. Alocaili hanballItae de Grammatica Carmen, Margarita dictum. [Marsh. 583.]

CLVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 877, christi 1472, exaratus, ubi continentur:

i°. Opus, Instructio Incauti de Impietate ibnarabi inscriptum, ea refellens 44 foliis coarguensque deliramenta et mendacia, quae ibn arabI in Mystica sua Theologia, FOCUS Alhekam nuncupata, protulit. Auctor salutatur abulhasan ibrahim ben omar ben ali albocai

2°. Ejus-

CODICES MANOSCRIPTI ARABICI. 69

20. Ejusdem Opus, hoc praeditum titulo: Demonstratio Veritatis adversus Infidelitatem ibn alfredhi Auctor ibi Carmen hujus Poetae religiosum, quod Nadham Alfoluk inscribitur, ad examen revocat, quaeque in eo cum orthodoxae Fidei principiis pugnant, fortissime refutat. Foliis constat 240. [Marsh. 642.]

CLIX.

Codex chartaceus, impolita manu exscriptus, ubi occurrunt:

i°. Mosis cum Deo in monte Sinae colloquium, foliis 18 constans: nectuntur ei preces superstitiosae.

2°. Synopsis Juridica juxta placita eorum, qui Sectae se Shapheiticae addixerunt\ Composuit abu shagia ahmed ben ahmed alesfahani. [Hunt. 585.]

CLX.

Codex chartaceus, anni carens nota, foliorum 30. Tractatum complectitur superstitiosum de occulta Psalmorum vi et efficacia, adjunctis certis characteribus magicis: ubi Psalmus primus, rite adhibitus, partum abigere dicitur; ultimus, qui est cxlvii. omnem lippitudinem tollere. Nugarum auctor non nominatur. [Hunt. 575.]

CLXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 954, christi 1547, exaratus, exhibens shehabeddinI abulabbas ahmed. Ben AlaMad alacfahi de precibus rite peragendis libellum, cui folia sunt 10. Inscribitur: Arcanorum Manifestatio. [Marsh. 69.]

CLXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 757, christi 1356, transcriptus. Eo comprehenduntur Psalmi davidis, Regis Clarissimi, a piis orthodoxisque Sectae Haniphiticae Doctoribus, qui in linguis Hebraea, Graeca et Latina, versatissimi erant, Arabicae consuetudini traditi. Est opus confictum, et sexcentis ineptiis refertum. [Hunt. 515.]

CLXIII.

Codex chartaceus, litera Mauritanica anno Hegirae 1020, christi 1611, exaratus, cui folia 213. Meditationes continet pias, preces varias, et illa alcorani loca, quibus Dei exprimitur laus. [Seld. 3215, 3.]

CLXIV.

Codex bombycinus, polite, non consignato anno, exscriptus, foliis 225 constans. Ibi reperitur Theologia Didactica, varios in tractatus, suis singulos titulis decoratos, distincta, ubi inter alia decem de Lege, totidemque de Evangelio, quaestiones dissolvuntur. Primus tractatus ita inscribitur: Gradus Salutis Orthodoxorum, et Scala Vitae Fidelium. Nullum de auctore verbum. [Marsh 221.]

CLXV.

Codex chartaceus, caractere Africano exaratus, ubi leguntur :

i°. Triginta et septem Laudationes, hoc est, loca alcorani, quibus occurrit: Non est Deus nisi Deus. Sequuntur Nomina divina. Auctor abulhasan alshadheli.

2°. Carmen in Laudem mortalium Optimi, Stellae Fulgentes nuncupatum, quod et Borda vocari solet.

3°. Traditiones Propheticae, itemque preces, e variis alcorani locis petitae.

40. Car-

70 CODICES MAN USCRIPTI ARABICI.

4°. Carmen anonymi, cujus singuli versus litera terminantur. Pseudoprophetae laudes continet. [Seld. 3300, 18.]

CLXVI.

Codex bombycinus, eleganter descriptus, foliorum 140. Orationes complectitur varias, Arabice et Turcice conscriptas, quarum nonnullae supersticiosae. Praemittitur alcorani caput Ias. [Thurst.: 4023, 56.]

CLXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1104, christi 1692, exaratus, foliis 104 constans. Eo continetur Opus, prologo, decem capitibus et corollario, comprehensum, in quo Christiana Religio ex Sacris V. et N. T. Libris impugnatur, et Pseudoprophetae ex miraculis, quae patrauerat, missio asseritur: auctore abulfadhl almaleki alsoudi. Subjicitur Decalogus. [Marsh. 620.]

CLXVIII.

Codex chartaceus, folia 78 complens. Continet preces, et nonnulla alcorani capitula, quae amuletorum instar ad collum, vel intra sinum, aut et alibi, gestari solent. [Pocock. 21.]

CLXIX.

Codex bombycinus, initii et finis expers, folia 40 efficiens. Complectitur anonymi de Sacra ablutione ante orationem peragenda tractatum, cum notis quibusdam marginalibus. [Laud. A. 34-]

CLXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 726, christi 1325, exaratus, Opus complectens foliis 166 Theologico Mysticum, Sapientiae Annuli inscriptum, inque capita xxvii. tanquam totidem Arcana, distinctum: auctore ben alarabi, qui singulis de Arcanis, quorum ultimum ad mohammedem, reliqua ad aliquem e veteribus Patriarchis et Prophetis, refert, ita disserit, ut impius a non paucis habeatur atque vesanus. [Marsh. 684:]

CLXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 918, christi 1512, exscriptus, ubi occurrunt:

i°. Quadraginta Traditiones Propheticae, ad Fidem et mores spectantes: quas collegit gemaleddin ahmed ben Ismael alcarshI alcalcashandI Sectae Shapheiticae Doctor.

2°. Traditiones variae, a variis collectae, cum Carmine in laudem mohammedis, quod caab ben zohaIr condidit.

30. Quadraginta Traditiones authenticae, ab abu dhaher Ahmed ben mohammed ben ahmed AlesfAhAnI editae. [Marsh. 493.]

CLXXII.

Codex chartaceus, parum eleganter exaratus, folia 70 complens. Comprehendit anonymi expositionem in tractatum, Theses Fundamentales dictum: ubi de Dei existentia, essentia, ceterisque attributis, Scholasticorum disputatur more. [Marsh. 604.] .

CLXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1066, christi 1655, exscriptus, foliorum 150. Ibi occurrit Libellus Precum Arabico-Turcicus, orationes varias, supersticiosas

perstitiosas plerasque, et ex diversis alcorani locis collectas, complectens. Agmen ducit primum alcorani capitulum. [Thurst. 4024, 57.]

CLXXIV.

Codex bombycinus, eleganter exaratus, Preces comprehendens ex alcorani verbis conceptas, et secundum septem septimanae dies digestas: quarum aliae captivitate et carcere, aliae morbis quibuscunque, aliae denique aere alieno, liberare pium Mohammedanum possunt. [Laud. A. 27.]

CLXXV.

Codex bombycinus, foliorum 140, quo continentur:

1°. Doctoris alnasafi Fulcimentum Fidei sive de praecipuis Religionis capitibus libellus, 16 folia complens.

2°. Opus de Disquisitionis Juridicae principiis, Alcorano scilicet, Traditione, Consensu et Ratione, cum notis marginalibus et interlinearibus. Auctoris nomen abest. [Marsh. 504.]

CLXXVI.

Codex bombycinus, eleganter, absque anni mentione exaratus, complectens foliis 66 Orationes, ex alcorano et aliunde collectas, quarum quaedam Turcica lingua conscriptae sunt. [Laud. A. 25.]

CLXXVII.

Codex bombycinus, quantitate molis parvus, foliis 218 constans. Meditationes comprehendit pias, prosa et versibus conceptas: auctore shemseddino mohammed ben mohammed ben alkhatib. Sequuntur aliquot Alcorani capitula, subjectis preculis. [Laud. A. 3.]

CLXXVIII.

Codex chartaceus, litera exaratus Mauritanica, illa exhibens alcorani loca, quae formulam, Non est Deus, nisi Deus, continent; praeterea orationes varias ad depellenda mala efficacissimas. [Laud. A. 6.]

CLXXIX.

Codex bombycinus, nitide, non notato anno, exscriptus, cui folia 155. Continet aliquot alcorani capitula, itemque preces nonnullas, easque Arabice partim, Turcice partim, conscriptas: quae omnia a Mohammedanis amuletorum instar gestari solent. [Laud. A. 9.]

CLXXX.

Codex chartaceus, foliis 130 constans, quo Orationes continentur variae, superstitione non carentes: immistis aliquot alcorani capitulis, iis nimirum, quae precum vice usurpari solent. [Pocock. 9.]

CLXXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 832, christi 1428, exaratus, folia 260 efficiens. Complectitur Tractatum, Mendacii Manifestatio inscriptum, eo nimirum pertinens, ut Dogmata quaedam, quae magni nominis Doctori abulhasan alasharI falso et impie attribuebantur, confutet. Consecit abulcasem ben alhasan, Vulgo Ibn esaker, Shapheita. [Marsh. 638.]

CLXXXII.

Codex bombycinus, foliis 116 constans, quo comprehenditur Libellus precum, complectens orationes, partim Arabice, Turcice partim conscriptas, initio ducto a capite Alcorani Ias. [Laud. A. 8.]

CLXXXIII.

Codex chartaceus, litera exaratus Mauritanica, cui folia 104. Exhibet preces varias, ex alcorano et aliunde collectas,

72 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

collectas, cum carmine, quod Bordae circumfertur nomine. [Seld. 3216. 4.]

CLXXXIV.

Codex chartaceus, folia 80 complens. Complectitur preces, quarum vis et efficacia, ut et tempus, quo recitari debent, Turcice exponitur. [Thurst. 4025, 58.]

CLXXXV.

Codex chartaceus, caractere Africano exaratus, continens preces, undiquaque superstitionem redolentes. [Thurst. 4022, 55.]

JUS CIVILE ET CANONICUM IN FOLIO.

CLXXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 961, christi 1553, exaratus, foliis 388 constans, quo comprehenditur Commentariorum in abdalgaffar almacruini de Jure Mohammedico Tractatum, Summarium dictum, Volumen primum, bipartitum, cui Errantis Directio titulus: auctore sherfeddino ISMAEL IBN ABIBEKR IBN ALMOCRI ALSHAVERI ALIAMANI [Hunt. 303.]

CLXXXVII.

Codex membranaceus, caractere Mauritanico elegantissime exaratus, folia 186 complens. Eo continentur Opus, agens sub inscriptione Omnes Libri Collectionis Magnae Legum de Purificatione, de Oratione, de Eleemosyna, de Jejunio, de Peregrinatione, de Exequiis, de Matrimonio, de Divortio, de Emptione et venditione, de Judiciis, de Piaculo caedis patratae, de Poenis a Judice definitis, de Venatione, de Hostiis sacris, de Fide, de Bello religionis ergo gerendo, de Vestitu, de Cibo, de Potu, de Medicina, de Haereditate, de Testamentis, de Donis et muneribus, de Decreto, providentia, fato, de Testimoniis, de Paradiso, de Vita solitaria, de Inferno, de Juramentis, de Scientia, de Lectionibus, de Virtute. Auctor abu isa mohammed ben isa ben sura ben musa altarmadI. [Hyp. Bodl. 3740, 3.]

CLXXXVIII.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 184 efficiens. Opus exhibet, cui Inauris titulus, hoc est, Commentarium in Tractatum de disquisitionum legalium fundamentis, quae quatuor sunt, Liber nempe sive Alcoranus, Traditio Prophetae, Consensus Sociorum, et Ratio. Utriusque auctor ignotus. [Marsh. 278.]

CLXXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 851, CHRISTI 1447, exscriptus, complectens foliis 314 Commentariorum in anonymi de Legis Mohammedicae regulis et statutis tractatum, qui Regia Via inscribitur, Partis secundae Tomum primum: auctore bedreddino alzarkashi, e Shapheitaram Secta. [Marsh. 258.]

CXC.

Codex bombycinus, foliis 280 constans, quo Commentariorum repraesentatur proxime memoratorum Partis secundae Tomus secundus, praecipiens de Dotibus, de Divortio et repudio, de Maledictione mutua, itemque de Surnptibus et expensis uxori debitis. [Marsh. 259.]

CXCI.

CXCI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 739, christi 1338, exscriptus, in quo occurrit Operis celeberrimi de Jurisprudencia, quod Promptuarium Magnum appellatur, Pars nona, folia 290 implens: auctore anonymo. Exscriptor vocatur mohammed ben hebatalla ben abdalrahMan alMagrebi. Initium sit a titulo de Sumptibus et expensis. [Marsh. 301.]

CXCII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 844, christi 1440, exaratus, foliis 160 constans. Constitutiones exhibet Juris Mohammedici: ubi de Conjugio, de Divortio, de Nutricibus, de Expensis, quas maritus ad sustentationem uxoris conferre debet, de Perjuriis, de Damnis, de Venatione et Sacrificiis, de Certamine cursus, qui equis et jaculis sit, denique de Furtis et latrociniiis, fusius disseritur. Auctoris nomen abest. [Marsh. 177-]

CXCIII.

Codex bombycinus, sine notato exscriptus anno, qui anno Hegirae 1052 ad abulvafa alaridhi pertinuit. Complectitur Commentariorum in Tractatum Juridicum, Regia Via nuncupatum, Tomum quartum, cui folia 340. Commentator alzarcashI. Initium sit a Libro de Votis. [Marsh. 277-]

CXCIV.

Codex bombycinus, fine scriptionisque aera carens, ubi exhibetur Operis, Decisiones Juris, e primariis Jurisconsultis Shapheitis selectas, complectentis, Tomus secundus, 166 folia complens. Salutatur auctor sherfeddin abulcasem hebatalla ben negiMeddin abdalrahiM ben sheM3eddin ibrahiM ben albarezi algiohani, e Shapheitaram Secta. Titulus est: Expositio Responsorum Sapientum. [Hunt. 295.]

CXCV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 773, christi 1371, exaratus, Tractatum complectens foliis 380 de Jure civili et canonico, qui Operis, Hortus Legum inscripti, compendium est : auctore alasfuni. [Marsh. 270.]

CXCVI.

Codex bombycinus, anni destitutus nota, cui folia 298. Eo comprehenditur Doctoris abu isaac ibrahim ibn ali ibn jusef alphiruzabadi, Vulgo AlshirAzi, Institutionum Juris, quae Animadversionum titulum gerunt, Pars prima, Commentario, Sufficientia dicto, illustrata, ubi de Purificatione et Precatione. Commentator negimeddin Ibn Alabbas ahmed Ibn AlrAfAA. [Marsh 257.]

CXCVII.

Codex bombycinus, nitidissime, fine anni mentione, exaratus, folia 366 complens. Complectitur Quaestiones et Solutiones, ad Jus civile et canonicum relatas, titulo Jurisprudenciae Arcana. Composuit ABDALLA BEN omAr BEN IsA ALDEBBusI, qui anno Hegirae 432 obiisse fertur. [Hunt. 39.]

CXCVIII.

74 CODICES MAN USCRIPTI ARABICI.

CXCVIII.

Codex bombycinus, luculente exaratus, foliis 300 constans. Ibi reperitur Commentariorum shemseddini abu AbdALLA mohammed alGaugiarI Shapheitae, in sherfeddini ismael ibn almocri alj amani de JuriSprudentia Shapheitica Tractatum, Errantis Directio dictum, Tomus primus. [Hunt. 90.]

CXCIX.

Codex bombycinus, eadem ac praecedens manu exscriptus, comprehendens foliis 310 eorundem Commentariorum Tomum secundum. [Hunt. 91.]

CC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 905, CHRISTI 1499, exaratus, folia 304 complens, in quo habetur Commetnariorum in eandem Errantis Directionem Tomus tertius. [Hunt. 92.]

CCI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 907, CHRISTI 1501, transcriptus, cui folia 360. Tomum exhibet Operis antecedentis quartum, qui ultimus est. [Hunt. 93.]

CCII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 874, CHRISTI 1469, exaratus, foliis 155 constans. Ibi occurrunt Quaesita et Responsa Juridica, a serageddino omar albalkini e celebrioribus Jurisconsultis Shapheitis collecta, eta gelaeddino abulfadhl abdalrahman, qui Filius ejus erat, in ordinem redacta, inscriptaque: Accuratissima Decisionum Collectio. [Marsh. 421.]

CCIII.

Codex bombycinus, nitide, praetermissa anni nota, exscriptus, folia 250 complens. Complectitur Librum, exhibentem JuriSconSulti abubekr mohammed ben gelaeddin ali ben ismael alCaffal alshashI Elegantias Legales, hoc est, Casuum legalium resolutiones et decisiones, easque Scholae placitis Shapheiticae Congruentes. [Hunt. 259.]

CCIV.

Codex bombycinus, caractere exaratus Mauritanico, folia 128 implens. Eo continetur Liber, Judiciorum Columna appellatus, ubi singula Juris civilis et canonici capita antiquis, illisque indubiis, traditionibus asseruntur : auctore abu mohammed abdalgani ben ali ben sorur, Hierosolymitano. Desinit in capite de Manumissione servi. [Hunt. 132.]

CCV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 775, christi 1373, exscriptus, foliis 265 constans, in quo habetur incerti auctoris Commentarius in Tractatum, titulo Moharrar utriusque Juris Institutiones complectentem. Initio nonnulla desiderantur. [Marsh. 164.]

CCVI.

CODICES MAN USCRIPTI ARABICI. 75

CCVI.

Codex bombycinus, folia 244 complens. Tractatum complectitur anonymi de reconditoribus, quae in Jure latent Mohammedico, arcanis et mysteriis, titulo, Famulus Legum. Orditur a Libro de Juramentis. [ Hunt. 116.]

CCVII.

Codex bombycinus, litera Mauritanica anno Hegirae 604, christi 1207, exaratus, foliis 203 constans. Ibi exhibetur Pars secunda Operis, quo abu DAVUD SOLIMAN ALSEGESTANI de Legis Mohammedicae statutis, praeceptis et ritibus, qui traditionis beneficio ad posteros pervenerunt, disserit. Auctor anno Hegirae 278 dicitur de vita exiisse. [Marsh 292.]

CCVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 855, christi 1451, descriptas, ubi reperitur Commentariorum in Mohammedanorum Jurisprudentiam, versibus conscriptam, Tomus posterior, qui, foliis 200 constans, incipit a titulo de Testamentis. Nullum de auctore verbum. [Hunt. 104.]

CCIX.

Codex bombycinus, rudi exaratus et imperita manu, folia 126 efficiens. Complectitur Lumen Lucerna<sup>4</sup>, nimirum ita dictum Commentarium in albeidhavi de Jure Mohammedico tractatum, qui Regia Via inscribitur. Auctoris nomen non comparet. [Marsh. 254.]

CCX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 704, christi 1304, exaratus, foliis 220 constans, quo comprehenditur Commentariorum in abu isaac alshirazi de JuriSprudentia tractatum, qui Animadversionum prae se fert titulum, Tomus primus, desinens in capite de Emptione et venditione. Commentator magideddin abu bekr ben ismael ben abdalaziz alsankaluMi. [Marsh. 269.]

CCXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 973, christi 1565, exscriptus, folia 222 complens. Continet Commentariorum anonymi in albeidhavi Institutiones, Regia Via dictas, Tomum tertium, qui, incipiens a Matrimonio, definit in Expensis, quas vir uxori sufficere debet. Commentarii titulus: Lucerna Ardens. [Marsh. 302.]

CCXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 730, christi 1329, exaratus, cui folia 177. Eo continetur Commentarii in Tractatum de Jurisprudentia, ab abu Isaac alshIrazi compositum, subque Animadversionum titulo vulgatum, Pars prima, desinens in capite de Donis et muneribus, Commentarium contexuit ibn junes, Sectae Shapheiticae Professor. Exscriptor vocatur hosain ben mohammed ben Mansur alrihani [Maresc. 35.]

CCXIII.

Codex bombycinus, Libris imperita scriptis manu lii. foliis 110, constans.

Compen-



## 76 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

Compendium exhibet Juridicum, ex aeu hosAin Alcoduri et Abu hAfs AlnAsAfi, qui prae doctrinae copia tumido comparantur mari, concinnatum, et notis marginalibus atque interlinearibus instructum, quod hunc prae se gerit titulum: Concursus duorum Marium. Auctor, cujus supprimitur nomen, omnia juxta Sectae Haniphiticae placita definit. [Marsh. 279.]

### CCXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 884, chrIstI 1479, exaratus, foliorum 133. In eo habetur Opus, Judicum Insigne inscriptum, de Quaestionibus nimirum obscuris et involutis, utroque in Jure passim obviis, praecipiens : auctore AlAsNAvI. Orditur a Purificatione: in capite definit de Testibus. [Marsh. 165.]

### CCXV.

Codex bombycinus, fine truncus, folia 203 complens, comprehendensque tractatum, quo Liber quidam de Legis Mohammedicae praeceptis et statutis exponitur sub mendaci hoc titulo: Commentarius in avicennae Canonem. incipit a Precatione: definit in Testamentis. Commentatoris nomen supprimitur. [Marsh. 261.]

### CCXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 735, christi 1334, exaratus, foliorum 206. Continet Operis de Jurisprudencia sacra et civili, Hortus Legum inscripti, Tomum tertium, qui ducto initio a capite de Testibus, desinit in Haereditate. Auctor vocatur mohieddin AlnAvAvI. [Marsh. 239.]

### CCXVII.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, ubi reperiuntur:

i°. Tractatus de Quaestionibus difficilioribus, circa haereditatis et successionis jus nasci solitis, 98 foliis constans. Composuit alhUfi.

2°. Doctoris abulmaali abdalmalek ben mohammed algivini de Jurisprudenciae principiis Libellus, viginti paginas implens.

3°. Commentarius, Medulla dictus, in ben albannae tractatum de Numerorum Scientia sive Arithmetica, 50 folia efficiens. Commentator abdalaziz ben ali ben davud almesrani, aUCToris auditor.

4°. abulabbas ahmed ben albannae Operationes Arithmeticae, quibus titulus: Succincta Arithmetices Expositio. Habet libellus folia 10. [Marsh. 378.]

### CCXVIII.

Codex bombycinus, fine mutilus, exhibens Institutionum Juris, quibus Hortus Legum titulus, Tomum quartum, ubi de Matrimonio et divortio, quaeque eo pertinent, per folia 180 disseritur. [Marsh. 400.]

### CCXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 867, christi 1462, Aleppi exaratus, foliis 241 constans. Ibi reperitur Operis, Mare inscripti, hoc est, Commentarii in Juris utriusque Pandectas, ab abu abdalla mohieddin alnavavi sub titulo Regiae Viae evulgatos, Tomus undecimus, disserens de conditionibus, contractum matrimonium dirimentibus. Commentator mohammed ben fakhreddin alabbar almardInI [Laud. B. 119.]

### CCXX.

CCXX\*

Codex bombycinus, magnam prae se antiquitatem ferens. Complectitur anonymi in Jus Mohammedicum Commentarium, sed et initio et fine truncum, qui tamen folia 310 efficit. [Marsh. 471.]

CCXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 755, christi 1354, exaratus, folia 82 complens. Ibi occurrit Liber absque auctoris nomine, ea sub Compendii titulo in Jure Mohammedico explicans, quibus quatuor inter se Scholae, maleki videlicet, shaphei, hanbali et abu haniphae, dissident ac discrepant. Descripsit ahmed ben ali ben Mahmud. [Marsh. 323.]

CCXXII.

Codex bombycinus, anni destitutus nota, cui folia 218. Continet Commentarii in Constitutiones Juris, quae Animadversiones appellantur, Volumen tertium, incipiens a capite de Terrae, quae nullius est, occupatione. Commentator abulfadhl ahmed. [Marsh. 336.]

CCXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 758, christi 1356, exaratus, foliis 210 constans, quo comprehenduntur Observationes in Tractatum Nucleus Legum nuncupatum, ac Commentario, Dilucidatio dicto, illustratum, hunc prae se titulum ferentes: Lumen affusum. Auctor saadeddin. [Laud. A. 141.]

CCXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 685, christi 1285, exaratus, ubi exhibetur Operis, Sidus radians dicti, Commentarii nimirum incerti auctoris in Jurisprudentiam Mohammedicam, Regia Via nuncupatam, Tomus quartus, 360 folia complens. [Marsh.665.]

CCXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 942, christi 1535, eleganter exscriptus, complectens foliis 266 Volumen secundum Horti Studiosorum sive Tractatus, quo mohieddin alnavavi de Legis Mohammedicae statutis et praeceptis disputat. Initium ducitur a Peregrinatione sacra : sinis sit in capite de Mutuo. [Bern. 4.]

CCXXVI.

Codex bombycinus, nitide, fine anni mentione, exaratus, folia 22 2 implens. Eo continetur Corporis Juris Mohammedici, quod Promptuarii Magni titulo praenotatur, Pars quinta, agens de Haereditate, Testamento, Deposito, Eleemosyna, Rupto. Auctoris non exprimitur nomen. [Marsh. 430.]

CCXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 789, christi 1387, Cairi exscriptus, foliis 236 constans. Complectitur anonymi Commentarium in cadhi albeidhavi Regiam Viam sive Jurisprudentiam, inscriptum: Sufficit ad Textus Sensum. Exscriptor vocatur abu mohammed abdalmothI alansari. [Marsh. 162.]

CCXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1037, christi 1627, exaratus, folia 336 complens. Ibi leguntur tacito auctoris nomine Stellulae Legum, id est, Leges

## 78 CODICES MANUS CRIPTI ARABICI.

Leges Turcarum canonicae et civiles, Libris lv. plura in capita diductis, comprehensae, eaeque Commentario, Margaritae Judicum appellato, quem MohaMMed ben faraMorz ben alI, Scholae Haniphiticae Doctor, confecit, communitae. Codex ad mulana cosrau pertinuit. [Laud. B. 123.]

### CCXXIX.

Codex bombycinus, tineis mancipatus, cui folia 191. Volumen continet secundum Commentariorum in albeidhavi Institutiones Juris, nomine Regiae Viae insignitas, disserens in limine de Rapto, ejusque restitutione. Auctor salutatur aldamiri. [Marsh. 387.]

### CCXXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 983, christi 1575, exaratus, comprehendens Jurisconsulti abulcasem abdalkerIM ben MohaMMed ben abdalkerIM alcazvini alrafel de Doctorum Shapheitarum circa Jus canonicum et civile placitis Tractatum, Compendium Almoharrar dictum, qui foliis 250 absolvitur. [Seld. 3180, 10.]

### CCXXXI.

Codex bombycinus, sine notato exscriptus anno, folia 256 complens. Ibi habetur Commentariorum in Juris Mohammedici Institutiones Pars quarta: ubi de Decimis, Eleemosynis, Jejunio. Auctoris nomen incompertum. [Hyp. Bodl. 3765, 28.]

### CCXXXII.

Codex bombycinus, eadem ac praecedens manu transcriptus, foliorum 294. Exhibet eorundem Commentariorum in Juris canonici Institutiones Partem quartam : ubi de Peregrinatione Meccana, ejus ritibus et caerimoniis, disputatur. [Hyp. Bodl. 3767, 30.]

### CCXXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 691, christi 1291, exaratus, foliis 260 constans, quo continetur Operis de Jure Mohammedico, ab algazali conscripti, et Liber Mole Mediocris inscripti, Pars prior: quae, incipiens a Purificatione, desinit in Matrimonio. [Marsh. 255.]

### CCXXXIV.

Codex bombycinus, nitide exscriptus, foliorum 236, ubi reperitur Commentarii in Compendium quoddam Juridicum Tomus primus, hoc insignis titulo, Abunde Sufficiens, cujus auctor takieddin alhisni, e Shapheitarum Secta. [Marsh. 670.]

### CCXXXV.

Codex bombycinus, imperita exaratus manu, folia 151 complens. Complectitur Legum et Statutorum, in Schola Shapheitica receptorum, Tomum primum. Auctoris nomen latet. [Marsh. 308.]

### CCXXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 984, christi 1576, exaratus, complectens foliis 206 algazali Philosophi in Institutiones Juris, quibus Errantis Directio, titulus, Commentarium, qui desinit in capite de Haereditate. [Marsh. 427.]

### CCXXXVII.

CCXXXVII.

Codex bombycinus, finis expers, folia 160 efficiens. In eo occurrit Opus, hoc praenotatum titulo : Commentariorum Antistitis albagavi in Legem Liber tertius. Initium sit a capite de Conjugio. [Marsh. 478.]

CCXXXVIII.

Codex bombycinus, fine truncus, cui folia 204. Exhibet Commentariorum ibn junis in abu isaac alshirazi Animadversiones Juridicas Tomuna primum. [Pocock. 193.]

JUS CIVILE ET CANONICUM IN QUARTO.

CCXXXIX.

Codex chartaceus, litera exaratus Africana, ubi reperiuntur:

i°. Synopsis Juridica, capitibus quadraginta, foliis 90, constans, cujus auctor ABU MOHAMMED ABDALLA BEN ABOZEID ALCAIRAVANI.

2°. Tractatus de mensis Regeb praerogativis, et Surae, Casura dictae, excellentia, folia 18 efficiens.

3°. Viliones mohammedis , ejusque cum gabriele collocutiones. Vulgavit abdalla ben senan.

4°. Definitiones Theologicae et Juridicae, cum tractatulo de Fidei principiis.

5°. Carmen de Pseudoprophetae laudibus, Borda nuncupatum.

6°. Libellus de Deo, ejus unitate et potentia : auctore mohammed ben jusof alsanusi alhasani.

7°. Grammatica, Giarumia vulgo Agrumia dicta. [Thurst. 3976, 9.]

CCXL.

Codex bombycinus, initii et sinis expers, folia 3 04 implens. Continet Commentariorum in Jus canonicum Volumen primum: auctore incerto. [Marsh. 471.]

CCXLI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 847, christi 1443, exaratus, foliis 214 constans. In eo habetur Fulcimenti, hoc est, Commentarii ita dicti in Institutiones Juris, Regia Via appellatas, Tomus Secundus, desinens in capite de Jejunio: auctor serageddin abu hafs omar, VUlgo ibn almolakken. [Marsh, 360.]

CCXLII.

Codex bombycinus, mutilus initio, foliorum 162, exhibens operis Juridici, cui Hortus Legum titulus, Tomum quartum: ubi de Conjugio, Lactatione, Divortio. Auctor alnavavi. [Marsh. 400.]

CCXLIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 941, christi 1534, exscriptus, cui folia 90. Complectitur Quaestiones varias ad Jus civile pertinentes: ubi multa de homicidio, furto, latrocinio, haereditate. Nullum de auctore verbum. [Marsh. 363.]

CCXLIV.

Codex bombycinus, nitide, absque anni nota, exaratus, comprehendens foliis 240 Commentariorum in Opus Juridicum, Concursus duorum Marium inscriptum, Tomum posteriorem: cui auctor mohammed mahmud ben ahmed ibn musa Ibn ahmed Ibn juSof Ibn

## 80 CODICES MAN USCRIPTI ARABICI.

ibn mahmud alaini alhanafi alsharuhi, ut notatur in calce, ultimam imposuit manum anno Hegirae 785. Orditur a titulo de Mutuo et commodato. [Pocock. 214.]

### CCXLV.

Codex bombycinus, inconcinne perscriptus, folia 180 complens, ubi reperitur Commentariorum in Jus canonicum Pars secunda, disceptans de Oratione, Eleemosynis, Jejunio. Auctor alasnavi, Aegyptius, ex urbe asna. [Marsh. 343.]

### CCXLVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 944, christi 1537, exaratus, quo continentur:

10. Compendium sive Synopsis Jurisprudentialis Shapheiticae, 30 foliis constans, cujus auctor abu ashgiaa ahmed ben alhosain ben Ahmed AlesfAhAni. Sequuntur decem folia ad Grammaticam pertinentia.

2°. Commentarius in Grammaticam, Botrus Uvarum dictam, folia 35 complens. Auctor abu hafs omar ben ibrAhim ibn AbdAlgAni €. [Pocock. 155.]

### CCXLVII.

Codex chartaceus, fine decurtatus, folia 140 complens. Titulos continet lvi. de Turcarum nimirum Jure canonico et civili, additis passim notis, quibus Arabica Turcice exponuntur. Auctoris nomen non comparet. [Laud. A. 91.]

### CCXLVIII.

Codex bombycinus, initio truncus fineque, complectens foliis 122 Tractatum de Bello religioso, de Homicidio, de Matrimonio, de Divortio, ejusque causis: auctore anonymo. [Seld. 3254, 42.]

### CCXLIX.

Codex chartaceus, anno Hegirae 963, christi 1555, descriptus, ubi occurrunt:

1°. Liber, Medulla Radicum dictus, sive zeineddini Abu jAhiA Alansari, Shapheiticae, de disquisitionum legalium fundamentis tractatus, foliis 19 constans.

2°. Ejusdem in eundem Tractatum commentarius, folia 68 complens. [Laud. C. 35.]

### CCL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 804, christi 1401, exaratus, quo continetur Tractatus de Juris canonici et civilis regulis, initio mutilus, Libris tamen xxiv. foliis 150 constans: auctore anonymo. [Marsh. 404.]

### CCLI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 791, christi 1388, exaratus, folia 216 complens, In eo occurrit Alimenti' sive Commentarii in Opus Juridicum, Regia Via nuncupatum, Pars octava, definens in capite de Testimoniis. Auctor salutatur AlAdhrAi. [Marsh. 411.]

### CCLII.

Codex bombycinus, antiquus, et initio et fine carens. Complectitur incerti auctoris in Juris civilis Institutiones Commentarium: ubi per folia 108 de Tributis, Clientela, Induciis, Adulterio, Fustigatione, Apostasia, Raptuque, desceptatur. [Laud. B. 40.]

### CCLIII.

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 81

CCLIII.

Codex chartaceus, sine notato exaratus anno, folia 106 efficiens. Ibi repraesentatur Compendium Juridicum, Mohammedicum, in Libros xxxvii. distinctum, ab abdalla saadia ibn levi, Marocano, Amstelodami transcriptum, quod hunc prae se fert titulum: Jurisprudentiae Conspectus. [Marsh. 362.]

CCLIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1013, christi 1604, exscriptus, foliorum 160. Complectitur Juris utriusque Institutiones, versibus conscriptas, quibus titulus, Margarita Prudentum et Thesaurus Sapientum. Composuit abu bekr ben ali ben musa alhAmili Sectae Haniphiticae Doctor. [Laud. A. 59.]

CCLV.

Codex bombycinus, tineis mancipatus, folia 225 habens. Ibi exhibetur Tomus primus Juris canonici, anno Hegirae 427, christi 1035, exaratusj agens de Lotione sacra, de Funeribus, de Oratione, ejusque conditionibus. Initium, auctorisque nomen desiderantur. [Hunt. 543.]

CCLVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1051, christi 1641, exaratus, quo continetur Tomus prior Commentariorum in Institutiones Juris, Regia Via dictas, folia 250 complens. Commentator ibn cadhi. Liber in Haereditate terminatur. [Marsh. 641.]

CCLVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 547, christi 1147, exaratus, foliis 114 constans. Tractatum complectitur Juridicum, agentem scilicet de Tributis et vectigalibus, de Poenis a Judice desinitis, de Judicum officiis, de Testibus, de Debito manifesto, quod quis fatetur. Initio et auctoris nomine, caret. [Hunt. 258.]

CCLVIII.

Codex bombycinus, luculente, omissa anni nota, exscriptus, ubi reperitur Operis de Mohammedanorum Jure, quod Hortus Legum vocitatur, Tomus quintus, 206 folia implens: auctore MohIeddIn Ibn zakarIa jahia ben hasan AlnAvAvI. [Marsh. 414.]

CCLIX.

Codex chartaceus, multiplici scriptus manu, foliis 138 constans. Continet fragmenta, ad Jurisprudentiam, ad Ethicam, ad Medicinam, pertinentia; itemque aliquot Alcorani capita. [Marsh. 473.]

CCLX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 711, christi 1311, transcriptus, foliorum 214, in quo habetur Doctoris Abu IsAAc IbrAhIm ben Ali ben jusof Alshirazi Animadversionum Liber Sive de Jure canonico et civili, in Schola Shapheitica recepto, tractatus, qui, ducto a Purificatione initio, in capite definit de ,Testibus. [Marsh. 375.]

CCLXI.

Codex bombycinus, duplici scriptus manu, folia 65 efficiens, Tractatum exhibet de Controversiis, quae circa Jus haereditatum, successionumque, oriri possunt. Subjicitur Calendarium Turcicum,

82 CODICES MAN USCRIPTI ARABICI.

cicum. Auctoris nomen latet. [Tann. 385.]

CCLXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1066, chrIstI 1655, exaratus, ubi occurrunt:

i°. Tomus Commentariorum posterior in Institutiones Juris, Regia Via dictas, folia 240 complens. Composuit Ibn cadhi

2°. Decisiones quaedam Legales DoctOtis shehabeddIn ahMed ben GIOhail, Shapheitae, [Marsh. 224.]

CCLXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 566, chrIstI 1170, exscriptus, foliis 218 constans. Comprehendit Operis, Pandectae dicti, quo nimirum de Jurisprudentiae regulis juxta quatuor Sectarum orthodoxarum, quae apud Mohammedanos obtinent, placita disseritur, Volumen primum. [Marsh. 49.]

CCLXIV.

Codex bombycinus, litera transcriptus Perstca, ubi reperitur Tractatus foliis 92 constans, praecipiens nempe de Instrumentis forensibus et publicis, Chirographis, sygraphis, libellis supplicibus, eorumque formulis: auctore anonymo. Saepe laudatur ibi nagimeddin oMAR alnasafi. [Seld. 3190, 57.]

CCLXV.

Codex chartaceus, caractere exaratus Mauritanico, quo continentur:

i°. Tractatus Juridicus, titulos de Jejunio, de Oratione, de Emptione et venditione, de Procuratoris munere, 66 foliis complectens. Auctoris nomen tacetur.

2°. Anonymi Liber, Gemmae Morum et ObleBamentunl Cordium inscriptUS inque xxx. capita, versibus elegantissimis conspersa, distinctus, folia 90 implens. [Maresc. 44.]

CCLXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 704, chrIstI 1304, exaratus, in quo conspicitur Commentariorum in Legis Mohammedicae statuta et praecepta Tomus primus, initio truncus, folia tamen 254 complens. De auctore non constat. [Marsh. 57.]

CCLXVII.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 120 efficiens. Complectitur fakhreddInI MohaMMed beN oMar alrazi de Jurisprudentiae Fundamentis Tractatum, Fruges nuncupatum, cum Commentario, Frugum Perceptio appellato, quem abulthema mAhmud ben Abubekr AlArMuI, anno Hegirae 682 extinctus, confecit. [Marsh. 544.]

CCLXVIII.

Codex bombycinus, scriptionis carens aera, foliorum 146. Complectitur Compendium Juridicum, ex alcoduri et ALNAsAFI Operibus concinnatum, ac Concursus duorum Marium et Conjunctio duorum Luminum inscriptum : auctore borhaneddIn ben alsaathI.

[Laud. B. 57.]

CCLXIX.

Codex bombycinus, foliis 110 constans, quo comprehenditur Commentarius in serageddini alsegiavendi de Haereditate ex lege distribuenda tractatum

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI 83

tum, a MAHMUD BEN ABUBEKR BEN abuloLa aLnagiarla anno hegirae 676, christi 1277, compositus, cui titulus: Lux Solis. [Hunt. 338.]

CCLXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 918, christi 1512, exaratus, cui folia 40. Ibi reperitur anonymi Liber, de Jurisprudentia Mohammedica versibus disserens, inque titulo de Manumissione servorum desinens. [Seld. 3251, 39.]

JUS CIVILE ET CANONICUM IN OCTAVO.

CCLXXI.

Codex bombycinus, polite, absque anni mentione, exscriptus, foliis 403 constans, quo continentur Lv. de utroque Jure tituli, Stellulae Judiciorum inscripti, Commentariisque, qui Margaritae Judicum appellantur, illustrati, Commentator mohammed ben faramorz ben ALI. [Laud, B. 100.]

CCLXXII.

Codex chartaceus, multiplici scriptus manu, ubi habentur:

10. Quaesita et ResponSa Juridica, ex Libro Doctoris mohammed ben thalha Rara Margarita inScripto, et ALMALEKo ALSAiD dedicato, excerpta.

2°. Anonymi in tractatum quendam de causis forensibus commentarius, 42 foliis constans. Praecedunt fragmenta, traditiones et narrationes continentia.

3°. Poema, Scholiis illustratum, cujus singuli versus voce constant una, quae, pro triplici vocalium variatione, triplicem fundit sensum.

4°. Liber de MoHAMMEDIs rebus gestis, initio mutilus, folia 50 complens. [Marsh 526.]

CCLXXIII.

Codex bombycinus, initio mutilus, anno Hegirae 827, christi 1423, exaratus, Tractatum continens incerti auctoris de rebus ad Jus civile et canonicum pertinentibus, anno Hegirae 773 compositum, qui folia 253 habet. [Seld. 3259] 47-]

CCLXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 702, christi 1302, imperita transcriptus manu, foliis 208 constans, in quo habetur anonymi in Jus Mohammedicum commentarius: ubi imprimis de Conjugio, de Vectigalibus, de Voto, fuse disseritur. Mendax est titulus: alfarabii de Philosophia Liber. [Matth. 602.]

CCLXXV.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 118 complens. Tractatum exhibet de disquisitionum legalium fundamentis sive Commentarium in Librum, cui titulus: Quaestionum et Desiderii Meta. De auctore non constat. [Marsh. 622.]

CCLXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 648, christi ,250, exaratus, foliorum 333. Opus complectitur hoc insigne titulo: Compendiorum Juris prudentiae Shapheiticae Summa. Nullum de auctore verbum. [Marsh. 609.]

CCLXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 870, christi 1436, exaratus, ubi occurrunt: Trac-



Tractatus 70 foliorum Juridicus, Quaesitis, quae Arcana in Angulis latentia dicuntur, constans. Confecit bedreddin alzarcaHi.

2°. Doctoris abu AbdALLA MOHAMMed ben Abu bekr ben AHMed, VulgO ben cadHi sHahba, Dona Pretiosa, hoc est, in anonymi de Haereditatibus tractatum Commentarius, 120 folia implens. [Marsh. 627.]

CCLXXVIII.

Codex bombycinus, varia scriptus manu, situque passim vitiatus. Collectanea continet ad Jurisprudentiam, Theologiam, morumque doctrinam, spectantia. Laudantur abubekr et omar Chaliphae in traditionum Scientia. [Marsh. 639.J

CCLXXIX.

Codex bombycinus, nitide, omnia anni nota, exaratus, quo continentur:

10. Poema de erciscunda apud Mohammedanos haereditate, a movaffekeddin abu abdalla MohamMed ben abdalla ben MohaMMed ALrAhAbI conditum, ac Disceptantium Sylva inscriptum: addito Commentario, quem borhAneddin Abu IsAAc IbrAhIM, vulgo ibn ALsALaMI, Shapheita, Alepi incola, confecit. Constat opus foliis 130.

2°. Dicta quaedam moralia aristotelis et almotanabbI, sensu inter se convenientia: quae abu ali mohammed ben alhasan ben almodhaffer alhatemi collegit. [Marsh. 600.]

CCLXXX.

Codex bombycinus, initio et fine decurtatus, cui folia 300. Opus exhibet quo de Doctorum, qui Sectae Shapheiticae nomen dederunt, circa Jus Mohammedicum placitis disseritur. [Seld. 3298, 16.]

CCLXXXI.

Codex bombycinus, punctis diacriticis ut plurimum destitutus, ubi reperitur Pars tertia Commentariorum in tractatum Juridicum, Regia Via nuncupatum, folia 250 complens, agensque de Tyrannide, Apostasia, Bello item Sacro et expeditionibus: auctore alzarcaHi. [Marsh. 50.]

CCLXXXII.

Codex bombycinus, litera lectu facili exaratus, ubi occurrunt:

1°. Shemseddini mohammed alkafarsusi Shapheitae, de dividenda haereditate Liber, 100 folia implens.

2°. SHEHABEDDINI AHMED BEN m0hammed ALBiRUNI in anonymi de eodem argumento tractatum Commentarius, 32 folia efficiens.

5°. Opusculum arithmeticum, Munus Studiosis Oblatum dictum, cui folia 22. Sequuntur Quaestiones ad haereditatis Jus pertinentes. [Marsh 489.]

CCLXXXIII.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, ubi reperiuntur:

i°. Liber anno Hegirae 845, christi 1441, Aleppi exaratus, in quo abulhasan abdalkafi alsobkI quatuor et sexaginta Quaestiones legales, sibi ab abulabbas ahmed aladral propositas,

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 85

tas, enodat et dissolvit. Constat foliis 92.

2°. EjuSdem alsobki de praecipuis Turis Shapheitici capitibus Carmen, 30 folia complens. Titulum habet: Praestrat in Controversiis quod praeponderat.

3°. Sententiae Juridicae, quibus abu hafs omar albalkini, Sectae Shapheiticae Doctor, a Suis dissentit collegis, dictae : Peculiares Opiniones. Sequuntur Collectanea, traditiones et narrationes continentia. [Pocock. 268.]

CCLXXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 844, christi 1440, eleganter exaratus, comprehendens Tractatum de Jurisprudencia Shapheitica, Regia Via nuncupatum, qui folia 230 efficit: auctore abu abdalla mohieddin alnavavi.

[Laud. A. 47.]

CCLXXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 782, CHRISTI 1380, exScriptus, foliorum 140. Complectitur Opus, Liber de Decisionibus inscriptum, in quo nimirum ab abubekr abdalla ben ahmed AlcAffAl Almeruzi <sup>s</sup> leges Mohammedicae declarantur, Prudentumque circa illarum interpretationem responsa edisseruntur. [Marsh. 29.]

CCLXXXVI.

Codex bombycinus, luculente, citra anni notam, exaratus, exhibens albeidhavi de Jurisprudenciae fundamentis tractatum, cui Regia Via titulus : 100 folia continet. [Marsh. 492.]

ETHICI ET POLITICI IN FOLIO.

CCLXXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 838, christi 1434, elegantissime exaratus, foliis 220 constans, ubi continetur Operis Ethici celeberrimi, quadripartiti, quod Scientiarum ad Religionem spectantium Praxis inscribitur, Pars prima, decem comprehensa capitibus : primum agit de Scientiae Theologicae utilitate et praestantia; secundum, de Fidei articulis; tertium, de Purificatione sacra; quartum, de Oratione, ejusque conditionibus; quintum, de Eleemosynis; sextum, de Jeuniis; septimum, de Peregrinatione Meccana; octavum, de Alcorani lectione; nonum, de Dei commemoratione et invocatione; decimum, de temporibus seu horis orationis. Composuit Vir doctrina, pietate et morum gravitate, apud Mohammedanos spectatissimus abu hamed mohammed ben mohammed aLgazali. [Laud. A. 106.]

CCLXXXVIII.

Codex bombycinus, folia 230 complens, capita comprehendens decem, ad politicum et legale Regimen relata, quae Partem secundam Operis antecedentis constituunt. Primum disserit de moribus ad mensam Servandis; Secundum, de Matrimonio; tertium de lucro et quaestu; quartum, de licito et illicito ; quintum, de conversandi virtutibus; Sextum, de vita Solitaria; Septimum, de viatorum officiis; octavum, de oblectamentis

## 86 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

tamentis et choreis; nonum, de pietate et hypocrisi; decimum, de Prophetia et miraculis. [Laud. A. 107.]

### CCLXXXIX.

Codex bombycinus, Mauritanica exaratus litera, foliis 124 constans. Ibi reperitur Operis, Tristium Consolatio nuncupati, Pars Iv, v, vi, vii, viii, ix, x. Quarta agit de Comitum mohammedis virtutibus; quinta, de Morte et resurrectione, itemque de Paradisi et Gehennae incolis; Sexta, de Sanctis et Religiosis, illorumque acute dictis; septima formulas continet precum variis, quibuscum colluctatur homo, adversitatibus oppositas; octava, 72 narrationes, ad oblectandum animum accommodatas; nona disserit de Nominibus divinis; decima, de Sapientibus quibusdam et insipientibus. Auctor gemaledin abulf aragi abdalrahman ben ali ben algiuzi. [Laud. A. 149.]

### CCXC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 898, christi 1493, exaratus, folia 461 complens. Exhibet Operis, cui Praxis Scientiarum ad Religionem pertinentium titulus, Tomum tertium de Vitiis, et quartum, de Virtutum pulchritudine. [Laud. A. 180.]

### CCXCI.

Codex bombycinus, nitide, non commemorato anno, exscriptus, foliis 160 constans, quo comprehenditur Tractatus Ethico-Politicus, quadripartitus, hoc praenotatus titulo: Margaritce Monilium et Monilia Praeceptorum. Prima pars, in decem divisa capita, agit de intellectu et iudicio, de patientia et impatientia, de gratitudine et ingratitude, de consilio bono et malo, de iustitia et in-

iustitia, de concordia et discordia, de side et perfidia; de oppressione et beneficentia, de alacritate et socordia, de veritate et mendacio. Pars secunda disserit de principatu, dominatu, praefectura; tertia, de lege et religionis observantia. Quarta pars ad quaelita quaedam de regni administratione responsa continet. Auctor vocatur mohammed ben abdirabbih. [Marsh. 184.]

### CCXCII.

Codex bombycinus, perita manu anno Hegirae 439, christi 1047, transcriptus, cui folia 147. Librum continet praestantissimum, ab abu ali ahmed ben mohammed compositum, complectentem nimirum apophthegmata, axiomata, dogmata et adagia, ad disciplinam morum spectantia; narratiunculas item varias, ad oblectandum animum maxime idoneas. Inscribitur Omnium Temporum Sapientia, quia auctor praecipuam illius partem ex Tractu Persico, eodem titulo insignito, deprompsit. [Marsh. 662.]

### CCXCIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 891, christi 1486, exaratus, folia 202 complens. Eo continetur Lucerna Regum, hoc est, Tractatus ita dictus de bene constituendi et feliciter administrandi bello paceque imperii arte, capitibus quatuor et sexaginta, in plures articulos divisus, constans: ubi plurima, eaque scitu dignissima, e Prophetarum oraculis, Sapientum responsis, Chalipharum rescriptis, collecta occurrunt. Caput primum monita habet ad Reges et Principes: postremum sententiis, acute dictis, et proverbiiis, absolvitur. Auctoris nomen abubekr mohammed ben ALvAlid AlcAheri, Dertusanus. [Laud. A. 94.]

### CCXCIV.

CCXCIV.

Codex bombycinus, una exaratus manu anno Hegirae 904, christi 1498, ubi occurrunt:

i°. Tractatus paraeneticus, Solatium Pii in Iniquitate temporum inscriptus, 60 folia complens. Composuit abu hashem mohammed ben mohammed ben dhafar, Siculus.

2°. Operis Cosmographici, a sebth ben algiuzi elucubрати, et Speculum Temporis appellati, compendium, capitibus xxix, foliis 29, constans. Caput primum agit de Mundi contingentia et Dei existentia; ultimum, de Paradiso. Auctor ezzeddin mohammed ben alsongiabi.

3°. Epitome Libri, Quies Cordium et Depulsio Maerorum nuncupati, decem folia implens. Sequuntur Traditiones, ad iter nocturnum, quo mohammed in coelum perductus fingitur, pertinentes.

4°. Historiae ben khalekan Synopsis, agens per 32 folia de Angelis, eorumque officii; de Viris doctrina et gloria militari illustribus; de urbibus quibusdam terrae motu eversis : ultima Sectio apophthegmata continet.

5°. Excerpta ex ben algiuzi Libro de Viris, qui ingenii magnitudine et celeritate magnam sibi famam peperere.

6°. AbU mansor abdalmalek ben mohammed ben ismael althaalebi, Nisaburiensis, Tractatus, hunc prae se ferens titulum: Facetiae et Dictorum Gratia. Capita habet xvi. Sequitur Sigilli alexandri descriptio. [Marth. 325.]

CCXCV.

Codex bombycinus, perpolite, sed omissa anni nota, exaratus, foliis 248 constans. Complectitur Operis Ethici quadripartiti, quod Praxis Scientiarum ad Religionem pertinentium appellatur, Partes priores duas, quarum prima de Religione, ejusque mysteriis, de Fidei fundamentis, articulis credendis, ac praeceptis observandis; fecunda de politico ac legali regimine, agit: auctore algazali. Est Liber praestantissimus et pretiosissimus, quo, judicio ben khalekan, non apud Arabes pretiosior alter. [Pocock. 309.]

CCXCVI.

Codex bombycinus, caractere Mauritanico anno Hegirae 1006, christi 1597, exaratus, quo continetur Opus politicum, capitibus xxv. foliis 97, constans, cui titulus: Sidera Micantia Ibi de Imperii praeclare administrandi ratione ; de Regum dignitate et privilegiis; de primariis regni administris ; de causis bellorum et effectis; de variis carcerum suppliciorumque generibus; de Legatorum in conficiendis negotiis usu; de Principum justitia, liberalitate, clementia, felicitate, disseritur: ultimum caput axiomata politica continet. Salutatur auctor abulcasem ben radhvan, [Laud. B. 148.]

CCXCVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 820, christi 1417, exscriptus, comprehendens Operis, Praxis Scientiarum ad Religionem pertinentium dicti, Partem secundam, qua scilicet per folia 196 de politico ac legali regimine disseritur: auctore algazali. [Pocock. 310.]

CCXCVIII.

## 88 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

### CCXCVIII.

Codex bombycinus, eadem ac praecedens manu exaratus, foliis 237 constans, quo continetur ejusdem Operis Pars tertia, in decem distincta sectiones: prima agit de cordis portentis; secunda, de mortificatione et afflictione carnis; tertia, de gula et cupiditate; quarta de mala lingua; quinta, de ira, odio, invidia; sexta, de mundi amore; septima de opibus et avaritia; octava, de ambitione et dominandi libidine; nona, de superbia et philautia; decima, de vana gloria. [Pocock. 311.]

### CCXCIX.

Codex bombycinus, foliorum 106, qui anno Hegirae 739, christi 1338, ad ABDALLAM quendam pertinuit. Tractatum complectitur de morum doctrina et pietate, Seculi et Religionis Mores inscriptum, et in quinque sectiones distinctum: prima disserit de intellectu et domanda cupiditate; secunda, de discendi et docendi methodo; tertia de praeceptis divinis, et quid Deus ab homine requirit; quarta, de amicitia, consanguinitate, societate, mercatura; quinta, de anima, de mansuetudine et ira, de veritate et mendacio, de loquacitate et silentio, denique de patientia. Auctor ALMAvERDi. [Marsh 306.]

### CCC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 671, christi 1272 exaratus, foliis 168 constans, ubi reperitur Liber, Elegantium Dictorum Splendores nuncupatus, continens Apophthegmata Regum, Poetarum, Jurisconsultorum, aliorumque virorum Sapientum, ad regimen politicum imprimis et mores spectantia: quae collegit, ordineque alphabetico digessit, sAAD ben Ali ben cAsHem alkhathiri. [Pocock. 252.]

### CCCI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 683, christi 1284, exscriptus, quo comprehenditur Opus 160 foliorum, hunc prae se gerens titulum : Pars II, Collectionis Gemmarum ex Libro Sparsionis Gemmarum. Ibi in limine leguntur apophthegmata moralia ; deinde disseritur de iis, quae in regimine politico, tam a principibus quam a subditis, servari debent, subjectis narratiunculis suavissimis de quibusdam mulieribus, iudicibus, tonsoribus, adulteris, et aliis, cum praeclarorum aliquot oratorum oratiunculis, quas elegantissima per 24 folia proverbia excipiunt: postremo, explicatis singulis constellationibus, et denarratis nonnullis calibus, qui Philosophis et latronibus incidisse feruntur, de rebus Arabicis, et ad Linguam Arabicam pertinentibus, sit sermo. Auctor appellatur mansur ben alhosain alabi. [Pocock. 355.]

### CCCII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 797, christi 1394, exaratus, foliis 130 constans. Complectitur sub Manuductionis titulo Opus Politico-Morale, in septem Libros distinctum, cujus auctor abdalrahman ben omar ben mohammed ben abdalla alvasai. Liber primus disserit de virtutibus Regi et Principi decoris; secundus, de Subditorum officiis; tertius, de iis, quae in Iudicibus, itemque in Docentibus et discentibus, requiruntur; quartus, de Negotiatoribus et mercatoribus; quintus, de Corde, quod sit morum fons, ejusque in rebus licitis et illicitis intentione; sextus, de societate et commercio; septimus,

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 89<sub>1</sub>

Septimus, de vita Solitaria. [Pocock. 251.]

CCCIII.

Codex bombycinus, non una exScriptus manu, ubi occurrunt:

i°. Tractatus Theologico Moralis, capitibus x. foliis 52, constans, cui titulus : Fidis et Jucundus Sodalis. Composuit edris ben saleh.

2°. Excerptiones ex Libro, Margarita Pretiosa dicto : ubi per folia 58 agitur de iis, quae Regibus et Subditis Servanda incumbunt; praeterea de viris quibusdam, qui legatorum apud varias gentes locum obtinere.

3°. Commentarius in Proverbia nonnulla, folia 108 complens. [Hunt.473.]

CCCIV.

Codex bombycinus, varia scriptus manu, in quo habentur:

1°. Opus, Consilia Regibus data inscriptum, ab abu hamed mohammed ben mohammed algazali Persice primum compositum, deinde ab anonymo in Linguam Arabicam conversum, foliis 62 constans. Auctor ibi Sultanum melikshah Selgiucidam, in cujus illud gratiam contexit, perpetuo alloquitur.

2°. Ejusdem algazali Tractatus de Tempore novissimo, hunc prae se gerens titulum: Scientiarum ad Vitam futuram pertinentium Expositio. Habet folia 24.

3°. Fabulae AEsopis similes, quibus varia animalia, aves et flores, inducuntur et inter se, et cum hominibus, colloquuntur. Liber continet folia 22.

4°. Quatuor folia de quatuor Regni fundamentis: primum est AErarium; secundum, Exercitus; tertium, Concordia inter milites; quartum, Justitia. Confecit ali ben hosameddin, Vulgo almottakI [Pocock. 259.]

CCCV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 863, christi 1458, exaratus, foliis 232 constans. Eo comprehenditur abubecr dertusani de Imperio praeclare administrandi scientia tractatus, in lxiv. sectiones diductus, ac Lucerna Regum inscriptus: ubi multa ex Alcorano, ex Arabum, Persarum, Graecorum, Indorum item et Sinensium, scriptis petita. [Marsh. 312.]

CCCVI.

Codex bombycinus, eleganter, non commemorato anno, exaratus, folia 260 complens. Exhibet Opus Politico-Morale, in xx. capita distinctum, complectens, titulo Monita Religiosa ad Reges et Principes, omnes virtutes ad regnum optime administrandum necessarias. Agit insuper de morte, de resurrectione, de Gehennae item et Paradisi incolis, denique de Signis novissimum diem praecSTuris. Sex posteriora capita, et auctoris nomen, desiderantur. [Pocock. 258.]

CCCVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 890, christi 1485, exaratus, foliorum 234. Eo comprehenditur Poema asceticum de studio et stadio pietatis, ab ali quodam conditum, cum commentario et paraphrasi Persica, cujus auctor mir hosain almotabadi. Initio nonnulla desiderantur. [Pocock. 306.]

cccvIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 738, christi 1337, exscriptus, folia 172 implens. Complectitur Operis Politici, quod abubekr mohammed ben alvalid, Dertusanus, composuit, et Lucernam

## 90 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

Lucernam Regum appellavit, Tomus prior, desinens in capite tricesimo secundo, ubi de patientia. [Pocock. 315.]

CCCIX.

Codex bombycinus, summa elegantia anno Hegirae 935, christi 1528, exaratus, qui folia 54 efficit. Exhibet Librum, Margaritarum Sparsio dictum, complexum nimirum ali Imperatoris apophthegmata, alphabetico digesta ordine: subjecta singulis Persica anonymi interpretatione, disticho comprehensa, quae hunc prae se fert titulum : Donum Consessibus Procerum oblatum. Exscriptor vocatur mohammed ben alI alshIrazI. [Laud. A. 133»]

cccx.

Codex bombycinus, anno Hegirae 716, christi 1316, exaratus, foliis 224 constans. Ibi reperitur Opus Hortus Florifer nuncupatum, complectens Collectanea, ad Politicam et morum disciplinam, Poetarum item et Chalipharum historiam, pertinentia: auctore alub Ibn hasan Ibn alI. [Marsh. 422.]

CCCXI.

Codex bombycinus, perita manu, non commemorato anno, exscriptus, folia 220 complens. Complectitur Volumen prius Glossarii, Proverbiorum Collectio inscripti, in quo priscorum Arabum proverbia, et quibus illa causis, quibusque occasionibus, sua debent principia, Secundum Gentis studia et mores referuntur et edisseruntur: auctore abulfadhl ahmed ben mohammed almeidani. [Pocock. 194.]

CCCXII.

Codex bombycinus, eadem manu, qua superius, transcriptus, ubi repraesentatur Proverbiorum ab almeidani collectorum, et ferie alphabetica dispositorum, Volumen posterius, in litera desinens, et folia 218 implens. [Pocock. 222.]

CCCXIII.

Codex chartaceus, foliis 420 constans. Comprehendit almeidani Proverbia omnia, sex numero millia, cum interpretatione Latina, pererudita, quam concinnavit e. pocockius, complevitque die 12 Sept. 1635. [Pocock. 392.]

ETHICI ET POLITICI IN QUARTO.

CCCXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 986, christi 1578, exaratus, folia 152 complens. In eo occurrit Tractatus Politicus, Religioni Mohammedicae accommodatus, quo per varia capita de Republica recte constituenda, et ad commodum, securitatem et salutem, civium administranda, disseritur, sub titulo: Leges Praefecturae et Regimen Regni. De auctore nullum verbum. [Marsh. 377.]

CCCXV.

Codex chartaceus, anni carens nota, folia 120 implens. Complectitur anonymi in sheikh saadi Gulistan, qui a gentio Rosarium Politicum appellatur, commen-

commentarium; textu rubras literas exhibente. [Pocock. 146.]

CCCXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1037, christi 1627, exaratus, foliis 097 constans. Eo comprehenditur Opus Theologico-Morale, ex Traditionibus et Libris asceticis collectum, in quo abdalvahab ben ahmed ben ali alShaaravi, sub Elegante Favorum Divinorum et Morum titulo, de Doctorum Seniorumque, qui superioribus aetatibus asceticam et mysticam Theolooriam excoluerunt, virtutibus et moribus, potissimum vero de inspirationibus, quas Deus in illis pro benignitate sua producere solebat, per decem et sex capita disserit. [Marsh. 463.]

CCCXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 550, christi 1155, exscriptus, complectens foliis 150 Tractatum Politico Moralem, quinquepartitum, Seculi et Religionis Mores nuncupatum, quo praecepta traduntur et de Republica praeclare administranda, et de vita sub Summa potestate feliciter agenda : quem abulhas an ali ben mohammed ben habib almaverdi, qui anno Hegirae 450 occidisse fertur, composuit. [Hunt. 269.]

CCCXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1004, christi 1591, exaratus, foliis 380 constans. Complectitur Opus sio inscriptum : Sermocinatio Piorum et Confabulatio nocturna Proborum, ubi primum Praecepta occurrunt moralia, hortamenta ad pietatis studium varia, proverbialia item saluberrimorum consiliorum vicem praestantia, intermixtis narratiunculis jucundissimis, et apologis ad formandos mores maxime idoneis; deinde disseritur de Prophetarum vitis, de Regum Arabiae et Persiae rebus gestis, necnon de mirandis quibusdam casibus; agitur postremo de Mundi systemate, deque Prophetis traditionibus. Auctor est quidam sheikh akbar Doctor Magnus. [Pocock. 243.]

CCCXIX.

Codex bombycinus, aera scriptionis destitutus, cui folia 164. Ibi reperitur Liber Oratoribus et Poetis ultissimus, Elegantium Dictorum Splendores dictus, agens de Paronomasiis, Homonymiis, aliisque Linguae Arabicae elegantissimis, repraesentatis in Apophthegmatibus Virorum illustrium, ad morum doctrinam imprimis et politicum regimen spectantibus: auctore abulmoali saad ben ali ben casem alvarac alkathiri. [Hunt. 274.]

CCCXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 975, christi 1567, transcriptus, foliis 130 constans. Exhibet mohieddini mohammed ben ali ben alarabi alhatemi AlthAi, Hispani, de Reprehensione Animae seu Sui tractatum, Epistola Sancta inscriptum, ubi anima compluribus vivis et spirantibus exemplis a vitiis abducitur, et ad pietatis studium excitatur. [Marsh, 103.]

CCCXXI.



92 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

CCCXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 968, christi 1560, exaratus, folia 226 efficiens, quo continetur Opus asceticum, Regulae Suphiticae appellatum, in capita LxIII. distinctum i primum varios de Vita solitaria commendat libros ; reliqua Suphitarum explicant instituta et mores; ultimum de gratiarum disserit actione. Conscripsit fadhalla ben aiub almagiumI. [Seld. 3260, 48.]

CCCXXII.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 145 implens. Complectitur tractatum, titulum Seculi et Religionis Mores prae se gerentem, disserentemque de virtutibus Regem ornantibus, deque iis, quorum adminiculo ReSpublica et constituitur, et in statu florentissimo conservatur, idque secundum Mohammedicas leges: auctore abulhasan ali almaverdi. [Marsh. 351.]

CCCXXIII.

Codex bombycinus, foliis 236 constans. Eo comprehenditur Liber, Sapientiae et Eloquentiae Facies inscriptus: aUctOre abulcasem almohsen ben abdalla ben mohammed ben amru altanukhi Ibi Sapientum et illustrium Arabum axiomata et praeclare dicta, ad morum doctrinam et politicum regimen spectantia, referuntur. [Marsh. 251.]

CCCXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 974, christi 1566, exaratus, qui folia habet 125. Compendium continet ethicum, Medulla nuncupatum, quod Mohammed algazali ex Opere majore, cui Praxis Scientiarum ad Religionem pertinentium titulus, amicorum votis obtemperans, concinnavit. Capite quadragefimo sive ultimo de morte, deque animae post eam statu, sit sermo. [Marsh. 420.]

CCCXXV.

Codex bombycinus, foliis, quorum quae initio et fine desiderabantur anno Hegirae 1024 suppleta, 236 constans. In eo occurrit Tractatus asceticus, hoc praenotatus titulo: Epistola ad omnes Ditionis Islamiticae Suphitas, anno Hegirae 437 scripta; ubi per plura capita de Monachorum Suphitarum, qui pietatis fama et doctrinae laude claruere, vitis, votis item et institutis, disseritur : auctore abdalkarim ben havaz alcashiri. [Mahsh. 460.]

CCCXXVI;

Codex bombycinus, et capite et calce truncus, folia tamen 148 complens. Ibi habetur Libri, cui Calamitatis et Maeroris Solatium titulus, Tomus secundus, in quo multa ex Alcorano, illius interpretibus, historicisque monumentis, ad moerentium solatium excerpta reperias. Auctor Abu Ali hAsAn altAnukhI. [Pocock. 64.]

CCCXXVH.

Codex bombycinus, ab ali ben tageddin anno 876, christi 1502, Cairi elegantissime exaratus, foliorum 280. Complectitur Librum, Effatorum Stellulae et Dictorum Margaritae inscriptum, in quo abdalvahid ben mohammed

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 93

med ben abdalvahid alamidi altamimi omnes, quas reperire poterat, ali Imperatoris Sententias ferie alphabetica exhibet. [Hunt. 431.]

CCCXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 544, christi 1149, exscriptus, folia ,66 complens. Eo comprehenditur Opus Politico-Morale, Jura Regia et Leges ad Religionem pertinentes appellatum, praecipiens viginti capitibus de Regia et Pontificali potestate, de Consiliariorum officiis, de provinciarum Praefectis, de bellis tam Sacris quam civilibus, de magistratibus, de Religione tanquam reipublicae columna, de precibus et peregrinatione, de decimis et vectigalibus, de criminum poenis et virtutum praemiis, denique de aquaeductibus et terrae, quae nullius est, occupatione. AuctOr SalutUr abulhasan ali ben mohammed ben habib. [Hunt. 205.]

CCCXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 736, chrIstI 1335, exaratus, folia 160 efficiens. Tractatum continet paraeneticum, Solatium Pii in Iniquitate temporum inscriptum, cui sectiones sunt quinque: prima agitur de illo animi affectu, quo res nostras alterius arbitrio committimus; secunda, de animi robore et firmitate; tertia, de patientia; quarta, de acquiescentia in divina voluntate; quinta, de mundi contemptu. Composuit mohammed ben abi Mohammed ben dhafar. [Hunt. 180.]

CCCXXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 999, christi 1590, exaratus, foliis 135 constans, ubi reperitur Tractatus de Politico regimine, Pastor et Grex nuncupatus, bipartitus: pars prior de Republica agit feliciter administranda, de virtutibus item, quibus Regem ornatum esse oportet; posterior exhibet apophthegmata ad idem argumentum pertinentia, cum ardashir babegan testamento. Conscripsit mohammed alilgaravi. [Hunt. 553.]

CCCXXXI.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, ubi habentur:

1°. Quaesita octo shakik albalkhi ad Religionem et mores Spectantia, cum Carmine Taia dicto, quod abalcader alguilani in Laudem Pseudoprophetae condidit.

2°. Historia mohammedis, quatuorque primorum ejus Successorum, folia 12 complens. Auctoris nomen reticetur.

3°. Abu hamed algazali Pretioja Margarita hoc est, de novissimo tempore, resurrectione, paradiso et gehenna, tractatus, foliis 38 constans.

4°. Anonymi Liber de potentia Dei, rerumque creaturarum et in coelis et in terra diversitate, 40 folia implens

5°. Traditiones quaedam, Miracula prophetica, Mosis cum Deo colloquium. [Hunt. 353.]

CCCXXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 712, christi 1317, exaratus, foliis 114

94 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

114 constans. Complectitur Librum politicum et moralem, ex lingua Persica in Arabicam ab anonymo translatum, qui hunc prae se fert titulum: Aurum Fusum. Auctor operis Persici, quod Monita Principibus data inscribitur, est aLgazall. Praecipit de moribus, officiis, et virtutibus Regem decentibus, de omnibus, quae ad Politicam pertinent ; immistis Sapientum apophthegmatibus, narrationibus item jucundissimis. [Hunt. 207.]

CCCXXXIII.

Codex bombycinus, Mauritanica exscriptus litera, folia 160 complens, quo comprehenditur Commentariorum in ibn hazem de Raphedhitarum Secta et dogmatibus Poema, quod Macsura appellatur, Volumen posterius : auctore ALhaMaidi. Multa ibi ad historiam Arabum pertinentia. [Hunt. 266.]

CCCXXXIV.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 288 implens. Ibi occurrit Operis politici et historici, Margaritae ordine consertae inscripti, in xxv. Libros divisi, Tomus primus, cui libri quinque sunt destinati: primus disserit de Regum officiis; secundus, de bellis; tertius, de principibus, qui liberalitate excellere; quartus, de viris, qui munere functi legationis sunt; quintus, de principes alloquendi ratione. Auctor salutatur abu amru ahmed ben mohammed, Hispanus. [Laud. B. 90.]

CCCXXXV.

Codex bombycinus, polite anno Hegirae 1038, christi 1628, exaratus, cui folia 293. Opus repraesentat utilissimum, atque rebus pluribus ad eruditionem Arabicam pertinentibus refertissimum, quod Adagiorum sex chiliadibus absolvitur; addito ubere Satis et exacto commentario. Collegit explanavitque almeidani. [Laud. B. 93 ]

CCCXXXVI.

Codex bombycinus, fine notato exscriptus anno, complectens foliis 10 Apophthegmata moralia numero quadraginta; quorum singulis interpretatio Subjicitur Persica, tetrasticho concepta: auctor non nominatur. [Laud. B. 95.]

CCCXXXVII.

Codex chartaceus, non ita pridem exaratus, foliis 130 constans. Commentarium comprehendit Arabicum in Librum Rosarium dictum, quem scilicet saadi Shirazita Persice composuit; quique Eruditus notissimus. Nulla de commentatore mentio. [Seld. 3287, 75.]

ETHICI ET POLITICI IN OCTAVO.

CCCXXXVIII.

Codex bombycinus, scriptionis destitutus aera, foliis 85 constans, complectensque Prophetica quaedam et Alcoranica effata, varia item Chalipharum, Regum Paganorum et Mohammedicorum, Vezirorum, Oratorum, Philosophorum, Theologorum, Monachorum, aliorumque Sapientum, apophthegmata, titulo, Breviter et Acute Dicta. Collegit, inque decem capita digessit, abu Mansur AbdAlMAlek ben mohaMMed ben IsMAel AlthAAlebi, Nisabutiensis, [Pocock. 62.]

CCCXXXIX.

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 95

CCCXXXIX.

Codex bombycinus partim, partim chartaceus, ubi continentur:

1°. omar ben mohammed ben ali de pietate, Numinisque colendi scientia, Libellus, octo folia efficiens, et titulum hunc prae se ferens: Arcanorum Elegantiae. Exaratus anno Hegirae 958, christi 1551.

2°. Liber et a capite et a calce libro uno truncus, Summaria hippolyti ex intermediis pentateuchi Libris Arabice exhibens. folia 12 habet.

3°. Abu giaafar mohammed ben alhasan althusi de Sunnitarum Fide et Religione tractatulus, 12 folia complens.

4°. Fragmenta ad Religionem, ad Prophetiae veritatem, ad Alcorani divinitatem, pertinentia. [Hunt. 363.]

CCCXL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 732, christi 1331, exaratus, cui folia 175. Ibi Opus reperitur, in capita sexaginta diductum, Effatorum Collectio inscriptum, Apophthegmata complectens Theologica, Ethica, Politica, Philosophica, et alia, intersertis passim narratiunculis, quae commode atque acute dictis occasionem praebuere: auctore abdalmonaem ben omar ben hasan algassani, Hispano, Gallaeciano, qui anno Hegirae 602 extinctus. [Marsh. 685.]

CCCXLI.

Codex bombycinus, absque consignato anno exScriptus, in quo habentur:

1°, Abu hamed mohammed ben mohammed AlgAzali<sup>e</sup> Monita Principibus data, e lingua Persica in Arabicam ab anonymo conversa. Constat Opus capitibus Septem, foliis 90. Ultimum caput de mulierum virtutibus et vitiis agit. Insertae sunt jucundissimae et lepidissimae narratiunculae.

20. Liber de politico regimine, Regni Administratio, alias, Arcanum Arcanorum, dictus, exhibens varia Sapientum axiomata, et Philosophorum dogmata, AlexANDRo Magno aristotelis nomine proposita; quae Arabica e Graecis facta dicuntur. Habet folia 20. [Laud. A. 88.]

CCCXLII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 996, christi 1587, exaratus, Opus continens Theologicum et Morale, inscriptum, Puritas Cordis et Humilitas Occultorum Scientissimo, quod distribuitur in capita triginta: primum tractat de Fide, ejusque incremento et decremento; agunt reliqua de veritatibus, quibus Mohammedica dogmata, religiosique mores, innituntur; postremum disserit de precibus. Conflatum dicitur ex Alcorano, historicis fide dignis, concionibus sacris, antistitum placitis, veterum item dictis et recentiorum. Auctor salutatur ibn alsHohna. [Hunt. 506]

CCCXLIII.

Codex chartaceus, initio avulsis aliquot foliis truncus, quo continentur:

i°. Tractatus moralis, anno Hegirae 707, christi 1307, exaratus, foliis 124 constans: ibi de gratitudine et ingratitude, de abstinentia et luxuria, de humilitate, misericordia, poenitentia, justitia, mansuetudine, patientia, caeterisque

96 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

terisque virtutibus, praeclare disseritur. Auctoris non comparet nomen.

2°. Fragmentum Christianum, agens de Sacerdotio, de adoratione crucis, de precibus, de eleemosynis, de jejunio. folia habet 30. [Hunt. 334.]

CCCLXIV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 982, CHRISTI 1574, exscriptus, folia 100 efficiens. Complectitur succinctum dilucidumque in sheikh saadi Rofarium Politicum, quod Gulistan Persice appellatur, commentarium: auctore jacobo ben said ali. [pocock. 156.]

CCCLXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 979, chrIstI 1571, exaratus, ubi continentur:

Voces a Theologis mysticis usurpatae, Modi loquendi Suphatici dictae ; quas cashani per folia 32 ordine alphabetico explicat.

2°. mohIeddIn jahIa ben sharaf, vulgo alnavavI de Traditionum scientia libellus, 6 foliis constans.

3°. Vita mohAmmedIs a fAtheddIn AbulfAth mohAmmed ben sAIdAlnAs concinnata, folia 12 complens. Titulus est: Lumen Oculorum.

4°. Definitiones vocum Theologicarum et Philosophicarum, alphabetica digestae serie : has collegisse dicitur mosIheddIn mustAfA ben mohieddin mohAmmed ben IsmAel ALtArvI, vulgo ibn ALcAssA. Liber 62 folia implet.

5°. Vocabularium duplex Arabico-Persicum, cum Grammaticalibus Persicis, Turcice explicatis: quibus subjicitur Carminis cujusdam Perfici religiosi Turcica expositio. [Pocock. 40.]

CCCXLVI.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 73 complens. Tractatum continet, sic inscriptum, Pii Solatium in Iniquitate temporum, ubi docetur, casus adversos fortiter et quieto animo ferendos; spem et fiduciam in solo Deo collocandam; mundum hunc contemnendum; denique, et de morte, et de coelestibus rebus, dies noctesque cogitandum-. Composuit mohammed ben mohAmmed ben dhafar, hispanus. [Hunt. 479.]

CCCXLVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 916, christi 1506, exaratus, in quo occurrunt:

i°. Imperatoris Fidelium ali ben abi thaleb Percandidae Margaritae, hoc est, Sententiae morales, Persicis anonymi versibus explicatae. Libellus habet paginas 12.

2°. Dictionarium, vocabula Arabica, a Perfarum Magnatibus usurpata, Persice et Turcice exponens. Continet folia 75.

3°. Liber, Viridarium Puerorum dictus, exhibens ordine alphabetico versiculos, qui alternis vocabulis Arabicis ac Persicis se invicem explicantibus constant : addita passim inter lineas Turcica interpretatione. Auctor est mohammed ben ascar ben abdalla alborgull.

4°. CoTH-

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 97

40. Cothrobi ben ahmed albasri Nomenclator, voces Arabicas eas Persice explicans, quae secundum tres diversas vocales diversa signisioant. In initio Nominum Literarum Alphabeti significatio exponitur.

50. Vocabularium Persico-Turcicum, inscriptum Donum Amicis oblatum cui folia 24. [Seld, 3193, 6o.]

CCCXLVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1035, cHRisTI 1628, exaratus, foliis 128 constans. Ibi legitur Opus Politico-Morale, hoc signatum titulo : Gemmae Monitorum et Adhortationum ad Dominos Regnorum et Rerumpublicarum, cui capita sunt octo : primum exhibet plus quadraginta traditiones ad argumentum pertinentes; reliqua de iis, quae a Principibus et subditis praestari debent, praecipunt: postremum bella inde a mohammedis temporibus ad annum usque Hegirae 973 gesta recenset. Confecit, eodemque anno ad exitum perduxit, shehabeddin ahmed ben haglar alhalthami. [Laud. B. 84.]

CCCXLIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 827, cHRisTI 1423, exscriptus, complens folia 130. Tractatum complectitur Theologicum et Ethicum, Spirituum Speculum nuncupatum, de virtutum disserentem gradibus, quibus nempe animus a vitiis abducitur, abductus ad Deum evehitur, evectus perpe»tuarum voluptatum torrente inundatur. Nulla capita, sectiones nullas, habet. Auctoris nomen non reperio: est forte algazali, [PoCQCk. 143?]

CCCL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 760, christi 1358, exaratus, foliis 176 constans, quo continetur Operis, Margaritae ordine consertae dicti, Pars prima, tres exhibens libros: primus disserit de politico Imperii regimine; secundus, de bellica scientia, ubi laudatur stratagema; tertius, de munificentia et liberalitate. Opus integrum in xxv. libros dividitur. Auctor est abu amru ahmed ben mohammed ben abdirabbih. [Marsta 59.]

CCCLI.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, ubi occurrunt:

1°. Anonymi de Religionis Mohammedicae principiis Libellus, folia 14 complens.

2°. Tractatus asceticus de virtutibus Theologicis et moralibus, deque vitae solitariae deliciis, partes x. capita c. folia 56, complectens, huncque titulum prae se ferens: Viatorum Hospitia. Auctoris abest: nomen.

3°. Professio Fidei Mohammedicae, folia 9 implens. [Marsh. 629.]

CCCLII.

Codex bombycinus, litera lectu facili exaratus, cui folia 175. Complectitur Stationes<sup>k</sup> sive Institutiones asceticas, ad usum eorum conscriptas, ac commentario illustratas, qui rebus mortalibus valere jussis, Deo se devoverunt: auctore mohammed abdalgiabbAr [Marsh, 554.]

CCCLIII.

98 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

PHILOLOGICI ET MISCELLANEI IN FOLIO.

CCCLIII.

Codex bombycinus, picturis ornatus, anno Hegirae 738, christi 1337, bellissime exaratus, cui folia 130 sunt. Ibi Opus occurrit longe celeberrimum, partim soluta, partim ligata, oratione compositum, stilo sublimi, grandisono, mille floribus et figuris variegato, contextum, idque quinquaginta Consessibus sive Sermonibus frequenti in ConseSsu habitis, quibus videlicet vitia corruptique damnantur mores, constans: admotis anonymi hinc inde notis, ubi illis ad perspicuitatem opus est. Auctor salutatur abu MohAMMed alcaseM ben alI ben MohaMmed ben othman AlharIri. [Marsh. 458.]

CCCLIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 873; christi 1468, exscriptus, foliis 200 constans. Complectitur Opus philologicum, in capita x. fabellas, apologos, narrationes lepidissimas ac festivissimas complectentia, diductum, quod ahmed ben mohammed ben ArAbshah Damascenus, Doctor Hanaphita, composuit, talique titulo insignivit: Deliciae Principum et Virorum Elegantium Fructus d. Caput primum historiam exhibet Regis Arabum, qui Libri hujus componendi causa extitit; secundum, monita et praecepta Persarum Regis sapientissimi; tertium, Regis Turcarum regimen politicum; quartum, disputationes hominis cum fabuloso Geniorum rege; quintum, hirci et canis egregie dicta et facta; sextum, res gestas gis Ferarum Principisque vulpium; septimum, bellum inter Athletarum Principem Regemque Elephantorum gestum; octavum, iudicium Leonis solitarii, et Cameli sententias vagi; nonum, Regis Avium historiam; decimum, artem qua Respublica sustinetur. Exiit auctor de vita anno Hegirae 854. [Pocock, 334.]

CCCLV.

Codex bombycinus, splendidissime non commemorato anno exaratus, folia 242 complens, quo continentur alhariri Consessus quinquaginta sive Sermones communes, Sanae, Holvanae, Damiatae, Cusae, Alexandriae, Maarrae, aliisque in locis habitis: quibus, varia, cum prosa tum versibus, argumenta moralia, improbatum morum corruptelis, dilucidantur. Natus auctor Basorae anno Hegirae 446; 515 obiit. [Laud. A. 93.]

CCCLVI.

Codex bombycinus, picturis decoratus elegantissimis, idque anno Hegirae 755, christi 1354. Ibi repraesentatur orbi notum Colaila Ve Domna: est Opus morale et politicum, ex Indica lingua a barzuia ben AzdAhAr, Medico et Philosopho summo, jussu chosrois in Persicam, et ex ea in Arabicam ab anonymo conversum, cui folia 174, capita sunt quindecim: in quibus per Fabulas tercentum et quadraginta, miro artificio contextas, humani instituuntur mores: malitia, fraudes, hominumque in vita communi, atque in Aula potissimum stultitia, ad vivum exprimuntur. Exscriptor vocatur mohammed ben ahmed ben safI ben casem ben abdalrAhmAn Alsufi, Vulgo Ibn algozuli. [Pocock. 400.]

CCCLVII.

CCCLVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 946, christi 1539, exscriptus, folia 238 implens. Continet Opus, in Eloquentiae palatio elaboratum, cui titulus: Orationes Hariraeae, Quinquaginta, ab auctoris nomine hariri ita dictae : has qui non contriverit, ac velut in succum et sanguinem converterit, nihil legisse, nihil intelligere apud Arabes eruditiores censetur. Ad calcem duae occurrunt ejuSdem auctoris Epistolae, ad Oratorem una, altera ad Poetam conScripta: prior singulis in verbis literam posterior exhibet. [Pococ.197.]

CCCLVIII.

Codex bombycinus, forma literarum grandi et eleganti anno Hegirae 923, christi 1517, exaratus, foliis 67 constans. In eo habetur Liber, ex Opere, quod Relaxatio animi et Clavis gaudii inscribitur, excerptus, hocque titulo praenotatus: Hominis Molejliis Curisque oppressi Recreatio, continens facetias, argutias, dicta risum excitantia, rogationes festivas, responsiones ingeniosas, casus item admodum singulares, praesertim qui amantibus evenire: habet et quaedam piis auribus indigna. Suppressit auctor nomen Suum. [Pocock. 341.]

CCCLIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 699, christi 1299, exaratus, folia 208 efficiens. Exhibet alhariri Opus, in quinquaginta Dissertationes, quae Sessiones seu Orationes morales dicuntur, divisum, quod eo elaboratum artificio est, ut insignem Linguae Arabum partem, cum formulis eorum et proverbiiis, atque intimis arcanis eorundem Sermonis, complectatur. Accedunt anonymi Scholia. [Hunt. 150.]

CCCLX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 741, christi 1340, exScriptus, foliis 250 constans. Ibi exhibetur Operis celeberrimi, in tres partes, Grammaticam nempe, Poeticam et Rhetoricam, distributi, quod serageddin abu jacub jusof ben abibekr ben ali alsekaki composuit, ac Scientiarum Clavem appellavit, Pars tertia, Commentario, Clavis in Clavem dicto, cujus auctor mahmud ben masud alshirazi, munita, Artis dicendi praecepta complectens. Exscripsit hebataLLa ben jahia ben mohammed, cognomento emad ALkhAthib. [Laud. A.144.]

CCCLXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 632, christi 1234, exaratus, foliorum 212. Complectitur alhariri Sermones Academicos, cum Epistolis duabus, quarum prior Sinia, posterior Shinia appellatur; quia singula hujus verba illius vero, habent. Accedunt variorum notae. Fertur, auctorem brevioris fuisse staturae, deformem vultu. [Pocock, 172.]

CCCLXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1011, christi 1602, Meccae exaratus, foliis 450 constans, quo Opus continetur hoc insigne titulo: Novum et Elegans Florilegium, LXXXIV. capitibus comprehensum. Caput primum praecipit de Islamismi fundamentis; reliqua agunt de Sapientia et stultitia, de Alcorano ejusque divinitate, de scientia ac morum



## LOO CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

morum disciplina, de Proverbiis et acute dictis, de praeceptis rhetoricis et Eloquentia, de Concionatoribus et Poetis, eorumque plagiis, de consiliis, monitis, adhortationibus, de acquiescentia in Deo et domanda cupiditate, de silentio et compescenda lingua, de regimine politico, et quo is pacto se gerere debet, qui cum Regibus conversari vult, de primariis Regni administris, de corporis Regis stipatoribus, de iudicio et iudicibus, de iustitia, beneficentia, aequitate, de tyrannide et tyrannis, de tributis et Regni redditibus, de conserendis beneficiis, liberandis oppressis, necessitatibus Fidelium sublevandis, de amicitia et familiaritate, de commiseratione, verecundia, submissione, de superbia et nimio sui suspectu, de nobilitate, gloria, magnanimitate, dominandi libidine, de Sanctis et religiosis viris, eorumque virtutibus, de liberalitate et hospitalitate, de avaris et sordidis, de scelestis, adulteris, scortatoribus, de condonatione, expostulatione, objurgatione, de inimicitia, odio, invidia: caput quadragesimum disserit de bello, quaeque eo pertinent; postremum de illa appreciatione, quae Pseudoprophetae adjungi nomini solet. Auctor mohammed ben ahmed alkhathib alabshahi [Laud. B. 120.]

### CCCLXIII.

Codex bombycinus, scriptionis aera destitutus, foliis 480 alterum ejusdem operis exemplar complectens. Caput quadragesimum primum agit de Viris militari indole spectatissimis, Heroibus, Athletis. In reliquis disseritur de encomio et satyra, de veritate et mendacio, de consanguinitate et cognatione, de formosa et deformi facie, de longa et brevi statura, de juventute, senectute, sanitate, de nominibus et cognominibus, de valedictione et peregrinatione, de opulentia et paupertate, de mundis muliebribus, odoramentis, de muneribus et donis, de artibus et mercatura, de patientia et gaudio post tristitiam, de Arabibus mohammede antiquioribus, de chiromantia, physiognomia, augurio, de bestiis feris, avibus, reptilibus, de daemonum creatione, de maribus et fluminibus, de metallis et lapidibus, de vocibus et cantibus, de amore, et qui ex amore periere, de precatione, ejusque conditionibus et fructu, de poenitentia et resipiscentia, de morbis et remediis, de morte et resurrectione. [Pocock. 168.]

### CCCLXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 683, christi 1284, eleganter exaratus, foliis 132 constans. Exhibet Epistolarum Syntagma, quas abulfatah nasrAlla ben mohammed ben abdalkerim ben alathir algezeri b, dignitate Vezirus, ad Reges, Principes, Proceres, Procuratores, Amicosque, vel scripsit, vel ab iis accepit. Praefatione caret. [Pocock. 322.]

### CCCLXV.

Codex bombycinus, nitide et explanate, sed fine notato anno, exaratus, folia 290 complens. Ibi reperitur Operis de conscribendarum Epistolarum ratione praestantissimi, in septem Tomos distincti, et Lux in Tenebris nuncupati, Tomus primus, qui in tractatus primi capite secundo desinit. Opus integrum constat decem tractatibus, plura in capita diductis: primus agit de artibus et disciplinis in eo, qui Regibus a secretis esse velit, requisitis, item de calamo, charta, atramento, deque characterum formis et ductibus; secundus, de terra, ejusque figura et situ, de climatibus, maribus, insulis, regnis, praesertim de Aegypti, Syriae, Armeniae, Graeciae, urbibus et provinciis, proprietatibus et mirandis; tertius, de nominibus et cog-' nominibus, de formulis Epistolarum initia-

initialibus et finalibus, itemque de loquendi modis in Aula usitatis; quartus, de stilo epistolis proprio, spatio inter voces relinquendo, modo, quo epistola complicanda; quintus, de dignitatibus et honorum gradibus; sextus, de testamentis, repudiorum libellis, chirographis, aliisque cautionibus; septimus, de feudis, emphyteusibus, investituris; octavus, de juramentis, variisque eorum speciebus et formulis; nonus, de foederibus Mohammedanos inter et Christianos sancientibus, fideque illis praestanda, de induciis; decimus varia exponit epistolarum genera. Auctor abulabbas Ahmed alcalcashandi, shapheita. [seld. 3150, 17.]

CCCLXVI.

Codex bombycinus, eadem qua prior manu exscriptus, foliis 247 constans. Complectitur ejusdem Operis Tomum secundum : ubi de rebus ad Calligraphiam, Geographiam, Astronomiam, Chronologiam, Historiamque, pertinentibus. Desinit in tractatus tertii capite quarto. [seld. 3151, 18.]

CCCLXVII.

Codex bombycinus, luculente fine anni mentione exaratus, cui folia 172. In eo Liber habetur, longe a praecedenti diversus, titulo<sup>o</sup> tamen eodem gaudens, deque pariter iis, quae ad Epistolas conscribendi rationem pertinent, praecipiens; adductis in exemplum variis, et non modo actorum, sed opinionum plenis, clarissimorum virorum literis, quarum aliae a Regibus Principibusque Aegypti, aliae a Praefectis Provinciarum Damascenae et Alepinae, aliae denique ab aliis dicuntur conscriptae: auctore shemseddin mohammed ben shehAbeddin Ahmed ben Ali AlmenhAgi Alsoiuthi ALcARcAsHAndi. [Maresc. 27.]

CCCLXVIII.

Codex bombycinus, anni nota carens, ubi continentur:

i°. Tractatus de Arte equestri sive equorum usu et directione in exercitu et bello, ab anonymo in gratiam almacar alashraf alKarim alali alsaiifi calamthai aldavadaralmaleKi aldhaeri,, Exercituum Aegyptiorum Praefecti, conscriptus, paginis 40 constans.

2°. LaGIN alhasami vulgo tharabolosi Liber de modo, quo equi domari et exerceri debent, adjunctis figuris, quibus stadiorum cursus directi, reflexi et in gyrum ducti, delineantur, 20 paginas complens. Titulus est: Donum Certatoribus oblatum. [Hunt. 76.]

CCCLXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1020, christi 1611, exaratus, foliis 340 constans. Ibi reperitur Opus, 'Ortus pleniluniorum de Domibus gaudiorum' inscriptum, in capita I. distributum, quibus disseritur de locis ad excitandum aedificium idoneis, de ichnographia domus, ejusque amplitudine, firmitate, vestibulo, atrio, ostio, tubo item ventum excipiente, atque refrigerii ergo in domum derivante, de famulis et bonis vicinis, de lectis, stragulis et pulvinaribus, de odoribus gratis, avibus canoris, ludis, laterna, candela, de oleribus, pratis, hortis, cellis, vasis vinariis, de sodalibus et compotoribus, eorumque confabulatione noc-

## 102 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

nocturna, de poetis, musicis, citharoedis, cantatricibus, choreis, de balneo, igne, coquo, olla, mensa, cibo, potu, de donis magnificis, lapidibus pretiosis, armamentario, de scribendi et computandi arte, de equis, jumentis, leone, camelopardali, elephanto. Auctor alaeddin ALI ben AbdALLA, VUlgo ALGOZULI AlbehAi. [Hunt. 40.]

CCCLXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 905, christi 1499, exscriptus, complectens Tractatum, Liber de Ingeniosis dictum, ubi per capita xxxiii. folia 140, disseritur de hominum quorundam, Chalipharum nempe, Vezirorum, Poetarum, Theologorum, Judicum, Medicorum, latronum, puerorum, aliorumque, qui ingenii acumine ac promptitudine magnam sibi famam nomenque confecere, admirabiliter dictis et factis, initio ducto ab intellectu, substantiaque intellectuali: auctore GEMALLEDIN ABULFARAGI ABdALRAHMAN ben ALI BEN MOHAMMED ALGIUZI. [Hunt. 107.]

CCCLXXI.

Codex bombycinus, vetus, asteriscis aureis ornatus, folia 208 complens. Eo Comprehenditur Opus, Institutio Militaris nuncupatum, saladino, Regum Jobidarum primo, qui in Aegypto anno Hegirae 567 regnare coepit, dedicatum, cui partes duae : prior instrumenta bellica, cujusmodi sunt enses, lanceae, arcus, loricae, clypei, clavae, ballistae, sagittae, specula caustica, describit; posterior agit de castrametatione, acierum instructione ; adjectis concinnis utrobique figuris. Conscripsit merdha ben ALI ben merdha AlthARsUsI [Hunt. 264.]

CCCLXXII.

Codex bombycinus, anni nota carens, quo continentur:

1<sup>o</sup>. Tractatus de Arte equestri et jaculatoria, Manuctio dictus, foliis 18 constans: quem abu ali alhaitimis in amicorum suorum gratiam composuit.

2<sup>o</sup>. Libellus anonymi ejusdem argumenti, 12 folia complens: egregia quaedam de equorum dotibus et proprietatibus habet.

3<sup>o</sup>. Poema de eodem argumento, a thabiboga alashrafi albaklamashl aliunani conditum, i o folia implens.

4<sup>o</sup>. Anonymi in idem Poema commentarius, folia 64 efficiens. [Hunt. 208.]

CCCLXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 677, christi 1278, exaratus, folia 280 complens. Complectitur abi mohammed alcasem basrensis Vulgo dicti hariri Dissertationes: qui in fronte Libri Antistitum peritissimus dicitur fuisse, atque omnes aevi sui homines in eloquentia et orationis elegantia longis post se parasangis reliquisse. Accedunt AlmodhAfferi scholia. [Pocock. 105.]

CCCLXXIV.

Codex bombycinus, foliorum 188, exhibens Operis, Margaritarum sparsio nuncupati, Tomum primum, in capita decem et sex distinctum, ubi de quibus agitur sunt haec : Elegantia et praestantia Arabici sermonis, paupertas et humanitas, salutationes et petitiones, proverbialia, sidera et Lunae mansiones, divinationes, ferae, testamenta, nomina equorum, nomina gladiatorum, casus singulares, vulgi sententiae, ebrietas, mores Arabum aliorumque, homines mendaces,

daces, ructus et ventris crepitus. Auctor vocatur mansur ben alhosain alabi. [Pocock. 225.]

CCCLXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 878, christi 1473, exaratus, solis 160 constans, quo continetur Liber, Vini Elogium dictus, qui in sectiones xxv. distinctus, disserit de vini nominibus, origine, proprietatibus, usu et noxa; de conviviis, comessionibus, poculis, calicibus, pocillatoribus, de compotoribus, illorumque acute dictis et carminibus, de instrumentis lusoriis, musica, cantibus, saltationibus, choreis, de hortis, floribus, fructibus, rivis, mola, piscinis, de nubibus, pluvia, tonitru, fulmine, sole, luna, stellis, aurora. sequitur corollarium, ubi de poenitentia et animae salute, cum vini vituperatione et detestatione, agit. Auctor est shehabeddin ALiNAVAGI. [Hunt. 45 1.]

CCCLXXVL

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, solia 130 complens. Ibi reperitur Opus bipartitum, ab abubekr ben albedr compositum, cui titulus: Liber de duplici Arte Alnaseri dictus. Constat tractatibus decem, quorum singuli in plura dividuntur capita. Pars prior disserit de equorum delectu, illorumque regendorum et rectissime tractandorum ratione ; posterior, de morborum, quibus equi obnoxii sunt, curatione. Auctor sultani mohammed ben kelaun, cognomento almalek alnaser, qui anno Hegirae 678 coeperat in AEGypto regnare, equiso et medicus veterinarius fuit. [Hunt. 136.]

CCCLXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 845, christi 1441, exaratus, quo continentur:

1°. Tractatus de jaculandi seu sagittandi arte, capitibus xxII. solis 108, constans, cui titulus: Compendiaria Institutio. Caput primum arcum, quo aguntur sagittae, explicat; ultimum, quomodo jaculator non conspiciendum ab se jaculi sui locum scire queat, docet. Auctor salutatur mohammed ben ali alsaguir. Exscriptoris nomen est mohammed ben mohammed, vulgo pehlovan, sagittarius.

2°. Ejusdem de partium et arcus et sagittae nominibus libellus, 10 solia complens. [Hunt. 54B.]

CCCLXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 803, christi 1400, exscriptus, quo comprehenditur anonymi in Libri, qui Clavis scientiarum nuncupatur, Partem tertiam commentarius, 170 solis constans: ubi de Inventionem, elocutionem, figuris rhetoricis. Accedunt variorum in margine notae. [Marsh. 314.]

CCCLXXIX.

Codex bombycinus, nitide cum vocalibus, fine anni mentione, exaratus, complectens Florilegii Historico-Philologici, ab abulabbas mohammed ben hamdun conscripti, ac Liber Memorialis inscripti, Partem secundam, ubi per solia 128 de rebus, quae ad regimen politicum et doctrinam morum spectant, disseritur. Auctor anno Hegirae 662 fertur obiisse. [Marsh. 316.]

CCCLXXX.

104 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

CCCLXXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 997, christi 1588, exaratus, folia 286 complens. Ibi repraesentatur Liber, in quo salaheddin alsafadi qui seculo octavo doctrinae et eloquentiae laude floruit, varias Epistolas, a Principibus, Antistitibus et Doctoribus, carmine ad se scriptas, una cum illis, quarum auctor ipse est, hoc titulo exhibet: Modulationes Rhythmicae. Nomina eorum, a quibus et ad quos, quando item et ubi scriptae, indicantur. [Pocock. 126.]

CCCLXXXI.

Codex bombycinus, luculente, non consignato anno exscriptus, foliorum 250, quo comprehenditur Operis, Ver Justorum appellati, Pars quarta, incipiens a capite quadragesimo septimo, agensque de expostulatione, querela, tristitia, de justitia, abstinentia, temperantia, castitate, de sagacitate mentis, consilio, prudentia, magnanimitate, de administratione reipublicae, potentia, majestate, de Theologia, morum disciplina, librorum notitia, calamo, de bello, armis, captivitate, fuga, fortitudine, pusillanimitate, de perfidia, impostura, fraude, de augurio, auspicio, hariolatione, de cognatione et consanguinitate, laetitia et gaudio, de iudicibus, testibus, processu judiciali, de mendacio et falsiloquio, de beneficentia et liberalitate, de laude et vituperatione. Auctor est zamakshari. [Marsh.418.]

CCCLXXXII.

Codex bombycinus, nitide exaratus, ubi reperiuntur:

i°. Liber cujus titulus, Colaila Ve Domna, ex Indica lingua in Persicam, et e Persica in Arabicam conversus, 95 folia complens. Figurae desiderantur.

2°. MoHAMMED ben abi mohammed ben dhafar Hispani Solatium Pii quinquepartitum: pars prima agit de spe in solo Deo collocanda; secunda, de animi robore et firmitate; tertia, de patientia; quarta, de voluntate beneplacito divino conformanda ; quinta, de rerum hujus mundi contemptu. folia 67 habet. [Marsh. 660.]

CCCLXXXIII.

Codex bombycinus, anni carens nota, 427 folia implens. Complectitur Opus, Novum et Elegans Florilegium dictum, ex Alcorano, Traditionibus, Virorumque sanctorum vitis, necnon ex Libris, quorum unus Ver Justorum, alter Margaritae ordine consertae inscribitur, conflatum. Ibi per capita lxxxiv. de rebus, ad Theologiam, Ethicam, Rhetoricam, Poeticam, historiam, Physicam, bellicamque scientiam, spectantibus disseritur. Composuit mohammed ben ahmed AlkhAthib, cognomento AlAbshAhi. [Marsh. 276.]

CCCLXXXIV.

Codex bombycinus, Cairi anno Hegirae 705, christi 1305, exaratus, folia 204 efficiens, quo continetur Tractatus, sic inscriptus : Liber de Equorum Praestantia f. Capita habet octo : primum agit de equorum ad bellum sacrum idoneorum delectu, illorumque tractandorum ratione ; secundum, de eorum genere, juba, capronis, cauda; tertium, de eorum phaleris, stragulis, coloribus; quartum, de eorum figura, compedibus, pedibus; quintum, de velocitate eorum et pernitate; sextum, de praedae portione eorum possessoribus assignanda;

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.105

assignanda; septimum, an jure equi bellatores decimari queant; octavum, de nominibus, quibus illi a mohammede insigniti sunt. Auctor est abu mohammed abdalmumin ben khalaf aldamiathi. [Marsh. 389.]

CCCLXXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1049, christi 1639, exScriptus, foliis 106 constans. Ibi reperitur Liber de mente acutis Sive Tractatus de viris, qui ingenii acumine et celeritate magnum clarumque nomen consecuti sunt, in triginta distincta capita, quorum primum de praestantia intellectus, secundum, de ejusdem essentia et Sede, disserit. Auctor vocatur ben algiuzi. [Marsh. 256.]

CCCLXXXVI.

Codex bombycinus, absque anni exaratus mentione, cui folia 230. Opus exhibet philologicum, oratione Soluta metroque alligata concinnatum, complectens, Sub titulo Flores Scientiarum et Fructus Cordium €, Epistolas Selectissimas, praecepta praecipua ad Grammaticam, Rhetoricam et Poeticam, Spectantia, historias jucundas, apologos, adagia et omnis generis acute dicta, elegantissimas item florum, hortorum, fructuum, rerumque aliarum plurium, descriptiones: ubi et de mensae apparatus, cibo, potu, combibonibus, quaeque hilaritate animum complent, fuse disseritur. Collegit abu ishak ibrahim ben ali alansari alhosri. [Marsh. 318.]

CCCLXXXVII.

Codex bombycinus, literis exaratus inscite effectis, foliis 226 constans, quo continetur Operis, ita inscripti, Consessuum Fructus et Considentium Jocus % Pars prima, exhibens historias ad recreandos homines magis idoneas, traditiones et sententias varias, narrationes de Prophetis, Viris sanctis et Regibus priscis, jucundissimas, facetias suavissimas, versus item elegantissimos. Complura ibi ex Historia Damasci, quam alhafedh ben esaker composuit, deprompta. Auctor salutatur ahmed ben abdaldaim almocaddesi. [Marsh. 401.]

CCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1063, christi 1652, exscriptus, folia 136 essiciens. Ibi repraesentatur Colaila Ve Domna cum picturis, Liber videlicet, a barzuia ben azdahar sub chosroe nushirvan, Persarum Rege, ex Indico sermone in Persicum, et a ben mokna ex Persico in Arabicum conversus : in quo per capita xvi. et fabulas 340, vitae institutio humanae traditur. Initio desiderantur nonnulla. [Marsh. 679.]

CCCLXXXIX.

Codex bombycinus, anni expers notae, cui folia 230. Complectitur Florilegii, Liber Memorialis nuncupati, Partem septimam, Conciones continentem de unitate Dei, peregrinatione sacra, matrimonio, resurrectione; orationes, epistolas, contrita vetustate proverbialia. Auctor ibn hamdun. [Pocock. 328.]

CCCXC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 889, christi 1484 exaratus, folia 216 complens. Eo continetur Operis de conscribendarum Epistolarum ratione, cujus titulum supra sic expressimus, Lux

## 106 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

Lux in Tenebris Pars septima: ubi inter alia de constitutionibus Imperatoriis, feudis, diplomatibus, religionibus et sectis variis, pace, bello, induciis, amnestia, sit sermo. Composuit abulabbas ahMed alcalcashandI, Shapheita. [Marsh. 317.]

### CCCXCI.

Codex bombycinus, Damasci anno Hegirae 582, christi 1186, exscriptus, foliorum 226, ubi exhibetur Libri, quo, sub Declarationis titulo, de Linguae Arabicae proprietatibus, ubertate et elegantia, disseritur, Pars secunda: auctore ibn hobaira. [Marsh. 247.]

### CCCXCII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 884, christi 1479, exaratus, foliis 120 constans. Exhibet Collectanea quibus titulus: Notitiae Jucundissimae. Agitur ibi de rebus mirabilibus, et eventibus insolentibus, nempe ad Reges, Chaliphas, Prophetas, ad animalia, plantas, lapides, ad regiones, flumina, aquas, ad insanas denique moles, quales sunt pyramides Aegypti et pharus, relatis. Initium: Exstitit Rex, qui antequam natus esset regnavit, estque ille sapor. Auctoris nomen omissum. [Marsh. 159.]

### CCCXCIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 798, christi 1395, exscriptus, quo comprehenditur Tractatus de Accipitrum instituendorum arte, inscriptus, Utilitates Avium morborumque earum remedia, cui folia sunt 82, partes duae: prior, capitibus constans III. agit de alitum horum domitura, speciebus, nominibus, proprietatibus, deque egregii accipitris indiciis; posterior per capita xcviII. de pastillis catharticis, pilulis stupariis, aliisque medicamentis, quibus illorum curantur morbi, disserit. Auctor est alheglagI ben khalthaMa. [Marsh. 148]

### CCCXCIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 880, christi 1475, exaratus, folia 60 complens. Complectitur alharavi de sagittas dirigendi et excutiendi arte traetatum, hoc titulo praenotatum: Res arcanae et mirabiles. Constat sectionibus duodecim: in prima arcuum genera recensentur; postrema praecipit de technis ab iis, qui jaculando inter sese certant, adhibendis. Exscriptoris nomen albastami. [Marsh. 304.]

### CCCXCV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 708, christi 1308, exaratus, folia 170 habens. In eo occurrit Opus, cui Liber de Ingeniosis titulus, agens de Regum quorundam, Principum, Ducum, Judicum, aliorumque, qui ingenii celeritate et abundantia excelluere, dictis atque factis; ubi et lokman laudatur: auctore gemaleddin abulfaragi ben ali ben algIuzI. [Pocock. 254.]

### CCCXCVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 739, christi 1338, transcriptus, complectens

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 107

plectens foliis 82 Tractatum, Dilucida Expositio dictum, triginta in capita distinctum, ubi auctor, cujus abest nomen, de Sagittandi arte, de ejus praestantia, de praemio, quod in Alcorano et Traditionibus docentibus ac discentibus eam proponitur, disserit. Accedunt figurae. [Hunt. 213.]

CCCXCVII.

Codex chartaceus, folia variis ornata coloribus 18 efficiens. Exhibet Calligraphiae specimen, quod sententiis Arabicis ac Persicis absolvitur, adjunctis sex pictis hominum, veste auro illusa indutorum, imaginibus. [Laud. B. 117.]

PHILOLOGICI ET MISCELLANEI IN QUARTO.

CCCXCVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 607, chrIsTI 1210, Aleppi exaratus, foliis 260 constans, quo continetur Opus, Scribarum Columna appellatum, agens de iis, quae Scribam perfectum reddunt, scilicet de literarum natura, de orthographia, de Grammaticae et Rhetoricae praeceptis, de linguae Arabicae proprietate et puritate, de nominibus dierum et mensium, de calamo scriptorio, scalpello, atramentario, atramento, charta, annulo signatorio, actorum codice, denique de componendarum omnis generis epistolarum ratione. Auctor est abu giaafar ahmed ben mohammed, Grammaticus. [Marsh. 338.]

CCCXCIX.

Codex bombycinus, polite exscriptus, cui folia 270. Continet eruditissimum et accuratissimum in quinquaginta hariri Orationes Academicas commentarium, quem composuit alshirazi <sup>4</sup>, annoque Hegirae 654, christi 1256, clausit. Sequuntur folia duo de hariri laude. [Pocock. 100.]

CCCC.

Codex bombycinus, fine mUtilus, foliorum 133, ubi reperitur Operis, Margaritae ordine consertae dicti, Pars secunda, disserens de cantatricibus, pseudoprophetis, fatuis, avaris, de jocis et salibus, de cibo et potu, de regenda sanitate, de vini noxa. Composuit ben AbdirAbbihI. [Marsh. 113.]

CCCCI.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 179 complens. Complectitur modhAfferI in hariri Orationes posteriores Commentarium, Sensuum reconditorum Explanatio inscriptum, cui ultima imposita manus anno Hegirae 687, chrIsTI 1288. Incipit ab oratione xxvI. in ultimam desinit. [Laud. B. 126.]

CCCCII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 272, christi 1564, exaratus, foliis 251 constans. Eo Continetur serageddin AlseKAKi de Rhetoricae legibus et praeceptis tractatus, videlicet Libri, Scientiarum Clavis dicti, Pars tertia, duplici illustrata commentario: prior, qui Expositio succincta appellatur, factus a gelAleddin mohAmmed ben AbdAlrAhmAn ALcAzviNi; posteriorem, cui Prolixior explicatio titulus, masud ben omar AltAstAzANi composuit. [Laud. A. 120.]

CCCCIII.



## 108 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

### CCCCIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 650, Christi 1252, transcriptus, complectens foliis 152 luculentum in hariri xxiv. posteriores orationes commentarium, quem composuit almasudi. [Pocock. 171.]

### CCCCIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1003, christi 1594, exaratus, foliis 264 constans. Ibi occurrit Opus bipartitum, variis ex auctoribus, ex Libro imprimis alsoiuthi, Primorum Notitia dicto, conflatum, atque sio inscriptum: Diurna Disputatio de Rerum Initiis, et Nocturna Confabulato de Finibus. Pars prior, in xxxvii. diducta sectiones, edisserit unde, et a quibus, sua capiebant primordia Traditiones tam propheticae quam aliae, revelationes divinae, linguae, scriptura, Poetica, Philosophia, aliae disciplinae, bella, dignitates regiae, nomina et cognomina, conjugia, religiones et preces, eleemosynae et jejunia, emptiones et venditiones, funera et morbi, poenae et crimina, proverbia, aedificia, artes, venatio, etc. Posterior quatuor sectionibus agit de postremo demissis de coelo Alcorani verbis; de Principibus, in quibus variae Dynastiae finem habuere; de resurrectione, deque ultimo animae statu. Auctoris nomen dada ali alumi. [Hunt. 560.]

### CCCCV.

Codex bombycinus, vocalibus instructus, cui folia 151. Complectitur Librum, qui, quinquaginta Orationibus constans, totius elegantiae et eruditionis Arabicae specimen appellari merito potest Composuit saepe laudatus alhariri. [Hunt. 459.]

### CCCCVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae; 971, christi 1563, exaratus, folia 270 efficiens. Eo comprehenditur Tractatus, Flores de Scientiis Linguae inscriptus, ubi per capita quinquaginta, non fine magno eruditionis apparatu, de Linguae Arabicae antiquitate, puritate et proprietate, elegantia et ubertate, deque praecipuis Grammaticae, Poeticae atque Rhetoricae, praeceptis disseritur: auctore gelaledin alsoiuti. [Pocock.95.]

### CCCCVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 436, christi 1044, exscriptus, foliorum 236. Ibi repraesentatur Liber, Literale commercium dictus, continens videlicet Epistolas gratulatorias, commendatitias, monitorias, officiosas, et omnis generis alias, quas abubekr mohammed ben alabbas althabari stilo conscripsit elegantissimo; alkhovarezmi, additis suis, edidit. [Pocock. 151.]

### CCCCVIII.

Codex bombycinus, sine notato scriptus anno, foliis 108 constans, quo continetur Tractatus de rerum palato suavium, odorumque conficiendorum ratione, in capita decem distinctus, et hoc titulo praeditus: Accessus ad rem amatam. Caput primum agit de odoramentis; secundum, de potionibus; tertium, de succis et liquoribus; quartum, de unguentis; quintum et sextum, de cibis delicatis et dulcibus; septimum, de placentis; octavum, de salsamentis; nonum, de smegmate; decimum, de suaveolentia ori concilianda. Nullum de auctore verbum. [Hunt. 339.]

### CCCCIX.

CCCCIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 909, CHRISTi 1503, exaratus, qui folia 133 habet. Exhibet almerhum Cujusdam de Epistolarum juxta recentiorum methodum conscribendarum ratione tractatum, cum Formulis, quibus in omni epistolarum et diplomatum genere Arabes uti et Turcae consueverunt. Inscribitur: Monilia margaritis ornata. Sectio prima origini est epistolaris colloquii destinata. [Hunt. 330.]

CCCCX.

Codex bombycinus, uno a fine folio mutilus, quo Tractatus comprehenditur de ciborum delicatissimorum ac exquisitissimorum ad Regum, Chalipharum et Magnatum, usum parandorum ratione, capitibus cxxxii. foliis 160, constans, cui titulus: Ars Coquinaria. Contextuit abu mohammed almodhaffer ben nasr ben saiar AlvArrAk. [Hunt. 187.]

CCCCXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 996, christi 1587, exaratus, foliorum 296. Complectitur Orationes Hariraeas, cum tribus elegantissimis ad calcem imperita manu recens adjectis epistolis, quarum duae ab hariri sunt scriptae, tertia ad eum ab alio. [Laud. L. 2.]

CCCCXII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1045, christi 1635, exaratus, ubi continentur:

i°. Tractatus de plagiis literariis almotanabbi Poetae quadripertitus, 57 folia complens, et hunc titulum prae se ferens : Furtorum Patefactio.

2°. Collectanea Poetica, ubi Carmen primum, ab almotanabbi compositum, laudes canit urbis Sabah, quae sita in vicinitate Cuphae est. Liber habet folia 30.

3°. Selectiores aristotelis, almotanabbi atque alriadhi, sententiae. [Pocock. 89.]

CCCCXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 844, christi 1440 exscriptus, folia 125 implens. Ibi habetur Liber iis lucem et praesidium afferens, quae in commentario, quem gelaleddin alcazvini in alsekaki Rhetoricam composuerat, ac Talkhis appellarat, obscuriora et involutiora videri poterant: auctore masud ben omar altagazani. [Pocock. 38.]

CCCCXIV.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, 75 folia complens. Tractatum exhibet de Locis Rhetoricis, in capita viginti distinctum, atque sic inscriptum: Murus Tironis. Multa ibi ex praestantiorum Poetarum ac Rhetorum operibus petita exempla. Composuit mohammed ben jahia ben alhakam, Shapheita. [Marsh. 490.]

CCCCXV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1074, christi 1663, exaratus, complectens gelaleddin alcazvini in alsekaki Rhetoricam, quae Operis ejus Scientiarum Clavis dicti, pars est tertia, commentarium, cui titulus: Succincta Expositio. Constat 95 foliis. [Marsh 599.]

CCCCXVI.

110 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

CCCCXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 718, CHRISTI 1318, exaratus, folia 150 efficiens. Tractatum continet de conscribendarum Epistolarum ratione, hoc praenotatum titulo: Recta Via ad Artem Epistolarem. Hujus auctor shehabeddIn abulthema MahMud, Regius Damasci Secretarius. [Marsh. 507.]

CCCCXVII.

Codex chartaceus, Cairi sine anni nota exaratus, foliis 156 constans. Complectitur Proverbia selectissima, ordine disposita alphabetico, commentario munita luculentissimo, qui tali praeditus titulo: Adagiorum Explicatio. Auctor mohammed ben aLI ben nasereddin ALShAbbi, Shapheita. [Pocock. 41.]

CCCCXVIII.

Codex bombycinus, et capite et calce truncus, folia tamen 60 efficiens. Vitam denarrat ALrAcAsH et alganlarga cum Antistite Ali ben Abi thaleb et THARGAMA. [Marsh. 84.]

PHILOLOGICI ET MISCELLANEI IN OCTAVO.

CCCCXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 867, chrISTI 1462, exaratus, foliis 127 constans, quo comprehenditur Operis, Clavis Scientiarum nuncupati, cujus auctor abu jacub alsekaki, Pars tertia, ubi de inventione, elocutione et figurata dictione. [Marsh. 594.]

CCCCXX.

Codex bombycinus, absque anni exscriptus mentione, cui folia 92. Tractatum exhibet de Numeri septenarii praestantia, in septem hebdomadae dies distinctum. Itaque agitur ibi de septem coelis, septem terris, septem maribus, septem ignibus, septem Alcorani partibus, de septem corporis humani membris, quae sunt manus duae, duo pedes, genua duo, facies, de septem aetatis partibus, de septem climatibus. Auctor est aeu nasr mohammed ben abdalrahman alhamadani. [Hunt. 3570]

CCCCXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae ioiii, christi 1602, elegantiflime exaratus, ubi occurrunt:

1°. Liber tripartitus, Fons utilitatum et Cumulus unionum inscriptus, cui folia 130. Pars prima agit de traditionibus quibusdam prophetis, de vocibus nonnullis insolentioribus, et peregrinis, tam in Paganismo quam in Iflamismo, de antiquorum et recentiorum Poetarum versibus. Secunda continet carmina laudatoria, probrosa, amatoria, lugubria, et alia. In tertia Epistolae leguntur et acute dicta. Auctor est gemaledin mohammed ben mohammed ben nobAta Almisri.

2°. Ejusdem Epistolae laudatoriae et gratulatoriae, oratione soluta et versibus conceptae. Praemittitur index. [Pocock. 158.]

ccccxxii.

CCCCXXII.

Codex bombycinus partim, partim chartaceus, foliorum 162. Exhibet Orationes quinquaginta, titulo: Sessiones de Fundamentis moralibus. Auctor est alhariri, qui ob eloquentiam, atque orationis elegantiam, tanti apud Arabes sit, quanti cicero apud Latinos. [Marsh. 511.]

CCCCXXIII.

Codex chartaceus, anni destitutus nota, foliis 289 constans, quo continetur Opus bipartitum, inscriptum : Liber de Primis et Postremis. Pars prior de iis disserit, unde et a quibus Regna, Imperia, Dynastiae, Religiones, Linguae, Scripturae, Revelationes divinae, Traditiones propheticae, artes et scientiae, conjugia, bella, jejunia, decimae, eleemosynae, mercatura, haereditas, initium sumpserunt. Posterior agit de postremo revelatis Alcorani verbis, de Regibus et Principibus, in quibus variae Dynastiae expirarunt, de novissimo die. Auctor est ali efendi, Oppidi Begiui incola. [Marsh. 93.]

CCCCXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 986, christi 1578, exaratus, cui folia 80. Ibi occurrit Liber, carminibus amatoriiis, odis, narrationibus item lepidissimis, constans, et hoc gaudens titulo : Oblectatio animorum et Exhilaratio tristium. Composuit abulhasan nureddin abulola ben sudun almoarri ALiAsiAvi. [Hunt. 601.]

CCCCXXV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 793, christi 1390, exaratus, folia 250 efficiens. Continet Opus, cui titulus: Nominum invicem Comparatio et Discrimen, hoc est, Librum, in quo virorum illustrium, mulierumque, nomina, quae similitudinem quandam prae se serunt, inter se comparantur, atque discrimen illorum ostenditur, e. g. multi vocantur Giobara; at Gibara est ben zerArA Albelui : sic Filia mohammedis ben thabet appellatur Giabra; at Habra est Filia abi daigami. Composuit shamseddin abu abdalla moHammed alHafedH aldHaHabi, Damascenus. [Laud.B.55.]

CCCCXXVI.

Codex chartaceus, non una scriptus manu, ubi continentur:

i°. Liber 26 foliis constans, comprehendensque Dicta selectiora, apophthegmata, traditiones quasdam sacras, carmina item et preces. Anno Hegirae 647 ad moHammed ben moHammed ben alshirazi pertinuit.

2°. Carminum collectio, cum aliquot precationibus et laudationibus. [Seld. 3290, 78.]

CCCCXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 746, christi 1345, exaratus, foliorum 230. Eo continetur Tractatus de Stilo in Scriptis Aulicis usitato, praecipiens primum de formulis, quae in diplomatibus, edictis, mandatis, testamentis, pactis, conventis, induciis, Regum item epistolis ad Reges, Proreges, praefectos, scribendis servandae semper Sunt; disserens dein de regionum, per quas tabellarii proficiscuntur, situ et finibus; postremo agens de veredis, veredorumque statione. Auctoris

io6 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

Auctoris nomen ali ben abdalla alhanaphi. [Pocock. 170.]

CCCCXXVIII.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 100 complens. Complectitur Opus, Eruditionis acquirendae Fundamentum inscriptum, proverbia exhibens et effata Theologica, Ethica, Juridica, Philosophica, Historica, ex Alcorano inprimis et Traditionum libris excerpta. Subjicitur terminorum variis in Scientiis usurpatorum nomenclatura. Auctor, qui est ekhtiar ben gaiatheddin alhosaini, anno Hegirae 897 obiit. [Pocock. 65.]

CCCCXXIX.

Codex bombycinus, luculente exaratus, foliorum 78. Exhibet Emblemata, hoc est, pictas quasdam et aves, et bestias, et plantas, subjecta oratione et ligata et soluta, naturam illarum exponente, et hunc titulum prae se ferente: Arcanorum Patefactio. Est libellus elegans, et diversitate argumentorum jucundus, gravissimisque sententiis plenus. Composuit abdalselam ben ganeMe, Hierosolymitanus, [Hunt. 364.]

CCCCXXX.

Codex bombycinus, nitide exscriptus, complectens Libellum, x. capitibus, 24 foliis, constantem, titulo : Utilitates Mensales. Agitur ibi de benedictione cibi, de officiis convivae, de janitoribus, de edacitate, de avaritia, de officiis hospitis, quid in hospite turpe ducendum, deparasitis, de luxuria. Auctor est gemaLEDDIN JAHIA BEN ABDALADHIM, Vulgo abulhosain algezzar. [Pocock.14.]

CCCCXXXI.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1021, christi 1612, exaratus, cui folia 96. Complectitur tractatum de Re equestri sive de ratione, qua equi do, mari, exerceri et tractari, debent, hunc prae se ferentem titulum: alabbasi de Equestri Scientia Liber. Praecipitur ibi et de remediis, ad morbos equorum curandos magis idoneis. [Hunt. 377.]

CCCCXXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 739, christi 1338, exaratus, ubi occurrunt:

1°. AbDALRAHMAN alshebeli de conversandi virtutibus tractatus, ex Alcorano et traditionum libris conflatus, hoc gaudens titulo: Societatis Leges. Habet folia 48.

2°. Historia urbis Antiochiae, ex Graecis Scriptoribus ab anonymo excerpta, foliis 16 constans: ubi de illius origine, extructione, ac mirandis. Initium sit ab antiocho, ejus conditore.

3°. Grammatici cujusdam, qui ex nimio fructuum efu morbo dicitur correptus, cum medico disputatio.

4°. Abu maashar duodecim Astrologica dicta. [Seld. 3242, 30.]

CCCCXXXIII.

Codex bombycinus, forma oblongus, fine truncus, foliis 142 constans. Complectitur

CODICES MAN USCRIPTI ARABICI. 113

plectitur Librum, Hilarorum Oblectamentum dictum, comprehendentem versibus concinnis aenigmata, anagrammata, elegantissimas personarum rerumque descriptiones, epistolas item amatorias et odas. Auctor est alhabab alfakhari othman ahmed. [Marsh. i.]

CCCCXXXIV.

Codex bombycinus, anni carens nota, foliorum 308. Tractatum exhibet de conscribendarum epistolarum ratione egregium, ubi variae regum, principum, aliorumque virorum illustrium, literae referuntur : auctore jacut AlhAmAvI [Marsh. 707.]

PHILOSOPHICI IN FOLIO.

CCCCXXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 771, ChrIstI 1369, exaratus, foliis 368 constans. Eo continetur Systematis Philosophici, ex Graecorum Philosophorum scriptis ab AvicENNA concinnati, atque Alshepha sive Sanitas appellati, Pars ea, quae agit de Naturalibus Principiis, de Coelo et Mundo, de Generatione et Corruptione, de Elementis et Mixtione, de Meteoris, de Anima, de Animalibus, denique de rebus ad Metaphysicam Spectantibus. [Pocock. 125.]

CCCCXXXVI.

Codex bombycinus, inconcinna exscriptus manu, qui Constantinopoli anno Hegirae 890, christi 1485, ad abdAlrAhmAn benali ben muied pertinuit. Ibi exhibetur Mathematica ejusdem Operis Pars, tractatibus quatuor, foliis 164, constans: primus inscribitur de Geometria, secundus, de Arithmetica; tertius, de Musica; quartus, de Astronomia. Accedunt Figurae. [Pocock. 250.]

CCCCXXXVII.

Codex chartaceus, litera Mauritanica, absque anni mentione exaratus, exhibens Operis, Alshepha dicti, Tomum secundum, eumque ad Logicam relatam, ubi per varia capita, et 150 folia, avicenna ea explicat, quae ad Analytica pertinent. [Hunt. 13.]

CCCCXXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 985, christi 1577, exaratus, folia 241 complens. Ibi reperitur Oneirocritica sive Tractatus de Somniorum natura, causis, speciebus, interpretatione et divinatione, ab abu saad nasr beN jacob aldainuri in gratiam cader billa, vicesimi quinti Abbasidarum Chaliphae, compositus, qui Libris xv. Sectionibus xxx. capitibus 1396 absolvitur. Opus, divinationem si Spectes, ineptum; acumen si ingenii, doctum, ac multiplici Scientiarum eruditione refertum. [Laud. A. 97.]

CCCCXXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 653, christi 1255, transcriptus, idque caractere lectu difficili. Comprehendit Opus de Agricultura et Arte aratoria, a casthus ben askuraskanah Philosopho Graeco, Graece primum compositum, ab aliis deinde in Arabicam linguam conversum, quod, duodecim Partibus, 147 foliis constans, hunc prae se fert titulum: Liber excellens. Sed versio

114 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

versio haec ex Persico exemplo est ab anonymo concinnata. [Seld. 3233,21.]

CCCCXL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 959, christi 1551, exaratus, foliis 250 constans. Eo continetur Operis Philosophici, cui Arcanorum Demonstrationes titulus, Pars quarta, agens de Principiis Metaphysicis et Physicis, de Deo et Angelis, de quatuor elementis, eorumque mixtione, de homine, varioque ejus variis in regionibus corporis habitu, de plantis, de animalibus, de metallis, de sulphure et arsenico, denique de ratione, qua juxta giaber regulas Lapis Philosophicus confici quit. Composuit algeldeki, qui Damasci anno Hegirae 740 fertur obiisse. [Laud.B. 145.]

CCCCXLI.

Codex bombycinus, eleganter, non consignato anno exscriptus, folia 245 complens. Ibi occurrit Supra laudati aldainuri de arte divinandis seu praesagiendi futura ex somniis tractatus, praefatione praeditus, agente de veris et falsis somniis, de iis, quae a somniorum interprete expendenda sunt, de temporibus, quibus somniant vel prosunt somnia vel obsunt, de eorum moribus, qui somnia sua narrant, de iis, qui de somniis scripsere, item de Angelo, qui somniis praeest. Unum alterumve ab initio desideratur folium. [Pocock. 401.]

CCCCXLII.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 145 implens. Complectitur sub Vitae Animalium titulo Historiam Animalium, ordine alphabetico dispositam, ubi non solum illorum nomina, natura, proprietates, qualitates, virtutes locus natalis et educatio, referuntur sed etiam Proverbia ab illis desumpta diligenter exponuntur: auctore kemaleddin abulbaca mohammed ben sher, feddin musa aLdeMiri Secta Shapheita, professione Jurisconsulto, e vivis anno Hegirae 808 excessit. In hoc autem codice primum duntaxat Operis Volumen occurrit. [Marsh. 191.]

CCCCXLIII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 968, christi 1560, exaratus, foliorum 124, Exhibet proxime memoratae Animalium Historiae, quae duobus constat voluminibus, Volumen alterum. Auctor summam Operi manum imposuit anno Hegirae 773. [Marsh. 192.]

CCCCXLIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 590, christi 1193, exscriptus, complectens foliis 280 Tractatum Metaphysicum, bipartitum, Gressuum Meta inscriptum, ubi de Novitate mundi, de Deo, ejusque attributis, de Anima, itemque de Prophetia, Scholasticorum more disputatur : auctore abdalkerim alsheherestani, magni inter Asharaeos nominis Doctore, qui natus anno Hegirae 467, denatus 548. [Marsh. 356.]

CCCCXLV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 878, christi 1473, exaratus, foliis 468 constans, quo comprehenditur Opus, Scientiarum Compages dictum, quod ahmed ben junos alkendi anno Hegirae 835 contexuit, atque Exercituum AEgyptiacorum Praefecto, cui abu zakaria jahia nomen, dedicavit:

CODICES MAN USCRIPTI ARABICI. 115

cavit: qui ita ihi de Legibus Mohammedanorum ac statutis disserit, ut omnes Quaestiones difficiliores Philosophicas, Theologicas, Mathematicas, Physicas, Politicas, Juridicas, Ethicas, aliasque, ad examen revocet, ac decidat. Disputat quoque de quibusdam Pentateuchi et Evangeliorum locis. [Hunt, 190.]

CCCCXLVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 889, chrIsti 1484, transcriptus, folia 516 complens. Ibi repraesentatur Historia animalium, ex diversis auctoribus ab Aldemiri concinnata: qui in Praefatione ait, se a nemine invitatum, aut jussum; verum sua sponte ad scribendum accessisse, ut controversias, quae inter Mohammedanos Doctores circa varias animalium species occurrunt, componeret. [Pocock. 71.]

CCCCXLVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 763, christi 1361, exaratus, solis 230 constans, quo continetur abu nasr ben jacub aldaInurI de Visionibus, apparitionibus, somniis, eorumque interpretatione, tractatus, in triginta sectiones, et plura capita, distinctus, qui ideo Caderi appellatur, quia Chaliphae cader billa dedicavit eum auctor. Praemittitur index. [Hunt. 145.]

CCCCXLVIII.

Codex chartaceus, a golio transcriptus, ubi reperiuntur:

i°. Liber de Lapidum pretiosorum, quales sunt margarita, rubinus, smaragdus, topasius, beryllus, onyx, jaspis cyanos, magnes, smyris, adamas, &c. natura, origine, proprietatibus, differentiis, viribus, loco, pretio et valore, utilitate et noxa, in sectiones viginti quinque, totidem lapillorum genera complectentes divisus, cui solia 27. Composuit abulasbas ahmed ben jusof altifash alcaisi, ac Florilegium Cogitationum appellavit.

2°. abulabbas ahmed Alkatbi eodem de argumento Opusculum, Arcanum Arcanorum dictum, solis 20 constans.

3°. Tractatus de Lapidibus pretiosis superstitiosus, 15 solia complens. Hujus auctor hermes hermf.tum.

4°. Excerptiones ex moslemae alMAGirithaei Libro, de eodem agente argumento. Habet libellus duo solia. [Marsh. 452.]

CCCCXLIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1089, christi 1678, nitide exaratus, solia 456 implens. Continet Opus, Vita animalium inscriptum, ubi animalia ordine alphabetico recensentur; illorum nomina, natura, proprietates, qualitas, virtus, exponuntur; Proverbia ab illis desumpta explicantur: auctore Abu mohammed AbdALLA aldemiri, Shapheita. [Hunt. 63.]

CCCCCL.

Codex bombycinus, litera nitida exscriptus, solis 115 constans. Ibi occurrit Operis Philosophici, cui Arcanorum Demonstrationes titulus, Pars prima, disserens, de Unitate Dei, potentia ejus et providentia, de Constellationibus, de signis Zodiaci, de Orbibus coelestibus, de Climatis, de Planetis. Auctor ezeddin aidem alI algeldekI. [Hunt. 65.]

CCCCLL



## 116 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

### CCCCLI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1079, christi 1668, exaratus, folia 124 efficiens, comprehendensque ejusdem Operis Partem secundam : in qua auctor disserit de Arte Alchymica, origine ejus et mysteriis, de ali Imperatoris sententia dicentis: Exstitit Alchymia, existit, et extitit. Laudatur ibi et plinius Philosophus. [Hunt. 66.J

### CCCCLII.

Codex bombycinus, caractere Africano, non annotato anno, exaratus, ubi exhibetur Systematis Philosophici, cui Alshepha titulus, Pars quarta, foliis 136 constans, agensque de Logica et Rhetorica, itemque de Graecorum Carminum formis et generibus. Auctor est AVICENNA. [Hunt.III.]

### CCCCLIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 925, christi 1519, splendide exscriptus, folia 336 complens. Comprehendit Operis, in quo oneirocritica Sive somniorum interpretamenta leguntur, Partem tertiam, undecim sectiones, plura in capita abeuntes, complectentem: prima agit de significatione gemmarum, auri, argenti, thesauri, rei cujuscumque pretiosae; secunda, de significatione animalium, avium; tertia, de significatione ferarum, venationum, piscationis; quarta, de significatione convivorum, ciborum delicatissimorum; quinta, de significatione vasorum vinariorum, spectaculorum, aromatum; sexta, de significatione vestium talarium, aliorumque ornamentorum; septima, de significatione amoris, et quae eo spectant; octava, de significatione vitiorum, quae singulis corporis humani membris accidunt; nona, de significatione medicamentorum, phlebotomiae, cucurbitulae; decima, de significatione defunctorum, sepulcrorum, amiculorum feralium, undecima, de significatione Paradisi et Gehennae. Collegit nasr ben jacub aldainuri ex Graecis Mohammedanisque Scriptoribus. [Arch. D. 15.]

### CCCCLIV.

Codex bombycinus, scriptionis aera destitutus, foliorum 256. Repraesentat Tractatum de Animalibus, Plantis et Lapidibus, ex variis auctoribus, imprimis ex shehabeddini ahmed ben fadhl Libro Historico et Geographico, ab anonymo conflatum, et ordine alphabetico dispositum, qui Tomum primum Operis integri, quod Animorum et cogitationum Relaxatio inscribitur, constituit. Multa ibi de eorum nominibus, natura, proprietatibus, qualitate, itemque utilitate, quae ex iis percipi potest, quatenus ad rem medicam pertinent. [Hunt. 154.]

### CCCCLV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 637, christi 1239, exaratus, ubi occurrunt:

i°. Opus anonymi de Arte Logica, Ortus Luminum nuncupatum, cum Commentario, Arcanorum Splendores appellato, cujus auctor cothbeddin alrazi, Philosophus non ignobilis. Constat foliis 74.

2°. Commentarius in ben alathir alabhari Manuductionem ad Philosophiam, hoc est, in ejusdem de Logica, Physica et Metaphysica, tractatum, 30 folia complens. Commentatoris nomen chogeh zadeh. [Hunt. 148.]

### CCCCLVI.

CODICES MAN USCRIPTI ARABICI. 117

CCCCLVI.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, quo comprehenduntur:

1°. AvicENNAE Opus, Disputationes seu Disquisitiones Philosophicas, quaestionibus et solutionibus constantes, continens. Habet folia 85.

2°. Triplex ejusdem Liber, Salus dictus, anno Hegirae 466, christi 1073, exscriptus: primus agit de Logica; secundus, de Physica; tertius, de Metaphysica. folia complet 150.

3°. Ejusdem in Historiam de hai ben jodhan, Philosopho autodidacto, commentariolus, 22 folia efficiens.

4°. Dissertatio de Anima et Spiritu, atque utriusque facultatibus, folia 38 implens. Hujus auctor pakhreddin alrazi

5°. Liber hunc prae se ferens titulum: Responsa ad quaesita Sicula. Ibi ben sabin cum quodam Siciliae Rege Christiano de Animae disputat statu. Continet folia 50.

6°. Ahmed ben mohammed ben ashath de Animalibus tractatus, foliis 155 constans. [Hunt. 534.]

CCCCLVII.

Codex bombycinus, anni carens nota, foliis 80 constans. Commentarium continet in Introductionem ad Scientiam Philosophiae, Elucidatio inscriptum: auctore abu nasr ben tarkhan alfarabi, magni nominis Philosopho, qui anno Hegirae 343 obiisse fertur. Illa autem Introductio est PoRPhYRii Isagoge. [Marsh. 28.]

CCCCLVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 969, christi 1555, exaratus, folia 270 complens, quo continetur Operis Philosophici, quod Arcanorum Demonstrationes inscribitur, Pars tertia: ubi Philosophi giaber ben halan ben abdalla de septem Metallis, illorumque causis et affectionibus, Liber, cui Desiderii Meta titulus, illustratur. Salutatur auctor algeldeki. [Hunt.68.]

CCCCLIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1084, christi 1673, exscriptus, foliorum 240. Complectitur Operis proxime memorati Partem quartam, agentem de plantis et metallis ad conficiendum Lapidem Philosophicum idoneis, illorumque praeparandorum ratione Initio desiderantur nonnulla. [Hunt. 67.]

CCCCLX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 738, christi 1337, exaratus, foliis 220 constans. Eo continetur Operis, quod Rerum creatarum Miranda appellatur, Pars secunda, agens de septem Metallis, de Lapidibus, de Plantis item et Animalibus, eorumque proprietatibus: de Homine ita disserit, ut non solum facultates animae explicet, sed etiam singularum corporis ejus partium substantiam, magnitudinem, figuram, situm et usum, egregie describat. Auctor est ALcAzvINI. [Hunt. 542.]

CCCCLXI.

118 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

CCCCLXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 717, CHRISTI 1317, exscriptus quo comprehenduntur:

Cursus Philosophicus avIcENNAE bipartitus, Praeceptiones inscriptus, 55 folia complens. Disserit de simplici rerum apprehensione, de propositionibus, de vera et falsa argumentandi ratione, de corporum substantia, natura et motu, de Deo, de creatione et productione, de miraculis, de anima terrestri et coelesti, de beatitudine et aeterna felicitate, de Prophetia, de resurrectione.

2°. Tractatus de rebus, ad Logicam, Physicam et Metaphysicam, pertinentibus, Ortus Sapientiae dictus, cui folia 74. Composuit shehabeddin alSHEHERVERDI.

3°. Logica, Arcanorum Flos appellata, cujus auctor athireddin alabhari. Habet folia 58. [Pocock. 107.]

CCCCLXII.

Codex bombycinus, et capite et calce truncus, folia 45 efficiens. Ibi occurrit incerti scriptoris in proxime recensitum avicennAE Cursum Philosophicum Commentarius, bipartitus, anno Hegirae, 769, christi 1367, exaratus, qui incipiens a tractatione de motu et quiete, desinit in sectione de exiguo Religiosorum numero. [Marsh. 380.]

CCCCLXIII.

Codex bombycinus, anni destitutus nota, foliorum 190. Complectitur Operis de re rustica et hortensi, quod Agriculturae Nabathaeae titulum praese gerit, Partem quintam sive ultimam, agentem nimirum de plantarum, vitium, praesertim palmarum, satione et cultura: auctore abubekr ahmed ben ali Suphita, Chaldaeo, qui vulgo ben vahshia vocari solet. [Hunt. 326.I]

CCCCLXIV.

Codex bombycinus, litera lectu facili exaratus, foliis 195 constans, in quo habetur Commentarius in Tractatum Logicum Schedae nuncupatum, octo absolutus libris, hoc ordine: Liber Isagoges. Liber Categoriae. Liber Perihermenias, Analyticae liber primus. Analyticae liber secundus. Liber Topicae. Liber Sophisticae. Liber Rhetoricae. Utriusque auctor aLi ben abiLhazm aLcarshi. [Hunt. 469.]

CCCCLXV

Codex bombycinus, anno Hegirae 1025, christi 1616, exscriptus, folia 596 complens. Eo comprehenditur Opus Alphabetum appellatum, hoc est, Philologiae Sacrae et Profanae Syntagma, ordine alphabetico dispositum, axiomatibus Philosophicis, dogmatibus Theologicis, sententiis Poeticis, praeceptis moralibus, historiis item et narrationibus jucundissimis, instructum : auctore abuLhegiagi jusof ibn mohammed aLbeLvi vulgo ibn aLsheIKh, qui id in Filii fui abdalrahim gratiam composuit. [Marsh. 242.]

CCCCLXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 670, christi 1271, exaratus, foliorum 175, quo continetur Commentarius in anonymi auctoris de rebus Logicis, Physicis et Metaphysicis, tractatum, inscriptus: alsaid alsharif Liber de Scientia Philosophice Initio nonnulla desiderantur. [Marsh. 395.]

P H I L O-

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 119

PHILOSOPHICI IN QUARTO.

CCCCLXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 603, christi 1206, exaratus, foliis 123 constans. Ibi exhibetur Systematis Philosophici, quod AviCENNAE Alshepha est, Tomus sextus decimus, disserens de anima, ejus operationibus, de plantis, earum differentiis, et variis prodeundi modis, de animalibus, eorum naturae diversitate. [Pocock. 114.]

CCCCLXVIII.

Codex bombycinus, nitide transcriptus, complectens solius 240 Operis praecedentis Tomum quartum decimum, tribus comprehensum libris: primus agit de Physica auscultatione; secundus, de Coelo et Mundo; tertius, qui quindecim constat capitibus, de Generatione et corruptione. [Pocock. 115.]

CCCCLXIX.

Codex chartaceus, luculente exaratus, ubi continentur:

1°. AvicENNAE Cursus Philosophicus, bipartitus, solia 105 complens, praecipiensque de tribus mentis operationibus, de corporum affectionibus, de creatione et productione, de miraculis, de animae immortalitate et felicitate, de Prophetia et Fide. Hunc gerit titulum: Praeceptiones et Monitiones

2°. Abdalvahhab ben ahmed ben ali ben ahmed ben mahmud ben musa ben abi abdalla, Urbis Tremesen Sultani, de Pactis et Foederibus tractatus, 90 solii constans.

3°. Liber Persicus, Artium Collectio inscriptus, solia 61 efficiens. Ibi artes traduntur gemmas conficiendi, Sagittas et gladios fabricandi, aurum et argentum solvendi, colores varios vasis inducendi, etc. Auctoris nomen abest. [Marsh.32.]

CCCCLXX.

Codex bombycinus, capite et calce truncus, solii 288 constans, quo comprehenditur anonymi in anonymi Tractatum Philosophicum commentarius, disserens de ente, de causa et causato, de elementis, de motu et tempore, de coelestibus simulachris, de anima, ejusque post mortem statu. [Hunt, 279. ]

CCCCLXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 603, christi 1206, exaratus, soliorum 248. Complectitur Systematis Philosophici, Alshepha nuncupati, Tomum quartum decimum, in quo sermo sit de quatuor elementis, de meteoris, de anima humana, ejusque origine, substantia, potentiis, denique de anima vegetativa. Auctor est AvicENNA. [Pocock. 116.]

CCCCLXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 604, christi 1207, exscriptus, solia complens 169. Ibi occurrit Operis praecedentis Tomus vicesimus primus, exhibens quatuor Libros priores Almagesti sive Magnae compositionis, [Pocock, 112.]

CCCCLXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 602, christi 1205, exaratus, cui solia 250. Complectitur tractatum de Syllogismis et Demonstratione, qui Tomum constituit Operis antecedentis septimum. [Pocock. 120.]

CCCCLXXIV.

120 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

CCCCLXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1088, christi 1677, exaratus, complectens foliis 102 Opus Philosophicum, ubi primum disseritur de Philosophiae divisione; deinde, sub titulo Figura Coeli, de corporum coelestium cognitione, ut et de meteoris; postremo, de toto et parte, causa et causato, Deo et Angelis. Salutatur auctor mir hosaIn ben MoIneddIn AlMAIbAdI. [Marsh. 372.]

CCCCLXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 603, christi 1206, transcriptus, quo continetur Operis AvIcennae, quod AlShepha vocitatur, Tomus septimus decimus, foliis 205 constans; disputansque de corporis humani fabrica, de anatome, de embryone, de abortu. [Pocock. 113.]

CCCCLXXVI.

Codex bombycinus, nitide scriptus, foliis 212 constans. Exhibet Operis proxime memorati Tomum vicesimum, continentem Libros tres de Arithmetica, de Musica quatuor. [Pocock. 109.]

CCCCLXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 604, christi 1207, exaratus, foliorum 183. Ibi occurrit ejusdem Operis Tomus vicesimus quartus, differens de genere et specie, de causis et effectis, de unitate et multitudine, de prima causa. [Pocock. 110.]

CCCCLXXVIII.

Codex bombycinus, foeda exaratus manu, ubi reperiuntur:

i°. Incerti auctoris in anonymi logicam, quae Feritates Solares inscribitur, commentarius, folia 115 complens Partibus constat duabus: prior Prolegomena continet; posterior de Propositionibus, Syllogismorum item figuris et legibus, agit.

2°. Gelaeddini ad eandem Appendix, 3 2 folia efficiens, cui titulus: Annotationes. [Hunt. 336.]

CCCCLXXIX.

Codex bombycinus, line anni exaratus mentione, quo comprehenduntur:

i°. Opus ibn vAhshiae de disciplina aucupatoria, Alitum Regimen dictum, quod in duas partes, plura capita complectentes, abit: prior de accipitrum natura, speciebus, nominibus, proprietatibus, domituque disserit: posterior morborum, quibus obnoxii sunt, curandorum rationes exponit. Constat foliis 140.

2°. Tractatus anonymi de venatu, 12 folia complens. [Hunt. 348.]

CCCCLXXX.

Codex chartaceus, anno Hegirae 803, christi 1400, exaratus, foliorum 176. Commentarium continet in sectiones eas; quae in AvIcENNAE Cursu Philosophico ad Physicam sive ad corporum naturam et affectiones pertinent, inscriptum: Elucidatio Praeceptionum Auctoris nomen fakhreddin alrazi. [Marsh. 500.]

CCCCLXXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 604, christi 1207, transcriptus, foliis 242 constans, quo continetur Operis avicennae, quod Alshepha appellatur, Tomus

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 121

Tomus vicesimus secundus, octo libris, qui Almagesti Partem secundam constituunt, comprehensus. [Pocock. in.]

CCCCLXXXII.

Codex bombycinus, eadem qua praecedens manu exscriptus, cui folia 184. Exhibet ejusdem Operis Tomum vicesimum tertium, comprehendentem de Philosophia prima libros quatuor. [Pocock. 117.]

CCCCLXXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1071, christi 1660, exaratus, ubi occurrunt:

i°. Historia Animalium, titulo Compendii praenotata, ubi multa de illorum nominibus, natura, proprietatibus, qualitate, virtute, loco natali, educatione referuntur: auctore mohammed ben abdalcader aldemiri. Continet folia 450.

2°. Tractatus anonymi de mohamMedIs, ejusque Successorum virtutibus, 32 folia complens. [Hunt. 282.]

CCCCLXXXIV.

Codex bombycinus, utrinque mutilus, folia 133 implens. Complectitur Librum, sic in frontispicio inscriptum: Sapientiae Palma, ubi de anima, ejusque facultatibus, de corpore humano, ejusque partibus, partium item usu, ex aristotele, platone, hippocrate, galeno, aliisque, disputat AlbAihAkI AbulcAsem dhAhIreddin. [Marsh. 539-]

CCCCLXXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 601, christi 1204, exaratus foliis 232 constans, quo comprehenditur Systematis Philosophici, Alshepha nuncupati, Tomus quartus, ad Logicam relatus, ubi de Syllogismis absolutis, ad incommodum ducentibus, et reliquis hypotheticis. Auctor AviCENNA. [Pocock. 122.]

CCCCLXXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 603, christi 1206, exscriptus, foliorum 190. Exhibet ejusdem Operis Tomum duodecimum, qui ad res naturales refertur, disseritque de tempore, loco, quantitate, motu. [Pocock.118.]

CCCCLXXXVII.

Codex bombycinus, eadem qua prior exaratus manu, complectens foliis 191 ejusdem Operis Partem secundam ubi de rebus ad Logicam Spectantibus disseritur. [Pocock. 124.]

CCCCLXXXVIII.

Codex bombycinus, fine decurtatus, folia 144 efficiens. Ibi occurrit Abu thAher ben Asem Alhanbali Oneirocritica sive de Somniorum interpretatione tractatus, praefatione praeditus, agente de somniorum natura, qualitate, divisione, tempore, et Angelo iis praeposito, de somniis veris, vanis, confusis item et intricatis, quae explicari nequeunt, de Interpretum peritia, de somniantium statu, de somnia narrantium moribus, de iis, qui interpretandis somniis operam navavere. [Hunt. 417.]

CCCCLXXXIX.

Codex chartaceus, non una scriptus manu, ubi continentur:

i°. Ano-

122 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

10. Anonymi de Artis Logicae usu libellus, tres paginas complens.

2°. Tractatus de Numerorum scientia, Oblectamentum dictus, quem abulABBAS AHMED BEN MOHAMMED, VUlgo IBN ALHAIIM composuit. Fine caret, folia tamen 16 efficit.

3°. Commentarii in Librum Juridicum, qui Regia via nuncupatur, fragmentum, quinque paginas implens. [Marsh. 51.]

CCCCXC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 602, christi 1205, exaratus, comprehendens Systematis Philosophici, cui Alshepha titulus, Tomum sextum, ubi per folia 280 de Syllogismorum conficiendorum atque resolvendorum ratione, deque demonstrationis principiis, disseritur: auctore avicenna. [Pocock. 121.]

CCCCXCI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 895, christi 1489, exaratus, folia 128 complens. Ibi occurrit Liber sic inscriptus: Duodecim Utilitates de Fundamentis Stientiae Maris, in quo nimirum agitur de Arte navigandi, de peritia in nautis vel gubernatoribus requisita, de portu ad quem tenditur inveniando, de cursu ad portum destinatum tenendo, de acu nautica, de structura navium et forma, de plagis et ventis, de stellis locisque earum ac nominibus, de urbibus, fluminibus, insulis. Auctor est sheHABEDDIN AHMED BEN MAGED BEN AMRU BEN FADHL BEN ABILREKAIB ALsAADi. [Seld. 3258, 46.]

CCCCXCII.

Codex bombycinus, principio et scriptionis aera carens, folia 149 implens. Complectitur Opus, Exercitationes Cogitationum et Manifestationes Exemplorum inscriptum, ubi primum de Homine disseritur, ejusque praestantia, et cur microcosmus appelletur, deinde de Animalium, quorum agmen leo ducit claudit cancer, natura et proprietatibus, adjecto ad singulorum expositionem carmine, similitudines et comparationes ab illis petitas continente. Composuit Mohammed ben AbdAlla ALAnsAri. [Marsh. 560.]

CCCCXCIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 603, christi 1206, exaratus, foliorum 214, quo continetur Operis, quod Alshepha vocitatur, Tomus decimus praecipiens de Rhetorica et Poetica. [Pocock. 119.]

CCCCXCIV.

Codex bombycinus, non commemorato anno exscriptus, foliis 85 constans. Ibi reperitur Tractatus Philosophicus Ortus Luminum inscriptus, disserens de rebus universalibus, de corporum naturalium principiis, speciebus et affectionibus, de anima, ejusque facultatibus, de Deo, ejusque attributis. Auctor est 1Bn vahshia, Chaldaeus. [Hunt. 468.]

CCCCXCV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 602, christi 1205, exaratus, complectens foliis 232 Operis, Alshepha dicti, Tomum tertium, ubi de rebus ad Logicam pertinentibus. Initio desiderantur nonnulla. [Pocock. 123.]

CCCCXCVI.

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 123

PHILOSOPHICI IN OCTAVO.

CCCCXCVI.

Codex chartaceus, anno Hegirae 971, christi 1563, exaratus, quo continentur:

1\*. Commentarius in Libellum de contingenti mundi existentia, initio carens, sex folia efficiens. Ignoratur utriusque auctor.

2°. Appendix ad Commentarium in Prolegomena anonymi de methodo disputandi, 10 folia implens. Auctor AlMesudi.

3°. Commentarius anonymi in ALfadhel Alrumaei de disputationis Philosophicae conditionibus tractatum, folia 23 complens.

4°. Scholia in athireddini abharitae Logicam, Isagoge dictam: auctore abu jAhiA zakaria ben mohammed ben ahmed ben zakaria alansari, Shapheita. Habet libellus folia 16, 5°. Appendix ad Commentarium altastazani in AlnAsAfI Librum, Articuli Fidei inscriptum, 68 foliis constans. Auctor alcazvini.

6°. Commentarius in Logicae, cui Solaris titulus, Prologum, 4 folia continens.

7°. Dialectica, versibus ab anonymo conscripta, 6 folia habens. [Laud. A. 58.]

CCCCXCVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 741, christi 1340, exaratus, foliorum 114. Ibi repraesentatur Commentarius in negimeddini ali ben omar alcazvini de Physica et Metaphysica tractatum, hoc praenotatum titulo: Fons Fundamentorum Philosophicorum. Commentator est nasireddin althusi, qui librum illum non Fontis, sed, ob doctrinae copiam, Maris appellandum nomine censet. [Hunt. 351.]

CCCCXCVIII.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, quo comprehenduntur:

i°. Commentarius in athireddini abharitae Logicam, Isagoges titulo praeditam, foliis 17 constans. Exaratus est anno Hegirae 872, christi 1462. De auctore non constat.

2°. Poema 6 foliorum de praecipuis Religionis Mohammedicae capitibus, Commentario, Celsitudinum Gradus nuncupato, munitum, quod hoc prae se gerit elogium: Principium Meditationum. Auctor commentarii abU abdAlla mohammed ben gemAA qui Theologorum lingua dicitur.

3°. Duo folia de mohammedis Cidari, ejusque longitudine, latitudine, materia, forma. [Laud. A. 48.]

CCCCXCIX.

Codex bombycinus, foliis 220 constans, complectensque Collectionis titulo Commentarios in Opera aristotelis de Physica auscultatione, de Meteoris, de generatione et corruptione, de animalibus et plantis, de anima, de visu, auditu, gustu, tactu, olfactu, de iis, quae ad Logicam pertinent: auctore abubeKr mohammed ben bagia, Hispano, qui vulgo aven Pace. [Pocock. 206.]

D.

Codex bombycinus, anno Hegirae 943, christi 1536, exaratus folia 155 complens.



## 124 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

complens. Tractatus complectitur viginti quinque de rebus Philosophicis, Metaphysicis et Theologicis, quorum priores mulana alphadhel senan GELEBI et ABULPHADHL MOHAMMED BEN ABDALMAGID ALBASTAMI COnscripserunt; reliquorum auctores sunt ignoti. [Seld. 3262, 50.]

### DI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 631, christi 1233, exscriptus, foliorum 350. Eo comprehenditur Cursus Philosophicus Sive de Logica, Physica et Metaphysica, tractatus: auctore mohammed ben omar ben aLhosaIn aLrazi e. [Hunt. 329.]

### DII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 992, christi 1584, exaratus, foliis 142 constans, quo continetur PhiloSophi abu AbdALLA mohAmmed ben omAil altAmimi de Arte Alchymica tractatus, Commentario, quem algeldeki anno Hegirae 741 Damasci composuit, illustratus, et prae se hunc gerens titulum: Epistola Solis ad Lunam. Commentarius sic inscribitur: Lumina Cogitationum lucida. Frontispicium auro coruscat. [Grav, 3786, 14.]

### DIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 838, christi 1434, transcriptus, folia 228 implens. Ibi occurrit Historiae animalium, quam aldemiri composuit, Epitome, auctorem habens bedreddin mohammed ben takieddin Abubekr ben kAdhi shAhbA AlAsAdi Shapheitam, qui non pauca de suo addidit. Incipit a Leone: desinit in Rege apum. [Thurst. 3986, 19.]

### DIV.

Codex chartaceus, anni carens nota, folia 33 efficiens. Complectitur Poema de Arte navigandi, in sectiones undecim distinctum, inscriptumque: Compendium de Scientia Marium,. Sectio prima Nauticam laudat; ultima de horarum ex fiderum motu cognoscendarum ratione agit. Composuit ahmed ben magied ben mohammed ben amru ben fadhL ben abiLrekaib aLnagidi [Seld. 3269, 57-]

### DV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1032, christi 1622, exaratus, foliis 44 constans. Ibi reperitur Tractatus de lapidibus pretiosis, carbunculis nempe, adamantibus, smaragdis, topasiis, amethystis, sapphiris, onyche, achate, aliisque, in sectiones viginti quinque distinctus, quarum ultimam Talcum lapis habet. Inscribitur: Pars prima Libri de Substantiis Lapidum Auctor est AbulAbbAs Ahmed ben jusof ben ahmed AltIphAshI AlcAIsI [Laud. A. 77.]

### DVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1001, chrIstI 1592, exscriptus, foliorum 203, quo comprehenditur Operis de Agricultura Nabathaea Pars tertia, e Chaldaica lingua in Arabicam conversa: ubi per varia capita abubekr ben vahshIa qui auctor illius est, de plantis et oleribus disserit. [Hunt. 340.]

### DVII.

DVII.

Codex chartaceus, scriptionis aera carens, folia 120 efficiens. Exhibet ejusdem Operis de Agricultura Partem quartam, agentem videlicet de terrae excolendae ac foecundandae ratione, de seminibus terrae mandari solitis, de satione arborum et translatione. [Hunt. 349-]

DVIII.

Codex bombycinus, non unam prae se ferens manum, ubi continentur :

i°. Tractatus de Logica, inscriptus Liber Solaris de Dialecticae Fundamentis, foliis 14 constans. Composuit khoghiah nasireddin mohammed ben hasan althusi. Praefatio desideratur.

2°. Emir seid sheriph de Dialectica opusculum, Persice conscriptum, cui folia 9. Sequuntur quatuor folia ejusdem argumenti, Arabice.

3°. Athireddini alabhari Isagoge in Logicam, cum commentario, cujus auctor subtitetur. Habet folia 12.

4°. Libellus Mataphysicus quinque foliorum. Praeedit fragmentum, ad Geomantiam pertinens. [Laud. A. 74.]

DIX.

Codex chartaceus, litera lectu perdifficili exaratus, foliis 160 constans. Eo continetur ibn alcaiem hanbalitae de Sophisticis Elenchis tractatus, hoc praenotatus titulo: Fallaciae. Sequuntur traditiones quaedam ex mohammedis ore exceptae. [Hunt. 482.]

DX.

Codex chartaceus, folia 120 complens, complectens Tractatum anonymi de Lapidum et Gemmarum notitia, itemque de Animalium et Plantarum nominibus, proprietatibus, utilitateque, quae ex iis percipi potest, sic inscriptum: Liber eximius Ex Opere, Creaturarum Portenta dicto, dicitur excerptus. [Hunt. 395.]

DXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 950, CHRISTI 1543, exaratus, ubi habentur:

i°. Tractatus de Disputationum Philosophicarum legibus et conditionibus, cum anonymi commentario, 14 folia habens. Nullum de auctore verbum.

2°. Commentarius in incerti scriptoris disputandi Methodum, 34 folia efficiens.

3°. Liber de disputandi Methodo, folia 52 complens. Hujus auctor shemSEDDIN AL3AMARCANDI [Pocock. 273-]

DXII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 904, CHRISTI 1498, exaratus, quo continentur:

i°. Tractatus de Dialecticae Fundamentis, Liber Solaris dictus, cujus auctor nasereddin althusi. Constat Prolegomenis, tribus Partibus, Corollario. Efficit folia 26.

2°. AtHIREDDINI ABHARItae Isagoge in Logicam, quatuor continens folia, [Pocock. 59.]

DXIII.

Codex bombycinus, anni destitutus nota, folia 134 implens. Exhibet Opus, quo non fine magno eruditionis apparatu eae Philosophorum sententiae, quae cum Religione Mohammedica nullo modo consistere possunt, convelluntur ac franguntur: idque per sectiones duas et viginti, quarum prima de liberrima Dei voluntate disserit; secunda opinioni de

126 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

de aeternitate mundi est opposita; ultima Resurrectionem negantium tela repellit. Laudatur ibi algazali Liber, cui Destructio Philosophorum est titulus. De auctore non constat. [Marsh. 624.]

DXIV.

Codex bombycinus, foliis 122 constans. Eo continentur Libelli varii, ad Logicam pertinentes. Agmen ducit at Hireddini abharitae Isagoge, cum commentario, quem hasamkati<sup>a</sup> conscripsit. Penultimus ab abulbarcat est compositus. Reliqui auctoris nomen non praeferunt. [Marsh. 538.]

DXV.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, quo comprehenduntur:

i°. Opus de rerum creaturarum arcanis, naturisque animalium sese moventium, ab aristotele ex hermete Sapiente in gratiam alexandri concinnatum, inscriptumque, Liber Discipuli. Habet folio 105.

2°. Alexandri Consultatio cum Aristotele de invadenda Perside, 40 folia complens. Inscribitur: Liber Stomachi. Idem Philosophus auctor. [Marsh. 556.]

DXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 810, christi 1407, exaratus, sic oblongus, ut superficies ejus tria pene complectatur quadra, in quo habetur in Athireddini abharitae de Physica et Metaphysica tractatum, Manuductio appellatum, Commentarius, folia 114 complens: auctore anonymo. [Marsh. 405.]

DXVII.

Codex bombycinus, calce truncus, ubi reperiuntur:

i°. Ahmed altiphashi<sup>e</sup> de Lapidibus pretiosis tractatus, sectionibus viginti quinque, foliis 70 constans.

2°. Ahmed alabutigi de Lapiduni pretiosiorum arcanis libellus, cui folia decem. [Marsh. 523.]

DXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 680, christi 1281, exaratus, cui folia 216. Continet Opus, hoc praenotatum titulo: Subtilitates de detegendis veritatibus; versatur quippe in arte disserendi, in naturae explicatione, in quaestionibus denique de Deo. Composuit mohammed algiovini, aegypti Vezirus. [Marsh. 688.]

DXIX.

Codex bombycinus, non annotato exscriptus anno, folia 137 complens. Ibi reperitur Liber, de Metallis, Lapidibus, Plantis, animalibus, eorumque proprietatibus, hunc prae se ferens titulum: Oblectamentum Animorum et Cogitationum. Auctor est abulrihan alkharezmi [Marsh. 689.]

DXX.

Codex bombycinus, fine anni exaratus mentione, foliorum 262. Exhibet Opus, Disquisitiones Metaphysicas, Commentario et Scholiis illustratas, complectens, quod Abstractio inscribitur, auctore althusi. De explanatoribus nullum verbum. [Hunt. 346.]

DXXI.

DXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 835, chrIstI 1431 exaratus, in quo occurrit shemseddini mohammed alsamarcandi <sup>a</sup> de vera diSputandi methodo libellus, 36 foliis constans. [Seld. 3302, 90.]

DXXII.

Codex bombycinus, folia 101 complens. Complectitur sub Exercitationis titulo Tractatum de Arte Chymica, cujus auctor giaber ben haian, Chymicorum princeps. [Marsh. 70.]

MEDICI IN FOLIO.

Archiater, cui hocce Opus jussu ejus conscriptum dedicavit. [Laud. A.115.]

DXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae iooi, christi 1592, exaratus, folia 299 complens. Ibi reperitur Opus quadripartitum, et Sic inscriptum: Medicina Aegritudinum et Remedium Morborum. Pars prima agit de Medicinae et theoreticae et practicae principiis generalibus; secunda, de cibo et potu, medicamentisque tam simplicibus quam compositis; tertia, de morbis, quibus singula corporis membra obnoxia sunt, illorumque curatione; quarta, de morbis, qui peculiari non assignantur membro, et illorum caulis, signis, remediis. Composuit khedher ben ALI ben alkhatthab <sup>s</sup>. [Laud. B. 140.]

DXXIII.

Codex bombycinus, scriptionis destitutus aera, foliis 483 constans. Continet Syntagma Medicum, celeberrimum, maximo ante vulgatum avicennae Canonem in pretio habitum, quod duplicem prae se fert titulum, alterum ab operis argumento, Liber omnia complectens quae ad Artem Medicam spectant; alterum a personae, cui dedicatum est, dignitate, Liber Regius. Dividitur in Partes duas, iingulis libros decem complectentibus: prior, in sectiones 264 diducta, in Theoria versatur; posterior per sectiones 514 de Praxi praecipit. Praemittuntur Prolegomena, ubi de priscorum Medicorum placitis sit sermo. Auctor est ali ben alabbas, Medicus, abi maher musa ben saiar auditor, adadaddaulae Regis Buitae

DXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 612, christi 1215, exaratus, foliis 194 constans. Eo continetur Commentarius in Librum primum Canonis Medicinalis Avicennae, hoc praenotatus titulo: Expositio Libri ABU ALI BEN siNAE de rebus universalibus Medicinae. Conscripsit fakhreddin mohammed ben omar ben alhosain alrazi Conjectae passim quaedam ad oram notae. [Seld. 3:97, 64-]

DXXVI.

Codex bombycinus, anni expers notae, folia 547 efficiens. Exhibet Opus, ordine dispositum alphabetico, inscriptum Liber de Medicamentis Simplicibus; quippe ibi de eorum natura, virtutibus.

## 128 CODICES MANUSCR.IPTI ARABICI.

tutibus, utilitatibus, noxa, item de vi eorum nociva infringenda, de dosi denique ex iis paranda, disseritur: auctore ibn baItHAr, Philosopho, atque Herbario praestantissimo, qui se Asiam et Africam eo asserit consilio peragrasse, ut eam in rem accuratius inquireret. [Laud. B. 146.]

### DXXVII.

Codex chartaceus, litera Mauritanica exaratus anno Hegirae 964, christi 1556, ubi occurrunt:

1°. Commentarius in avI ce nnae Poema de Artis medicae principiis ac fundamentis, 80 folia complens. Auctor abulvalid mohammed ben roshd, vulgO averroes.

2°. AvIcennae Poema de variis morborum generibus, eorum causis, signis, remediis, 40 foliis constans.

3°. Fragmentum de septem Climatibus, tres paginas efficiens. [Laud. A. 99-]

### DXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1037, chrIstI 1627, transcriptus, cui folia 390. Complectitur Opus Medicum, in Partes quatuor tributum, quod COntextuit khedher ben alI ben alkhatthab, inscripsitque: Medicina AEgritudinum et Remedium Morborum,. Prima agit de Medicinae theoricæ et practicæ principiis generalibus, ac fundamentis; secunda, de cibis, potionibus, medicamentis tam simplicibus, quam compositis; tertia, de morbis, quibus singulae corporis humani partes obnoxiae sunt; quarta, de morbis, qui peculiari corporis membro non assi, nantur. [Laud. A. 100.]

### DXXIX.

Codex bombycinus, multiplici scriptus manu, ubi continentur :

1°. Operis Regii, omnia quae ad Artem Medicam spectant complectentis, Partis II. Liber IX. et X. Nonus, cui capita cxi. agit de morbis, qui manuum curantur ope; decimus, per capita xxx de medicamentis compositis. Auctor ali ben alabbas, natione Persa, persuasione Magus.

2°. Liber anonymi de morborum curandorum ratione, Aphorismis clxii. foliis 46 constans. Sequitur fragmentum, ad oculorum morbos pertinens.

3°. Tractatus Medicus, Utilitatum Collectio inscriptus, folia 30 complens. Auctoris nomen abest.

4°. Operis, Almansuri dicti, hoc est, almansuri Raiae urbis Praefecto dedicati, Liber primus, agens per 21 folia de Anatomia. Auctor alrazi.

5°. Eiusdem Operis Liber septimus 17 folia efficiens: disserit de Chirurgia. [Hunt. 3768, 31.]

### DXXX.

Codex bombycinus, non consignato exscriptus anno, folia 171 complens. Complectitur hippocratis Prognostica, cum expositione galeni, ex versione honain ben isaac ben soliman ben aiub, Diaconi, Philosophi, magnique apud Orientales nominis Medici, septimo Hegirae seculo clari. [Laud. A. 140.]

### DXXXI.

DXXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 739, christi 1390, exaratus, foliis 210 constans. Eo comprehenditur, sub Sufficiens titulo, sedid alkazeruni in ben nefisii Compendium Medicinae Commentarius, ex hippocrate, galeno, honaino, alrazi, Canonisque expositoribus conflatus, qui partes habet quatuor. Prima agit de rerum naturalium principiis, de corporis constitutione, tuendaque valetudine; secunda, de alimentorum vi et facultate, medicamentis item simplicibus et compositis; tertia, de morbis singularibus, qui nimirum in singula membra cadunt, eorumque curatione; quarta, de febribus, aliisque morbis gravioribus, et eorum remediis. [Maresc. 10.]

DXXXII.

Codex bombycinus, fine mutilus, folia 220 implens. Exhibet ex Libro tertio Canonis AVicENNAE Partes octo : prima est: de capitis morbis ; secunda, de nervorum morbis; tertia, de anatomia oculi, ejusque morbis; quarta, de anatomia auris; quinta, de anatomia nasi; sexta, de ore et lingua; septima, de aegritudinibus dentium; octava, de dispositionibus gingivae et labiorum. [Thurst. 3969, 2.]

DXXXIII.

Codex bombycinus, nitide exaratus, foliis 168 constans, ubi leguntur:

i°. Aphorismorum hippocratis Libri septem, adjuncto Commentario, qui auctorem habet abulcasem abdalrahman ben ali ben abi sadek. Interpres Aphorismorum honainbenisaac, Syrus Jacobita.

2°. Commentarius in hippocratis Prognostica, quem conscripsit mohaddhebeddin abdalrahman ben ali ben aldakhavar. Ex Praefatione constat, mohaddhebeddini OpUS ab illius discipulo, qui bedreddin modhaffer Heliopoleos in Syria Judicis silius vocatur, collectum. [Thurst. 1977, 10.]

DXXXIV.

Codex bombycinus, luculente, sed absque anni nota, exscriptus, quo continentur:

1°. Tractatus de Medicina speculativa et practica, inscriptus Auxilium et Subsidium, dedicatusque baiazeto mohammedis filio, Imperatori Othomannidarum nono: auctore anonymo. folia 240 efficit.

2°. Viginti Dicta, ex Pseudoprophetae excepta ore. Habet libellus 6 folia.

3°. Dissertatio de rebus ad Juris fundamenta relatis, 9 folia complens.

4°. Carmen duplex, de Rhetorica alterum, alterum, cui Munus Sanctum titulus, de Haereditate. [Pocock. 245.]

DXXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 876, christi 1451, exaratus, folia 95 complens. Complectitur Tractatum, inscriptum Dispositio Medicamentorum Simplicium et Alimentorum P, et ita per Tabulas

## 130 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

Tabulas digestum, ut medicamentorum illorum nomina, proprietates, natura, usus, noxa, praeparatio, quantitas sive dosis, Medicorum item de illis sententiae, servato ordine alphabetico, facile cognosci possint. Auctor est abulfadhli hobaish ben ibrahim ben mohammed almotathabbib altaflisi. [Pocock. 389.]

### DXXXVI.

Codex bombycinus, initio mutilus, foliis 465 constans. Eo continetur Operis, quod Artis Medicae Corpus appellatur, Tomus primus, agens de medicamentis simplicibus, desinens in literam Ch, quae Alphabeti septima est. De auctore nullum verbum. [Pocock.

290.]

### DXXXVII.

Codex bombycinus, eadem, qua prior, exaratus manu, foliorum 352. Exhibet Tractatum de medicamentis simplicibus, qui Operis antecedentis Tomum constituit secundum, desinentem in Gain, quae Alphabeti 19 litera est. [Pocock. 291.]

### DXXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 983, christi 1575, exaratus, folia 394 implens, comprehendensque Operis ejusdem Tomum tertium, qui in /e, ultimam Alphabeti literam desinit. [Pocock. 292.]

### DXXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 687, christi 1288, exscriptus, cui folia 140. Continet operis praecedentis Partem quintam, ubi primum disseritur de psorae et leprae, similiumque affectuum, causis, deinde, de pulsibus, postremo, de urinis. Initio desiderantur nonnulla. [Pocock. 248.]

### DXL.

Codex bombycinus, nitide, absque anni nota, exaratus, foliis 118 constans, quo continetur Tractatus de Equorum delectu, proprietatibus, domitu, itemque morborum, quibus obnoxii sunt, causis, signis, curatione: additis medio in libro septuaginta iconibus, stigmata equis inuri solita repraesentantibus. Opus, quod initio caret, hunc prae se fert titulum: Veterinaria Medicina. Auctoris nomen incompertum. [Pocock. 360.]

### DXLI.

Codex bombycinus, sine notato exscriptus anno, foliorum 177. Complectitur Opus de cibis, potionibus, medicamentisque simplicibus et compositis, ordine alphabetico dispositum, et hoc titulo praenotatum : Methodica Expositio eorum, quibus homo uti solet. Auctor est ben giazla †, qui e Christiano Mohammedanus vivere desiit anno Hegirae 493. [Pocock. 374.]

### DXLII.

Codex bombycinus, splendide exaratus, folia 150 implens. Ibi reperitur Opus ad Medicinam spectans, disserensque de plantis, lapidibus, metallis, animalibus, illorumque nominibus, usu et virtutibus, sub tali titulo: Pars prior Libri de Medicamentis simplicibus. Composuit ben baithar. [Pocock. 402.]

### DXLIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 796, christi 1393, exaratus. Exhibet Operis praecedentis Partem posteriorem, qui

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 131

qui foliis 245 constat. Utrobique ordo servatur alphabeticus. [Pocock. 403.]

DXLIV.

Codex bombycinus, nota anni carens, folia 194 efficiens. Ibi repraesentatur Commentarius in quatuor priores libros Aphorismorum HippocRATIS, hoc praeditus titulo: Pars prima Commentarii in hippocratis Aphorismos. Conscripsit ibn AlnAFis ALcARSHi, magni nominis Medicus. [Pocock. 294.]

DXLV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 553, christi 1158, exaratus, foliis 380 constans. Continet Opus Medicum, ordine alphabetico dispositum, quod ABU zAkAriA jAhiA BEN isA BEN giAzlA composuit, inscripsitque: Clara Expositio eorum, quibus homo uti solet. Agitur ibi de variis ciborum, potionumque, speciebus, de corporis regendi ratione, de medicamentis simplicibus et compositis, horumque praeparatione et usu. [Hunt. 51.]

DXLVI.

Codex bombycinus, scriptionis aera destitutus, folia. 208 complens. In eo occurrunt AvicENNAE Canonis Medicinalis Libri priores duo, quorum alter de generalibus Medicinae principiis; alter, qui ordine dispositus alphabetico est, de medicamentis simplicibus, disserit. [Hunt. 23.]

DXLVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 949, christi 1542, exaratus, foliis 126 constans. Tractatum exhibet, Manuductio ad curandas aegritudines inscriptum, divisumque in Partes quatuor. Prima agit de Medicinae principiis ac fundamentis; secunda, de remediis simplicibus, et alimentis; tertia, de tuenda Sanitate, curandisque morbis; quarta, de remediis compositis, et alimentis. Auctor est ibn omm giAmi ALMiSRi, Israelita, Medicus praestantissimus. [Hunt. 19.]

DXLVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 733, christi 1332, transcriptus, foliorum 212, quo continetur Commentanus in avicennae Canonis Medicinalis Librum primum, hunc prae se ferens titulum : Pars prima disputationum de Canone. Disputatur autem in hac parte de universalibus Medicinae principiis. Composuit ali ben hazm alcarshi <sup>k</sup>. [Hunt. 102.]

DXLIX.

Codex bombycinus, sic oblongus, ut superficies ejus quadra complectatur duo, qui folia habet 50. Comprehendit Compendium Medicinae, Recta Corporum ConJlitutio<sup>1</sup> inscriptum, ubi per tabulas et areolas singulorum morborum nomina, causae, indicationes, remedia pretiosa et magis obvia, itemque temperamenta, aetates, tempora et regiones, quae nonnullis morbis obnoxiae sunt, breviter quidem, sed erudite exponuntur : auctore abu zakaria jahia Ibn isa ibn Ali ibn giAzlA<sup>m</sup>, Philosopho et Medico. [Hunt. 7.]

DL.



## 132 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

DL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 898, chrIstI 1492, exaratus, foliis 240 constans. Eo continetur alMalekI alashraf oMar ben jusof ben oMar ben all ben rasul soltan allaMan de medicamentis simplicibus Tractatus, ex ben glazla, ex ben IbrahIM altaflIsl, et ex aliis, conflatus, inscriptusque : Praesidium Medicinale, qui Partes habet duas. Prior terminatur in Ch ; posterior, in Ie, quae ultima est: Alphabeti litera. [Hunt. 56.]

DLI.

Codex bombycinus, nitide transcriptus, folia 130 complens. Complectitur Opus de re medica, e praestantissimorum medicorum Arabum, Graecorum et Syrorum, scriptis a ben baithar collectum, atque ordine alphabetico dispositum, cui titulus: Pars prior Medicamentorum simplicium. Desinit in Sin, quae duodecima est Alphabeti litera. [Hunt. 86.]

DLII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 852, christi 1448, exaratus, foliorum 340. Tractatum continet de medicamentis simplicibus, ut et alimentis, qui Partem posteriorem Operis praecedentis constituit. [Hunt. 137.]

DLIII.

Codex bombycinus, non consignato exscriptus anno, foliis 290 constans. Eo comprehenditur Opus de medicamentorum simplicium natura, virtute et utilitatibus, inscriptus Liber Sufficiens, cui sectiones sunt viginti. Prima agit de Simplicibus, quae ad morbos capitis curandos magis conserunt.; secunda, de simplicibus, ad morbos oculorum accommodatis; tertia, de simplicibus, quae morbos aurium sanant; quarta, de simplicibus, quibus narium profligantur morbi; quinta, de simplicibus, ad morbos, qui ori accidunt, depellendos idoneis; sexta, de simplicibus, quae ad morbos faucis, et eos, qui halitum intercludunt, curandos conducunt: septima, de simplicibus, quibus morbi stomachi, jecinoris et lienis, curantur ; octava, de morbis intestinorum, eorumque simplicibus; nona, de ulceribus fistulosis ani, eorumque simplicibus; decima, de doloribus nephriticis, eorumque simplicibus; undecima, de morbis vesicae, eorumque Simplicibus ; duodecima, de morbis partium, quae generationi inserviunt, eorumque simplicibus; decima tertia, de morbis uteri, eorumque simplicibus; decima quarta, de doloribus articularum, eorumque simplicibus; decima quinta, de simpliCibus, ad vulnera et ulcera curanda adhibendis; sexta decima, de simplicibus tuberculorum, apostematum et tumorum ; decima Septima, de simplicibus, quae ad decoramen hominis faciunt; duodevicesima, de simplicibus adversus febres, et aeris vitium; undevicesima, de simplicibus, quibus venenorum infringitur vis; vigesima, de simplicibus, quorum frequentior est in re medica usus. Auctor salutatur ben baithar. [Hunt. 85.]

DLIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1050, CHRisTi 1640, exaratus, folia 42 implens. Exhibet Tractatum, in tabulas tributum, Recta Sanitatis Institutio appellatum, cujus auctor abulhasan alMokhtar ben alhosain ben abdun ben bathlan, Philosophus et Medicus,

CODICES MAN USCRIPTI ARABICI. 133

Medicus, seculo Hegirae quinto clarus. Praecipitur ibi de rebus, ad tuendam sanitatem et conservandam necessariis, quae sex sunt: Aer, Cibus et Potus, Motus et Quies, Somnus et Vigilia, Animi pathemata, Excreta et Retenta. [Pocock. 363.]

DLV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 741, christi 1340, transcriptus, folia 50 efficiens. Complectitur Librum de tuenda valetudine ad Aegypti Regem, quatuor habentem sectiones, quarum prima de regenda sanitate praecipit in genere; secunda agit in genere de regendis aegrotis, ubi non reperitur medicus; tertia in specie symptomata morbi, de quibus Rex questus erat, considerat; quarta, quam sequitur appendix, praecepta suppeditat, ab omnibus tam valentibus quam aegrotantibus, et quidem omni et loco et tempore servanda. Composuit r. moyses maimonides. [Pocock. 313.]

DLVI.

Codex bombycinus, in urbe Ispahan anno Hegirae 721, christi 1320, exaratus, folia 156 complens. Ibi reperitur Liber, sic inscriptus: Methodica omnium, quibus homo utitur, declaratio, hoc est, Tractatus, in quo ciborum, potionum, medicamentorum tam simplicium quam compositorum, variae species, servato ordine alphabetico, recensentur et declarantur : auctore abu ali jahia ben giazla, qui desertis Christi castris ad Mohammedicas superstitiones se recepit. [Hunt. 153.]

DLVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 800, christi 1397, exscriptus, complectens foliis 170 Commentarium in abulhazm alcarshitae Compendium Medicinae, quem sedid alkazeruni composuit, diductumque in Partes quatuor Sufficiens appellavit. Prima disserit de rebus naturalibus et non naturalibus, tuendaque sanitate; secunda, de medicamentis et alimentis simplicibus et compositis; tertia, de morbis, in singula corporis humani membra cadentibus, a vertice ad calcem, illorumque tignis, causis, remediis; quarta, de febribus et crisi [Hunt. 35.]

DLVIII.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 458 complens. Continet Opus, Cordatorum Liber memorialis inscriptum, cui Sectiones sunt quatuor. Prima agit de generalibus Medicinae principiis; secunda, de regulis, in administratione medicamentorum servandis; tertia, de medicamentis simplicibus et compositis, illorum nominibus, virtute, utilitate, noxa, idque ordine alphabetico ; quarta, de morbis, horumque curandorum ratione. Auctor est david antiochenus qui seculo Hegirae decimo floruit. [Hunt. 455.]

DLIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 738, christi 1337, exaratus, folia 191 efficiens. In eo habetur Peregrinantium Viaticum hoc est, Medicinae Com-

## 134 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

Compendium, ubi de morborum, quibus singulae corporis humani partes obnoxiae sunt, signis, causis, remediis, per libros septem disseritur. Primus desideratur ; secundus, initio mutilus, incipit ab aurium dolore; tertius agit de morbis, qui halitum intercludunt; quartus, de morbis nervorum ; quintus, de morbis intestinorum ; sextus, de morbis partium, quae generationi inserviunt; septimus, de febribus. Compofuit ABU GIAFAR AHMED BEH ABI KHALed, Medicus. [Hunt. 302.]

### DLX.

Codex bombycinus, polite, non annotato anno, exscriptus, 220 folia implens. Commentarium exhibet in Medici cujusdam et Philosophi celeberrimi Stricturas Medicinales bipartitum, Stabilimentum Sanitatis inscriptum, ubi disseritur de variis morborum speciebus, qui in singula corporis humani membra cadere possunt, adjunctis remediis. Pars prior incipit a morbis capitis; posterior, a morbis intestinorum, terminaturque in capite de venenis et antidotis. Auctoris nomen modhaffereddin alemshATHi, Hanaphita. [Hunt. 169.]

### DLXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 870, christi 1465, exaratus, foliis constans 172. Eo comprehenditur Operis, Altasrif dicti, quo nimirum universalis traditur omnibus corporis humani morbis medendi methodus, Pars undecima; haec autem de Chirurgia praecipit, additis instrumentorum iconibus. Composuit abulcasem khalaf ben abbas alzahravi<sup>e</sup>. [Huut. 156.]

### DLXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 874, christi 1469, transcriptus, folia 180 efficiens. Exhibet Commentariorum in alaeddin ali ben abilhazm alcarshitae Compendium Medicinae Tomum posteriorem, qui partes habet duas. Prior agit de singularibus morbis, qui in lingula membra cadunt, eorumque curatione; posterior, de febribus, aliisque gravioribus morbis, et eorum remediis. Commentator alkazeruni<sup>h</sup>. [Hunt. 176.]

### DLXIII.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, 290 folia complens. In eo occurrit Opus sic inscriptum: Liber de iis, quae Medicum ignorare nefas. Ibi autem de medicamentis simplicibus, ordine alphabetico dispositis, sermo sit: auctore JUSoF BEN ISMAEL BEN ELIAS ALGIVNI, VUlgO IBN ALCOTBI, a quo ultima Operi manus imposita anno Hegirae 711. Illius scopus, ea quae a ben baithar aut prolixius, aut minus accurate, in libro Giame descripta sunt, vel contrahere, vel emendare. [Hunt. 167.]

### DLXIV,

Codex bombycinus, anno Hegirae 1034, christi 1624, exaratus, foliorum 133. Librum continet ad Medicinam relatam, ubi, sub titulo Sanae Praescriptiones agitur de medicamentis simplicibus, ad morbos curandos magis idoneis, idque literarum ferie : auctore ABU sAid BEN IBRAHIM ALMOGREBI ALsiKiLi. [Marsh 173.]

Codex

DLXV.

Codex bombycinus, sine consignato exscriptus anno, foliis 511 constans. Ibi occurrunt Libri, Pandectae sive Comprehensor Medicinae dicti, cujus auctor razis, Pars sexta, septima : ubi de signis prognosticis, de febribus, de egestionibus et vomitu, de temporibus morborum et eorum cognitione, de variolis et morbillis, de crisi et diebus criticis, de urinis, venenis, Simplicibus: [Marsh. 156.]

DLXVI.

Codex bombycinus, luculente exaratus, folia 195 efficiens, quo comprehenditur Operis, ad Medicinam Spectantis, Tomus posterior, complectens varia plantarum et medicamentorum genera, ordine alphabetico disposita: auctore ben baithar. Initium sit a litera Shin. [Marsh. 181.]

DLXVII.

Codex bombycinus, emptus Constantinopoli florenis quadraginta et octo, ubi habentur:

i°. Syntagma Medicum, ab abulhasan ahmed ben mohammed althabari <sup>b</sup> compositum, atque in decem Libros, qui vulgo Curationes Hippocraticae vocantur, divisum. Liber primus disserit de Medicinae principiis; secundus, de morbis capitis externis; tertius, de morbis capitis internis ; quartus, de morbis oculorum, eorumque structura; quintus, de morbis narium et aurium ; sextus, de morbis, qui os, linguam, dentes, infestant ; septimus, de morbis, qui cuti corporis accidunt, octavus, de morbis, qui pectus, pulmonem, cor, invadunt; nonus, de morbis stomachi et aefophagi ; decimus, de morbis jecinoris et lienis. Efficit folia 403.

2°. Galeni <sup>d</sup> de Administratione anatomica Libri quindecim: interprete honain ben IsaaCe. Opus constat foliis 244. [Marsh. 158.]

DLXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 982, CHRiSTi 1574, exaratus, foliis 315 Constans. Complectitur Librum, ordine alphabetico dispositum, et hoc titulo praenotatum: De iis, quae Medicum ignorare non oportet<sup>f</sup>, ubi auctor, qui est GEMALEDDIN JUSOF BEN ISMAEL BEN ELIAS ALBAGDADI, Vulgo ibn alcotbi <sup>g</sup>, de herbis ad conficienda .remedia idoneis disserit, illarumque virtute, nomine et etymologia. [Marsh. 280.]

DLXIX.

Codex bombycinus, absque anni exaratus mentione foliorum 180, quo continetur Opus, in quinque tractatus divisum, atque sic inscriptum : Liber de Arcanis Medicinae. Tractatus primus agit de Artis hujus principiis ac fundamentis; secundus, de anatomia; tertius, de tuenda valetudine; quartus, de morbis, illorumque causis, symptomatis, curatione, itemque de medicamentis simplicibus ;• quintus, de medicamentis compositis. Auctor est gemaledIn mohammed ben mohammed ben ahmed ben alI alhamavi [Marsh 655.]

DLXX.

Codex chartaceus, a golio, ut videtur, transcriptus, foliis 146 constans. Ibi exhibentur galeni de Administratione anatomica

136 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

anatomica Libri postremi sex, videlicet x. xi. xii. xiii. xiv. xv. Auctor in calce magnis ornatur elogiis. [Marsh. 448.]

DLXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 901, christi 1495, exaratus, folia 349 complens. Compendium continet Medicinae, ab ALAEDDIN ALI BEN ABULHAZM ALCARSHI, Medico, ex AVICENNAE Canone, et ex Libro, qui Regius vocitatur, conflatum, et anonymi Commentario munitum, cui partes sunt quatuor. Prima agit de generalibus Artis Medicae regulis; secunda, de alimentorum facultate, remediisque simplicibus et compositis; tertia, de morbis, quibus singulae corporis humani partes obnoxiae sunt, illorumque curatione; quarta, de morbis, qui totum corpus afficiunt, illorumque causis, signis et remediis. [Marsh. 141.]

DLXXII.

Codex bombycinus, nitide exscriptus, foliorum 112. Tractatum exhibet de variis morborum Speciebus, quibus equi obnoxii sunt, eorumque Curandorum ratione, inscriptum : Veterinaria. De auctore nullum verbum. [Pocock. 129.]

DLXXIII.

Codex bombycinus, fine commemorato exaratus anno, ubi occurrunt:

Dioscoridis anazarbaei de Simplicibus seu de Medica materia Libri quinque, a stephano quodam Arabice conversi, emendati ab honain ben isaac Bagdadensi.

2°. Ejusdem de Venenis, eorumque praecautione, seu de Alexipharmacis Liber unus.

3°. Ejusdem de venenatis animalibus seu de Theriacis Liber unus.

4°. Supplementum eorum Simplicium, quae in dioscoride desiderantur quatuor foliis constans : auctore soliman ben hassan ben gialgal.

5°. Ejusdem de Theriaca Liber unus, quinque folia efficiens. [Hyde. 34-]

MEDICI IN QUARTO.

DLXXIV.

Codex bombycinus, luculente, absque anni mentione, exaratus, quo continentur:

i°. Summarium Medicum, Hortus Medicinae nuncupatum, differens per folia 65 de pulsibus, de morbis singulis, illorumque causis, signis, prognosticis, remediis. Composuit thabet ben corra alharranI.

2°. Libellus Medicus, a mohammed ben zakarIa alrazI conscriptus, folia 30 efficiens. [Marsh. 137.]

DLXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 902, CHRISTI 1496, exscriptus, foliis 92 constans. Complectitur abu ali BEN SINAЕ, vulgo AVICENNAE, Canonis Medicinalis Librum quintum, ubi nimirum de medicamentis compositis sit sermo. Incipit a theriacis: definit in medicinis alopeciae. [Marsh. 138.]

Codex

DLXXVI.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, 152 folia efficiens. Eo continetur Opus, cui titulus, Clara expositio eorum, quibus homo utitur, Liber videlicet, quo de alimentis, medicamentis irem tam simplicibus, quam compositis, disseritur, illudque ordine alphabetico: auctore ABU Ali jahia BEN giazla <sup>b</sup>, qui anno Hegirae 493 fertur obiisse. [Marsh, 241.]

DLXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 628, christi 1230, exaratus, complectens foliis 214 Operis Medici, in decem tractatus distributi, quod Almansuri appellatur, Partem secundam: ubi, per tractatus quatuor, disseritur de fractorum ossium ligatione et cura, de venenis et antidotis, de morbis corporis internis et externis, de febribus. Composuit mohammed ben zakaria alrazi, dedicavitque urbis Raiiae Praefecto, cui almansur nomen. [Marsh. 248.]

DLXXVIII.

Codex bombycinus, luculente exscriptus, quo comprehenduntur:

i°. Abu ali ben raian e, Medici magni nominis, de sanitate tuenda ac conservanda tractatus, ex Indorum et Graecorum scriptis concinnatus, ubi potissimum de potu, cibisque fanis, disseritur. Constat foliis 53.

2°. Dissertatio de venenis, et cura eorum, qui veneno, aut venenatis petiti sunt, item de medicamentis cathartics, folia 20 efficiens. Auctor abu amran ben abdalla cordubensis, Israelita.

3°. Liber de medicamentis Simplicibus, 25 folia complens. Composuit abulsalat <sup>h</sup>. [Marsh 413.]

DLXXIX.

Codex bombycinus, litera Mauritanica exaratus, quo continentur :

i°. Compendium Canonis iBN tharKHAN MOHAMMED ABU NASR ALFARABI', disputans de morbis, quibus feminae praegnantibus obnoxiae sunt, illorum causis et remediis. Constat foliis 32.

2°. Tractatus Medicus trium sectionum, et 44 foliorum. Sectio prima agit de curanda tussi ; secunda, de tollendo renis vel vesicae calculo; tertia, de morbo splenis sanando. Auctor abu giaafar ahmed ben ibrahim ben abi khAled.

3°. Excerpta thAbeti ben corrA ex galeni Libro de marasmo. Habet libellus folia septem. [Marsh. 215.]

DLXXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 656, CHRiSTi 1258, exaratus, foliis 177 constans. Comprehendit Compendium Medicinae practicae, a negibeddin moHAMMED OMAR ALSAMARCANDI Conscriptum, inscriptumque : Liber de Causis, Signis et Remediis morborum. Initium ducitur a capite de morbis capitis. [Marsh. 226.]

DLXXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 906, christi 1500, exscriptus, complectens foliis 136 ben alnafis alcar sHiTAE

## 138 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

SHITAE Medicinae Compendium, cum Commentario, Difficultatum Solutio dicto, cujus auctor GEMALEDDIN ALACsARANI. Dividitur in Partes quatuor, quarum prima de Artis Medicae principiis generalibus; secunda, de alimentorum medicamentorumque vi et facultate; tertia, de membrorum singularium morbis, eorumque curatione; quarta, de morbis, totum afflictaibus corpus, illorumque remediis. [Marsh. 233-J]

### DLXXXII.

Codex bombycinus, tinea mancipatus, anno Hegirae 592, christi 1195, exaratus, foliis 248 constans. Continet Centiloquium Medicum, hoc est, Opus de Arte Medica, in centum Libros distinctum, ubi nimirum agitur de Medicina, illiusque objecto, de elementis, temperamentis, humoribus, spiritibus, facultatibus, actionibus, de aere, Cibo et potu, motu et quiete, somno et vigilia, excretis et retentis, de egestionibus, vomitionibus, phlebotomia, de morbis, quibus singula corporis humani membra obnoxia Sunt, illorumque curatione, de febribus, aliisque gravioribus morbis, et illorum remediis, denique de medicamentis, ad vim venenorum infringendam idoneis. Auctor est abu sahal isa ben jahia<sup>c</sup>. [Hunt. 202.]

### DLXXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 712, christi 1312, exaratus, foliorum 328. Ibi reperitur Opus, ordine alphabetico dispositum, exhibens, sub Collectionis titulo, omnia Simplicium genera, tam medica quam esculenta. Auctoris nomen ben baithar. [Hunt. 432.]

### DLXXXIV.

Codex bombycinus, anni nota carens, 186 folia efficiens. Complectitur totum primum Libri tertii Canonis avicennae, novem Fen sive Titulis comprehensum, qui, incipiens ab aegritudinibus capitulinis gutturis morbis desinit. [Hunt. 196.]

### DLXXXV.

Codex bombycinus, initio mutilus, foliorum 165, quo comprehenditur Liber, Praxis Officinae dictus, praecipiens de arte et methodo conficiendi potiones medicas, bolos, consectiones, firupos, catapotia, trochiscos, collyria, electuaria, olea, cerota, emplastra, clysteria, peffaria, aliaque id genus ad morborum curationem pertinentia. Composuit ibn haphedh, Israelita, qui circa annum Hegirae 658 in urbe Cairo Aromatarii artem exercuit. [Maish. 334.]

### DLXXXVI.

Codex bombycinus, magnam antiquitatem prae se ferens, folia 164 complens. Tractatum exhibet de Arte Medica, Liber Sufficiens inscriptum, ubi primum agitur de tuenda sanitate, deinde, de morbis particularibus, illorumque causis, signis et remediis, postremo, de febribus, illarumque crisi, Auctor est Ibn alaIn zorbi <sup>h</sup>. [Marsh. 475-]

### DLXXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 717, CHRISTI 1313, exaratus, foliis 190 constans. Ibi repraesentatur Operis de arte medendi, Almaleki sive Regii dicti, Partis primae pars prima, tractatus quinque

CODICES MAN USCRIPTI ARABICI. 139

quinque complectens. Primus disserit de Medicina in genere ; secundus, de partibus corporis humani homogeneis; tertius, de partibus heterogeneis; quartus, de facultatibus, actionibus, spiritibus; quintus, de aere, potu, cibo, motu, quiete, somno, vigilia, excretis, retentis, animi pathematis. Illius auctor ali ibn alabbas, auditOr abi maher MUSA ben saiar ignicolaea. [Hunt. 195.]

DLXXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 718, christi 1318, exscriptus, cui partes duae, folia 240. Complectitur Librum, Sufficiens dictum, hoc est, Tractatum de medicamentis simplicibus, quibus nimirum curantur morbi capitis, oculorum, aurium, narium, oris, faucis, stomachi, intestinorum, ani, renis, vesicae, partium generationi inservientium, uteri, articularum; quibus sanantur vulnera, ulcera, tubercula, apostemata ; quibus denique vis venenorum infringitur. Elucubravit ben baithar. [Hunt. 183.]

DLXXXIX.

Codex bombycinus, absque anni exaratus mentione, foliis 130 constans. In eo habetur Operis, cui Institutio de Animae et Corporis functionibus recte componendis titulus, Tomus posterior, disserens per xLu. sectiones de sanitate , tuenda, de febribus, peste, crisi, de variolis, morbillis, scabie, impetigine, psora, lepra, pruritu, de venenis, tumoribus, pustulis, ulceribus, vulneribus, de morbis nervorum, cerebri, oculorum, aurium, narium, oris, laryngis, de phlebotomia, paronychia. Pertinuit ad Bibliothecam zineddini ibn alsaid mohammed aLHimsi aLHosaini, Medici in Nosocomio Cairensi. Salutatur auctor isMAeL Medicus. [Hunt. 177.]

DXC.

Codex chartaceus, nitide et Compactus et scriptus, folia 185 complens. Exhibet Compendium Medicinae, ab ALaeddin aLi ibn abiLHaram ALCArsHita Compositum, quod partibus quatuor absolvitur. Prima disserit de Medicinae speculativae et practicae fundamentis; secunda, de alimentis et medicamentis, illorumque vi et facultate ; tertia, de morbis singulis membris peculiaribus, illorumque curandorum ratione; quarta, de morbis, qui non unam corporis partem afficiunt, illorum causis, signis et remediis. [Marsh.359.]

DXCI.

CodeX bombycinus, litera lectu facili exaratus, foliorum 174. Ibi exhibetur Canonis AVicENNAE Liber primus, quatuor in partes divisus, agens videlicet de sanitate tuenda, seu de Medicina speculativa et practica in genere. [Pocock. 131.]

DXCII.

Codex bombycinus, scriptionis destitutus aera, foliis 120 constans. Eo continetur Operis Medici, quod Liber almansori dedicatus appellatur, Pars prior, quinque comprehensa tractatibus. Primus agit de Anatomia; secundus, de Temperamentis; tertius, de Alimentorum, Medicamentorumque, vi et facultate ; quartus, de sanitate tuenda; quintus, de iis, quae ad ornamentum hominis conserunt. Auctor est abubekr mohammed ben zakaria alrazi [Marsh. 376.]

DXCIII.



## CODICES MANUSCR.IPTI ARABICI.

## DXCIII.

Codex bombycinus, fine notato exaratus anno, foliorum 128, quo comprehenditur Operis, cui Spicilegium Utilitatum Medicarum titulus, Pars prior, differens per capita xxxvii. de Medicinae primordiis et incrementis, de temperamentis, de alimentis et medicamentis, de somno, vigilia, coitu, de morbis, illorumque temporibus, causis, signis, remediis. Composuit gemaleddin abulfaragi ben algiuzi [Marsh. 284.]

## DXCIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 765, christi 1363, exaratus, folia 116 implens. Comprehendit succinctum de omnium corporis humani morborum causis, signis et remediis, tractatum, ab ibn hobaish Hierosolymitano ex Hebraica lingua in Arabicam conversum, cui sectiones sex supra centum sunt. Initium sit a morbis capitis; finis, in elephantiasi. Composuit musa ben maimun alcortubi e, Israelita. [Marsh. 379-]

## DXCV.

Codex chartaceus, luculente exscriptus, foliorum 62, quo continetur honaini filii isaaci, Jacobitae, magni apud Syros nominis medici, septimo Hegirae seculo clari, Introductio in Medicinam, quaestionibus et responsionibus constans. Quaestio prima de Artis hujus sit divisione ; Secunda ad res naturales Spectat. [Marsh. 403.]

## DXCVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 759, christi 1357, exaratus, cui folia 192. Eo continetur Commentarius in AviCENNAE de componendis medicinis Librum quintum, inscriptus: Eorum, quae abstrusiora in Canone sunt, enucleatio Confecit hebatalla ibn giarni. [Marsh. 390.]

## DXCVII.

Codex bombycinus, fine decurtatus, foliorum 274, ubi reperitur Tractatus de medicamentis simplicibus, ordine alphabetico ex dioscoride, galeno, hippocrate, serapione, mesua, isaac ben amran, ahmed ben ibrabim, hobaish, alrazi, aliisque collectus, qui, sine auctoris nomine, hunc prae se fert titulum : Pars secunda Libri Medicamentorum simplicium. Initium ducitur a litera Ch; finis in Mim fit. [Hunt. 159.]

## DXCVIII.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 202 complens, Complectitur Operis Medici, in sectiones xliii. divisi, et sic inscripti: Sectiones momentosae de Medicina practica, Tomum primum, viginti quinque continentem Sectiones, quarum prima de cerebri morbis, ultima de puerperarum regimine, agit. Laudantur galenus, honain ben isaaC, alrazi, et multi alii. Composuit alhakim alphasdel ben sherapion ben ibrabim<sup>h</sup>, Medicus. [Hunt. 461.]

## DXCIX.

Codex bombycinus, fine et praefationis initio truncus, complectens foliis 142 Librum, in capitula lxxxiii. distinctum, et hunc prae se gerentem titulum : Tractatus de Scientia morborum, illorumque

CODICES MAN USCRIPTI ARABICI. 141

illorumque causis, symptomatibus, remediis. Incipit a capitis morbis; postremo agitur de venenis. Nullum de auctore verbum. [Hunt. 175.]

DC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 639, CHRISTI 1234, exaratus, foliis 412 constans. Commentarium exhibet in honaini filii isaaci, Syri, Quaestiones Medicinales, in sectiones decem distinctum, quarum prima est de Medicinae divisione; secunda, de morborum speciebus; tertia, de causis eorum; quarta, de signorum affectae valetudinis cognoscendorum ratione; quinta, de regulis regendae sanitatis; sexta, de medicamentorum simplicium et compositorum virtute; septima, de pulsu; octava, de rebus naturalibus; nona, de febris; decima de indicatione. Auctor abulcasem abdalrahman ibn alI Ibn abi sadek alnishaburi. [Marsh. 98.]

DCI.

Codex bombycinus, non commemorato anno exscriptus, folia 170 complens. Ibi occurrit Operis, cui Institutio de corporibus sanitati restituendis titulus, Pars altera, agens per sectiones xlii. de tuenda valetudine, de febris, pestibus, morbillis, vulneribus, venenis, mariscis, torminibus colicis, de ictero, scabie, lepra, impetigine, psora, pruritu, de morbis articularum, nervorum, oculorum, aurium, narium, oris, gutturis, unguium. Composuit ismael Medicus<sup>d</sup>. [Marsh. 106.]

DCII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 603, christi 1206, exaratus, foliis 246 constans, ubi reperitur Operis, quod Liber omnia complectens, quae ad Artem Medicam spectant appellatur, Tomus primus, Sex tractatibus comprehensus, cui auctor aliben alabbas †, Medicus, Natione Persa, persuasione Magus. [Hunt. 436.]

DCIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 668, christi 1269, exaratus, foliorum 142. Exhibet Operis praecedentis, quod vulgo, quia adadaddaulae, quarto e gente Buidarum Sultano dedicatum est, Regium vocitatur, Tomus secundus, quatuor tractatus complectens. Laudantur ibi hippocrates et galenus. [Marsh. 105.]

DCIV.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 80 implens. In eo occurrit Tractatus Medici, cui Institutio de animae. et corporis functionibus recte componendis titulus, Pars prior, in sectiones quatuor divisa. Prima agit de Medicina in genere; secunda, de medicamentis simplicibus et alimentis; tertia, de tuenda Sanitate, curandisque morbis; quarta, de medicamentis compositis et alimentis. Auctor abdallatif alnairizi. ben abilbaian soliman alcugeli, vulgo ibn giamei Israelita. [Hunt.242.]

DCV.

Codex bombycinus, fine, ut et praefationis initio, carens, folia 158 complens. Eo comprehenditur Commentarius in primum AvICENNAE Canonis Librum, inscriptus Oblectamentum Sapientum et Pratum Medicorum, dedicatusque almalem almansor kelaun alalph

## 142 CODICES MANUSCR.IPTI ARABICI.

alalphi alsaleki, Mamlucorum Turcicorum Regi septimo. Dissertur ibi de sanitate tuenda, five de Medicina speculativa et practica in genere. Auctoris nomen abest. [Hunt. 263.]

### DCVI.

Codex bombycinus, scriptionis aera destitutus, cui folia 350. Complectitur gemaleddini alaksarani in ibn alnafis alcarshitae Compendium Medicinae Commentarium, Explanatio dictum, qui in partes quatuor abit. Prima agit de Medicinae principiis et fundamentis; secunda, de medicamentis simplicibus et compositis; tertia, de morbis certam corporis humani partem afficientibus, eorumque remediis; quarta, de morbis totum corpus affligentibus, eorumque curatione. [Marsh.100.]

### DCVII.

Codex bombycinus, foliis 322 constans, quo continetur Operis, cui Continens titulus, Pars prima de capitis, singularumque illius partium affectibus: auctore mohammed ibn zakaria alrazi<sup>b</sup>. Laudantur DioscoRiDEs, hippocrates, galenus, serapion, thabet. [Laud. B. 92.]

### DCVIII.

Codex bombycinus, non una exaratus manu, quo continentur :

1°. Anonymi Commentarius in hippocratis Aphorismorum Libros septem, initio truncus, foliis tamen 50 constans.

2°. Tractatus de Haemorrhoidibus, in capita septem, quorum posteriora quatuor desiderantur, distinctus, 5 folia efficiens. Auctor musa ben obaidalla Israelita cordubensis

3°. Ejusdem Tractatus de regimine sanitatis ad Sultanum AEgypti, capita quatuor, folia 19 habens.

4°. Ejusdem Tractatus de morbi, quo Rex AEgypti laboraverat, natura et symptomatis, 12 folia implens.

5°. Ejusdem Tractatus de cura eorum, qui a venenatis animalibus puncti vel morsi sunt, 14 folia continens.

6°. Libellus sex foliorum, observationes Medicas exhibens: auctore daud, Medico celeberrimo.

7°. mohammed ben aHmed ben alas, Hispanus, de pulsibus, folia 13 complens. [Hunt. 427.]

### DCIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 462, cHrIsti 1069 Bagdadi exaratus, foliis 90 constans. Continet Compendium Medicum, Constitutio Hominis inscriptum, in quo per quinquaginta capita de variis morborum generibus, eorum causis, signis, symptomatis, remediis dissertitur: auctore abulhasan said ben hEbatalla ben alhasan, Philosopho et Medico. Laudantur hippocrates, aristoteles, democrItus, galenus.. [Pocock. 66.]

### DCX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 838, chrIsti 1434 exaratus, ubi occurrunt:

i°. Tractatus de animalibus, eorum natura et proprietatibus; praesertim de medico partium eorum usu, ex praestantissimis Medicis collectus, cui folia 99. Initium ducitur a partibus corporis humani. Triburtur galeno.

2°. Liber de alimentorum usu, vi et facultate, 38 folia complens. Subticetur auctoris nomen. [Hunt. 358.]

### DCXI.

CODICES MAN USCRIPTI ARABICI. 143

DCXI.

Codex bombycinus, fine notato anno exaratus, quo comprehenduntur:

1°. Tractatus de morborum nominibus, causis, symptomatibus, remediis, Sufficiens dictus, cujus auctor ABULHOSAIN SAID BEN HEBATALLA BEN ALHosAiN, Philosophus et Medicus. Constat foliis 156.

2°. Compendium 12 foliorum de urinis, compositum ab isAAc ben soLiMAN, Israelita. Praecedit fragmentum de pustulis, hippocrati tributum.

3°. Antidotarium mohammedis filii ZACHARIAE Razensis, 68 folia complens. [Marsh. 537.]

DCXII.

Codex bombycinus, litera scriptus fugiente, cui folia 80. Tractatum complectitur de tuenda sanitate, in sectiones decem distinctum, quem collegit magni nominis Medicus ben ABILHAsAN ex AVICENNA, HIPPOCRATE, GALENO, ALRAZĪ, aliisque. Initium sit a sanitatis desinitione. [Marsh. 534.]

DCXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 520, CHRIsTI 1126, exscriptus, complectens foliis 156 AvICENNAE Canonis Medicinalis Librum secundum de Medicamentis simplicibus in specie, alphabetico ordine digestum. [Pocock.47.]

DCXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 924, CHRIsTI 1518 exaratus, foliorum 128. Exhibet Commentarium in hippocRATI's Aphorismorum Libros septem, ab Abu sAhal sAid ben AbdAlaziz alnili compositum, inscriptumque : Capitulorum Expositio. [Hunt.359.]

DCXV.

Codex bombycinus, impolite scriptus, quo comprehenduntur :

i°. Galeni Liber de Arte medendi, in Compendium ab honain ben isaac missus, cui folia 14. Agitur ibi per tabulas de morbis, temperamentis, pulsu, urina, remediis.

2°. Ejusdem Libellus e galeno de medicamentis simplicibus, 20 folia complens. [Hunt. 600.]

DCXVI.

Codex bombycinus, foliis 15 constans. Complectitur Tractatum de tuenda valetudine, inscriptum : Materia vitae et conservatio animae a noxa, cujus auctor gemaleddin mohammed ben AblbeKr, Persa. [Marsh. 157.]

MEDICI IN OCTAVO.

DCXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1026, christi 1616, exaratus, folia 546 complens. Eo continetur Commentarius in anonymi de morborum causis, signis et remediis, tractatum, a nafis ben avadh<sup>m</sup> conscriptus. Orditur a capitis morbis. [Marsh. 249.]

DCXVIII.

## 144 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

### DCXVIII.

Codex bombycinus, absque anni exaratus mentione, complectens foliis 390 Opus de medicamentis simplicibus, ordine alphabetico dispositum, quod hunc prae se fert titulum: De iis, quae Medicum ignorare non oportet. Composuit ben alKebir. [Pocock. 231.]

### DCXIX.

Codex bombycinus, luculente exscriptus, foliorum 360. Ibi reperitur Commentarii in Compendium Medicinae, quod ben nafis composuit, Tomus secundus, disserens de morborum singulis membris peculiarium, itemque totum corpus affligentium, causis, signis et curatione. Auctoris nomen abest. [Pocock. 175.]

### DCXX.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1012, christi 1603, exaratus, cui folia 112. Complectitur Librum, Selecta Medicamenta simplicia, per Tabulas disposita, inscriptum, cujus singula folia quinque simplicium species exhibent, et in areas decem et sex distinguuntur hoc ordine: nomen, natura, species, electio, temperamentum, virtus, caput ejusque partes juvantia, pectus ejusque partes, stomachum ejusque partes, stomachum ejusque partes et viscera, quae toti corpori prosunt, modus et ratio illis utendi, noxa eorum, emendatio, commutatio, quantitas sive dolis. Auctor ibrahim ben abi sa1d, Medicus. [Marsh. 564.]

### DCXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 943, christi 1536 transcriptus, foliis 254 constans, quo comprehenditur Canonis avIcennae Liber secundus, in duos tractatus divisus, quorum prior de rebus ad Physicam pertinentibus; posterior agit de medicamentorum simplicium viribus et proprietatibus. [Marsh. 647.]

### DCXXII.

Codex bombycinus, fine notato exaratus anno, ubi habentur:

10. Honaini ben isaac Introductio ad Medicinam, in dialogi composita morem, 49 folia complens. Sequuntur anonymi in eam scholia.

2°. Carmen Turcicum de Sortilegio per literas, centum distichis constans.

3°. Tractatus de congressus venerei secretis, 18 folia complens. Auctor est abdalrahman ibn basar ibn abdalla alshirazi.

4°. Ejusdem Liber de secretis mulierum, 24 folia efficiens.

5°. Carmen de medendi arte, 65 distichis constans. [Marsh. 595.]

### DCXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 976, christi 1568, exaratus, cui folia 42. Tractatum continet incerti auctoris de capitis morbis, eorum causis et remediis, eumque commentario anonymi munitum. Incipit a desinitione cephalalgiae. [Marsh. 63.]

### DCXXIV.

Codex chartaceus, sine anni exaratus mentione, complectens foliis 155 Librum de medicamentis simplicibus, eorum proprietatibus et utilitatibus, cui Sufficiens titulus. Salutatur auctor ben baithar. [Marsh. 530.]

### DCXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 969, christi 1561 exscriptus, foliis 190

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 145

190 constans. Eo continetur Opus quadripartitum, ab abulhasan alaeddin ali ibn abilhazm alcarshita conscriptum, inscriptumque: Compendium Medicinae. Pars prima agit de Medicinae theoricæ et practicæ principiis generalibus, ac fundamentis; secunda, de medicamentorum alimenterumque simplicium, et compositorum, vi et facultate; tertia, de membrorum singularium morbis, et remediis; quarta, de morbis, qui totum afflictant corpus, eorumque curatione. [Hunt. 3 746,9.]

DCXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegiræ 771, christi 1369, exaratus, folia 100 complens, quo comprehenditur Tractatus de medicamentis quibusdam cordialibus, expertis, illaque præparandi atque adhibendi ratione, titulum hunc præ se ferens: Liber Experimentorum. Composuit, ordineque alphabetico disposuit, abulola ibn zohar alandalusl, vulgo avenzohar. [Marsh 520.]

DCXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegiræ 788, christi 1386 exscriptus, ubi reperitur incerti scriptoris in hippocratis Aphorismos commentarius, principio carens, folia tamen 218 complens. Sequitur fragmentum, ad Medicinam spectans. [Hunt. 370.]

DCXXVIII.

Codex bombycinus, absque anni exaratus mentione, quo continentur :

1<sup>o</sup>. Opus de singulorum corporis humani membrorum morbis, horumque causis, signis, symptomatibus, remediis, 178 folia complens. Composuit abu mervan abdalmalek ibn zohar, inscripsitque : Facilis Methodus.

2<sup>o</sup>. Ejusdem Collectio sive Liber de potionibus, confectionibus, unguentis, eorumque in curandis morbis usu, 20 folia efficiens. [Hunt. 355.]

DCXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegiræ 972, christi 1564 exaratus, foliis 242 constans. Exhibet gelaleddini alaksarani in abulhasan alcarshitæ Compendium Medicinae Commentarium, Difficultatum Explicatio inscriptum : ubi, per quatuor partes, disseritur de generalibus Medicinae principiis, de alimenterum medicamentorumque vi et facultate, de morbis singulis membris peculiaribus, eorumque remediis, de morbis, qui in totum corpus irruunt, eorumque curatione. [Laud. A. 56.]

DCXXX.

Codex bombycinus, anno Hegiræ 699, christi 1299 exaratus, ubi occurrunt:

1<sup>o</sup>. Opus de morbis omnibus, quibus hominis obnoxium est corpus, eorumque differentiis, nominibus, definitionibus, remediis, a mohammed ben ali ben omar als amarcandl ex aviCenna, hippoCrate, alrazi, aliisqUe collectum, quod hoc insignitur titulo : Liber caussarum et signorum in Scientia Medicinae Habet folia 164.

2<sup>o</sup>. Ejusdem Antidotarium secundum morborum digestum ordinem, 80 folia complens.

3<sup>o</sup>. Ejusdem tractatus de medicamentis

146 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

mentis repertu omni tempore paratuque facilibus, 40 folia implens. [Marsh.545.]

DCXXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1048, christi 1638 exscriptus, foliis 151 constans. Opus continet, in quo, sub Compendii titulo, disseritur de Artis medicae principiis, de medicamentorum alimentorumque facultate, de morbis, illorumque causis, signis et curatione: auctore alaeddin ali ibn abilhAzm AlcArshi. [Marsh.482.]

DCXXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 942, christi 1535 exaratus, quo comprehenduntur:

i°. Tractatus de medicamentis simplicibus, ordine alphabetico dispositus,

quem Ahmed ben Ali ben ibrAhim ben Abi giomhuri AlAhsAi ex Abu giAApAr AlgafIkI collegit, inscripsitque: Liber Sapientiae et Misericordiae. folia 146 efficit.

2°. Dissertatio de febribus et tumoribus, ex abu giaafar algafiki decerpta, foliis 20 constans.

3°. Liber septem sectionum de ratione, qua noxii humores ex corpore humano expelluntur, 34 folia complens. Auctor est ABU giaAFAr AlgAfiki, Hispanus.

4°. HebATALLA ben saed ben altalimid de sectione venae, 12 folia implens. Sequitur Carmen ad Medicinam relatum. [Hunt, 421.]

DCXXXIII.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 55 complens. Complectitur compendium Medicinae, Constitutio Sanitatis inscriptum, ac methodo tali dispositum, ut morborum nomina, causae, indicationes, remedia, itemque temperamenta, aetates, tempora, et regiones quae nonnullis morbis obnoxiae sunt, per tabulas et areas repraesententur: auctore Abulhasan almokhtar ben alhasan ben aidun. [Hunt. 3771, 34.]

DCXXxIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 670, christi 1271 exaratus, complectens foliis 133 illam Therapeutices partem, qua morbi incidendo, urendo, et membra dearticulata restituendo, curantur, cui titulus: Tractus decimus Libri jbulcasem alzhavori instrumentorum adjectae Figurae sunt. [Marsh. 54.]

DCxxxV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 883, christi 1478 transcriptus, foliis 275 constans, quo continetur Commentarius in Compendium Canonis medicinalis, quod ben alnafis conscripsit, inscriptus : Explicatio Difficultatum. Auctor est gelaleddin alaksarani. [Hunt. 596.]

DCxxxVi.

Codex bombycinus, anno Hegirae 694, christi 1294 exaratus, ubi habentur:

i°. Quaestiones et responsiones medicinales, quas honain ben isaac in discipulorum suorum gratiam composuit. Liber habet 78 folia.

2°. AbUL

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 147

20. AbULHASAN HEBATALLAE BEN SAED, qui vulgo BEN ALTALMID VOCatur, ad praecedentem honaini Librum Appendix, 7 folia complens. [Grav. 3798, 26.]

DCXXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 717, christi 1317, exaratus, foliis 169 constans. Complectitur Opus Medicum, quadripartitum, ex avicenna et ali ben alabbas conflatum, cui titulus: Compendium Meditinae. Auctor est ABULHASAN ALAEDDIN ALI IBN ABILHAZM ALCARSHI [Pocock. 34.]

DCXXXVIII.

Codex bombycinus, absque anni exscriptus mentione, foliorum 128. In eo occurrit anonymi Tractatus in tres abiens partes, quarum agit prima de Medicinae theoreticae et practicae fundamentis; Secunda, de alimentis, et medicamentis, idque ordine alphabetico; tertia, de morborum cognoscendorum et curandorum ratione. InScribitur : Liber Propheticus, quia continet Traditiones multas, ad Medicinam Spectantes. [Marsh. 89.]

DCXXXIX.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 96 complens. Commentarium continet in hippocratis Prognostica, in tres distinctum tractatus, quorum primus disserit de signis capiendis ex vultu, pectore, venis, tumoribus; secundus, de signis capiendis ex excremento, urina, saliva; tertia, de signis capiendis ex crisibus. Composuit ala ALSEMNaNi. [Marsin 81.]

DCXL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 973, CHRISTI 1565, exaratus, foliis 212 Constans. Ibi reperitur Tractatus Chymicus Sive Commentarius in Operis, quod generaliter Arvum Auri inscribitur, Partem quartam, disserens, Sub titulo Scopus Studiosorum, de metallis, lapidibus, plantis nonnullis, quatenus nempe ad morborum Sanationem conferunt, et denique de ratione, qua lapis PhiloSophicus confici potest. Subticitur utriusque auctoris nomen. [Seld, 3195, 62.]

DCXLI.

Codex bombycinus, in fine mutilus, 74 folia implens. Exhibet Librum hipPocRATis Medici, Curationes Hippocraticae dictum, in quo de oculo, ejus structura, partibus, utilitatibus, figura, morbis et remediis, per capita quinquaginta quatuor disseritur. Desinit in capite tricesimo primo. [Marsh. 690.]

DCXLII.

Codex bombycinus, fine decurtatus, foliis 60 constans, quo comprehenditur Tractatus Medicus, in sectiones tres distinctus, quarum prima de morbis disserit particularibus ; Secunda, de morbis externis; tertia, de febribus. Auctor est ABU MANSUR ALHASAN BEN NUH ALCAmari. Laudantur hippocrates et GALENUS. [Marsh. 80.]

DCXLIII.

Codex bombycinus, in fine mutilus, qui folia 78 habet. Complectitur Compendii titulo Tractatum de Medicina, quatuor constantem partibus, quarum disserit



## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

serit prima de Artis hujus principiis; secunda, de alimentis medicamentisque; tertia, de morbis singulis membris peculiaribus; quarta, de morbis, qui non unam corporis partem afficiunt. Composint ABULHASAN ALAEDDIN ALI BEN ALHAZM ALCARSHI. [Grav. 3790,1 8.]

### DCXLIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1040, christi 1630 exaratus, folia 106 complens. Ibi reperitur Operis, cui Curationes Hippocraticae titulus, Liber quartus, agens per capita Liv. de oculo, ejus partibus, utilitatibus, morbis, remediis, figura. [Mars. 547.]

### DCXLV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 857, christi 1449, exaratus, ubi occurrit:

i°. AvIcennae de Medicina Poema, quinquaginta foliis constans. Incipit a definitione Medicinae, deinde a divisione ad res naturales pergit.

2°. Ejusdem Poema de febribus et tumoribus, decem folia complens. [Hunt. 375.]

### DCXLVI.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 84 efficiens. Ibi repraesentatur Liber de Medicina Prophetica, hoc est, de dictis factisque Mohammedicis, ad Medicinam spectantibus, ex Traditionum libris collectus, inscriptusque: Via plana et Locus adaequationis irriguus. Nullum de auctore verbum. [Hunt. 333.]

## HISTORICI IN FOLIO.

### DCXLVII.

Codex bombycinus, non consignato exaratus anno, foliis 366 constans. Eo continetur Operis, Oculus Annalium inscripti, Tomus primus, ab anno Hegirae primo ad septingentesimum sexagesimum quartum deductus annus, de iis disserens rebus, quae magis memoratu dignae contigerunt, deque viris, qui bellica fortitudine et doctrinae laude celebres extiterunt: auctore alhafedh AldhAhAbi shemseddin mohaMMed ben ahMed ben abdalla †. [Laud. A. 109.]

### DCXLVIII.

Codex bombycinus, splendide exaexaratus, folia 228 efficiens. Ibi repraesentatur Margarita pretiosa, hoc est, rerum a Chaliphis, Regibus item Jobidis et Mamlucis, qui AEGypto praefuere, gestarum historia, auctore ibrahiM ben MohaMMed. ben doCMak, qui orfus ab abubekr primo Chalipha, definit in anno Hegirae octingentesimo sexto. Eo autem tempore almalek alnaser ABusAADAT fArAge regnavit. [Laud. B, 129.]

### DCXLIX.

Codex bombycinus, scriptionis carens aera, folia 350 complens. Complectitur Operis, cui Annales Islamitici titulus, Tomum nonum, ubi ab anno Hegirae quingentesimo tricesimo primo ad

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 149

ad annum uSque quingentesimum octogesimum de iis sit viris Sermo, qui bellica fortitudine et doctrinae laude florere, adjunctis passim Poetarum locis, a quibus summis illi laudibus ornati sunt. Auctor est abu abdalla moHammed aldHaHabi \ [Laud. B. 1 30.]

DCL.

Codex bombycinus, principio mutilus, foliis, hic illic loco motis, 270 constans. Eo comprehenditur rerum, imperante abdalmalek ben mervan, quinto Ommiadarum Chalipha, sub quo Mohammedani tota Armenia, et Africa usque ad Oceanum Atlanticum, Sunt potiti, gestarum expositio. Multa ibi de hegiage Satellitum ejus praefecto. Auctoris nomen non comparet. [Laud. A. 161.]

DCLI.

Codex chartaceus, characteribus Africanis exaratus, quo continentur :

1°. Opus, cui titulus: Lumina de Miraculis Prophetis folia 125 implens. Disserit ibi abuzeid abdalrahman althaalebi de Pseudoprophetae nativitate, prodigiis, educatione, victoriis, missione, forma corporis, eloquentia, clementia, liberalitate, verecundia, modestia, humilitate, justitia, abstinentia, revelationibus, sectae incrementis, variis ad Principes missis literis, comitibus.

2°. Abulvalid dertusani Viaticum peregrinantium, folia 120 efficiens, ubi ea Alcorani loca, quae ad religionem et pietatem spectant, per conciones exponuntur. Concio prima in illa est verba: Laus Deo, Domino Mundorum.

3°. Conciones de oratione, resurrectione, poenitentia. Habet liber folia 41. [Laud. B. 147.]

DCLII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 859, christi 1454, exscriptus, complectens foliis 319 Operis, cui Annales Islamitici titulus, Tomum secundum, ubi de viris illustribus disseritur, deque rebus memoria dignioribus, quae in variis Mohammedicae ditionis regionibus contigerunt, idque ab anno Hegirae quadragesimo primo ad annum centesimum tricesimum : auctore abu abdalla mohammed aldhababi. [Laud. B. i 24.]

DCLIII.

Codex chartaceus, literis Mauritanicis exaratus, quo comprehenduntur :

1°. Historia Pseudoprophetae, ubi imprimis de prodigiosa illa luce, quam fabulantur Mohammedani positam in vultu adami, ad omnes ejus nepotes per lineam ismaelis translata fuisse, tanquam perpetuum testimonium adventus mohammedis, atque in eo tandem fixam constitisse. Constat foliis

2°. ABU ALI OMAR BEN IBRAHIM ALANSARI Liber, complectens foliis 110 septemdecim conciones. [Laud. B. 148.]

DCLIV.

Codex bombycinus, absque anni exscriptus mentione, foliis 329 constans. In eo occurrit Tomus undecimus Operis, cui Annales Islamitici titulus, ab anno Hegirae sexcentesimo vicesimo primo ad annum sexcentessimus sexagesimus perductus, agens de rebus, quae contigerunt, memoratu magis dignis, deque viris doctrinae laude et bellica virtute insignibus. Auctor abu abDALLA MOHAMMED ALDHAHABI. [Laud. B. 112.]

DCLV.

## 150 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

### DCLV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 863, christi 1458, exaratus, foliis 233 constans, quo comprehenditur subjunctae sub Mohammedanorum imperium Syriae, captaeque Damasci, sub Chaliphis abubekr et omar, historia, Expugnationes Syriae nuncupata, ubi multa de Arabum rebus, praeclare et fortiter adversus Graecos gestis, ad pacem usque cum Imperatore constantino Caesareae sancitam. Composuit abu abdalla MOHAMMED BEN OMAR ALVAKEDI. [Laud. A. 118.]

### DCLVI.

Codex bombycinus, non commemorato exscriptus anno, foliorum 262. Complectitur rerum memoria digniorum, virorum item doctrinae laude et belli fama celebrium, ab anno sexcentesimo sexagesimo primo ad annum usque septingentesimum, historiam, quae Operis, cui Annales Islamitici titulus, Tomum duodecimum constituit. Auctor ABU ABDALLA MOHAMMED ALDHABI. [Laud. B. 118.]

### DCLVII.

Codex bombycinus, luculente exaratus, folia 323 complens. Eo continetur Chronici ab orbe condito ad annum Hegirae 997 deducti, et in duos Tomos distincti, Tomus primus, agens per 36 sectiones de prophetia, atque eo quod primum a Deo creatum, de Prophetis, de Syris, Sabiis, Judaeis, Christianis, de quatuor veterum Persidis Regum dynastiis, de Regibus Graecorum, Israelitarum, de Aegypti Sultanis ex chami posteris, de Regibus Iamanensibus, Hirensibus, Gassaniis, Giorhamidis, Kendinis, de Arabum tribubus, de Pseudoprophetae ortu, rebus gestis et comitibus, de Chaliphis orthodoxis, Omniadis et Abbasidis, de variis dynastiis quae imperantibus Chaliphis initium coepere. Auctor abu mohammed mustafa BEN AHMED ALHOSAINI ALHASHEMI ALCARSHI, Vulgo ALGIANABI. [Laud. B. 149.]

### DCLVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1046, christi 1636, transcriptus, complectens foliis 230 ejusdem Chronici Tomum alterum, ubi per 40 sectiones de Regibus disseritur Jobidis, de Mamlucis, de iis, qui Syriae praefuerunt, de dynastiis Soffaridarum, Samanidarum, Gauridarum, Gaznavidarum, Dilemitarum, Buidarum, Selgiucidarum, Chuarezmiorum, Hamdanidarum, Atabecanorum, Ismaelitarum, Ginguizchanorum, Timuridarum, denique de Imperatoribus Othomannicis. [Laud. B. 150.]

### DCLIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 985, christi 1577, exaratus, folia 299 complens, ubi exhibetur Operis, cui Annales Islamitici titulus, Pars quarta, agens, ab anno Hegirae centesimo nonagesimo primo ad annum ducentesimum quadragesimum, de viris doctrinae laude et fortitudine bellica insignibus, itemque de rebus quae contigerunt magis memoratu dignis: auctore ABU ABDALLA MOHAMMED ALDHABI, [Laud. A. 143.]

### DCLX.

Codex bombycinus, anno exscriptus Hegirae 986, christi 1578, foliis 289 constans. Historiam continet Aegypti et Cairi, Praestantissima Confabulatio dictam, in qua de Aegypti finibus, Regibus item ante et postdiluvianis, de Prophetis, Mohammedis Sociis, Theologis,

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 151

ologis, Judicibus, Jurisconsultis, aliisque magni nominis viris Mohammedanis, qui ihi vel commorati sunt, vel domicilium collocarunt, de pyramidibus, obeliscis, pharo, et aliis mirandis, de modo, quo, imperante omaro, in potestatem Mohammedanorum redacta, de illius Sultanis, exercitibus, redivitibus, terrae proventu, de templis, collegiis, Nilo, ejusque fontibus. Composuit gelaeddin abdalaHman ben kemaleddIn abubekr alsoiufi, Shapheita. [Seld. 3169, 36.]

DCLXI.

Codex bombycinus, litera Mauritanica exaratus, foliorum 104, quo comprehenditur Liber, Compendium Historicum nuncupatus, cui Partes duae; prior agit de ultima Mundi origine, de Patriarchis et Prophetis, de gentibus et variis dynastiis ; posterior, de mohammedis nativitate, rebus ejus gestis, atque obitu. Auctor salutatur mohammed alshathebi, Hispanus. [Laud. B. 33-]

DCLXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 725, christi 1324, exaratus, quo comprehenduntur :

1°. Opus de Regum, qui ab anno Hegirae quadringentesimo quadragésimo septimo ad annum usque quingentesimum septuagesimum primum in Hyrcania regnarunt, rebus gestis, folia 255 complens, et titulum hunc prae se ferens: Selgiucidarum Dynastiae Historia. Composuit quidam omadeddinus.

2°. Tractatus de iis, quae mohammedi Pseudoprophetae cum abugehel idololatra acciderunt, tria folia implens. [Laud. B. 113.]

DCLXIII.

Codex bombycinus, absque anni mentione exscriptus, foliis 170 constans. Complectitur Operis, quo, sub titulo Illustrium Virorum Obitus, de Viris doctrinae laude, et fortitudine bellica, insignibus ordine alphabetico disseritur, Tomus quintus, ubi initium ducitur ab ADAM BEN ABDALAZIZ Poeta Vinoso, qui Seculo Hegirae secundo floruit. Auctor est SALAHEDDIN ABULSEFA KHALIL BEN ABIK ALSAFADI. [Seld. 3153, 20.]

DCLXIV.

Codex bombycinus, folia 140 complens, quo comprehenditur ejusdem Operis Tomus sextus, qui ducto initio ab AHMED BEN SELAM, in AHMED BEN MOHAMMED desinit. [Seld. 3154, 21.]

DCLXV.

Codex bombycinus, folia 160 efficiens. Eo continetur Operis antecedentis Tomus undecimus, cujus in principio HASAN BEN ALI, in fine HAIAN BEN ABDALLA, occurrit. [Seld. 3155, 22.]

DCLXVI.

Codex bombycinus, nitide scriptus, quo comprehenduntur:

1°. Opus, Rerum Spectandarum Hortus nuncupatum, cui folia 132 sunt, partes quatuor. Prima de Mundi agit creatione; secunda, gestarum a lapsu adami ad fugam mohammedis rerum historiam continet ; tertia, res a primo Hegirae anno ad annum octingentesimum gestas exhibet; quarta de iis disserit, quae eventura sub mundi finem sunt. Auctor ABULVA LID MOHAMMED BEN

## 152 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

ben AlshohnA, Hanaphita, qui vivere desiit anno Hegirae 883.

2°. Abulhasan ali ben alhosain ben abdalla alhozell alMasudi, qui anno Hegirae 346 Cairi decessit, Temporum Historia, anno Hegirae 886, christi 1481, exarata, disserens de Creatione, Angelis, sideribus, Prophetis, regionibus, insulis, aedificiis mirandis, aliisque rebus memotatu magis dignis. Continet folia 52.

3°. Fragmentum septem foliorum, ad historiam seculi Hegirae septimi pertinens. [Seld. 3152, 19.]

### DCLXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 849, christi 1445, exaratus, foliis 212 constans. Complectitur Librum, Classes praestantissimae dictum, in quo nimirum Doctorum honore et nomine apud Mohammedanos illustrium celebriora facta, dicta, consilia, scripta, obitus item et multa alia scitu non indigna recensentur : auctore tageddin alsobki, qui Catalogo huic supremam manum anno Hegirae 754 imposuit. [Seld. 3171,38.]

### DCLXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 815, christi 1412, exaratus, folia 176 complens. Ibi repraesentatur Operis, ubi, sub Illustrium Virorum Obitus titulo, de viris, qui literis et armis, honoribusque gestis, magnum sunt nomen consecuti, disseritur, Tomus tertius decimus, cujus initium zaiad ben alasar. Composuit salaheddin abulsefa khalil ben abik alsafadi, [Seld, 3156, 23.]

### DCLXIX.

Codex bombycinus, folia 146 implens. Exhibet Operis praecedentis Tomum quartum decimum qui incipit a sonain ABUGioMaiLa. [Seld. 3157, 24.]

### DCLXX.

Codex bombycinus, folia 14 implens. Continet ejusdem Operis Tomum quintum decimum, qui incipit ab abadah ben alSaMet. [Seld. 3158, 25.]

### DCLXXI.

Codex bombycinus, splendide, sed fine notato anno, exaratus, foliis 428 constans. Eo continetur Geographica et Historica totius Aegypti descriptio accuratissima, ubi, sub titulo Monita et Exempla e Vestigiis rerum et Monumentis desumpta, disseritur primum de coelorum et terrae systemate, de mari et mediterraneo et rubro, de Nilo, ejusque canalibus; deinde, de pyramidibus, de Aegypti Praefectis, arcibus, divitiis, redditibus, balneis, de praecipuis regionis urbibus, harumque templis, collegiis, pontibus, plateis, vicis, et omnibus memoratu dignis; postremo, de Coptorum Ecclesiis, caeterisque rebus, quae ad Christianos Aegyptum incolentes pertinent. Auctor est takieddin ahmed ben ali BEN ABDALCADER BEN MOHAMMED, vulgo ALMACRIZI \ [Pocock. 394.]

### DCLXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 823, christi 1420, exaratus, quo comprehenduntur:

10. Chronicon, Mohammedanorum res

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 153

res gestas ab anno Hegirae primo ad annum septingentesimum quinquagesimum complectens, ubi multa de viris doctrinae et fortitudinis laude insignibus: quod abdalla ben asaad aljafii composuit; abu abdalla alhoSAIN BEN ABDALRAHMAN ALAHDAL in Compendium misit. Constat foliis 162.

20. Libellus quatuor foliorum, traditiones Propheticas exhibens. Titulus est: Exhilaratio oculi. [Pocock.357.]

DCLXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 815, CHRISTI 1412, exscriptus, foliis 180 constans, ubi occurrit Operis, in quo, sub Illustrium Virorum obitus titulo, de viris doctrinae laude, belli fama, victoriae gloria, celebribus disseritur, Tomus sextus decimus, incipiens ab ABDALLA BEN MOHAMMED. Auctor est SALAHEDDIN ABULSEFA KHALIL BEN abik ALsAfAdI<sup>d</sup>. [Seld. 3159, 26.]

DCLXXIV.

Codex bombycinus, folia 133 complens. Complectitur Operis antecedentis Tomum vicesimum, qui ab ali ben mohammed incipit. [Seld. 3160,27.]

DCLXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1042, CHRISTI 1632, exaratus, folia 180 implens. Eo continetur Historia Jaminica, hoc est, Liber, in quo IAMIN ALDAULAT sive MAHMUD BEN sebeckteguin primi Gaznavidarum Imperatoris, qui, sublato abdalmalek Samanita, annos xxxi. regnavit, res gestae referuntur: auctore abu nasr mohammed BEN ABDALLA BEN AMRU BEN MOAVIA BEN OTBA BEN ABI SOF.IAN ALCARSHI VULGO ALOTBI. [Pocock.372.]

DCLXXVI.

Codex bombycinus, punctis diacriticis ut plurimum destitutus, cui folia 234. Ibi reperitur Historiae Chalipharum Pars secunda, ab anno Hegirae ducentesimo decimo ad annum ducentessimum quinquagesimum sextum deducta, sed principio atque fine, proinde et auctoris nomine, carens. [Pocock. 354-]

DCLXXVII.

Codex bombycinus, exaratus anno Hegirae 815, christi 1412, folia 161 efficiens. Complectitur Operis, quod Illustrium Virorum obitus inscribitur, Tomum vicesimum primum, ubi de viris doctrinae et fortitudinis laude egregiis sit sermo, idque ordine alphabetico. Initium ducitur ab omar ben almogaira. Salutatur auctor salaheddin ABULSEFA KHALIL BEN ABIK ALSAFADI. [Seld. 3161, 28.]

DCLXXVIII.

Codex bombycinus, folia 140 complens. Exhibet ejusdem Operis Tomum vicesimum sextum, qui est ultimus. Desinit in junos. [Seld. 3162, 29.]

DCLXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 735, christi 1334, exaratus, foliis 200 constans. Ibi reperitur Operis, Speculum

## 154 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

culum Temporis dicti, Pars duodecima, in qua virorum fortitudine et doctrina insignium res gestae referuntur: auctore ABULFARAGE ALGiuzi. Initium sit ab anno Hegirae trecentesimo vicesimo septimo; finis, in anno quadringentesimo quinquagesimo. [Pocock. 370.]

### DCLXXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 938, christi 1531, exaratus, cui folia 100. Eo comprehenditur Unio Pretiosus, hoc est, ibrahim ibn mohammed, vulgo ibn DocMAc dicti, de Chalipharum, Regum Jobidarum et Sultanorum Mamlucorum, vitis et rebus gestis Liber, incipiens ab abubekro, desinens in tuman bai, qui anno Hegirae nongentesimo sexto potitus Regno est. [Pocock. 352.]

### DCLXXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 970, christi 1562, exaratus, foliis 225 constans, quo continetur Hierosolymorum et Hebronis historia, a creatione mundi ad annum Hegirae nongentesimum perducta, quae hoc praenotatur titulo: Praestantissimum Consortium. Multa ibi de bellis sacris, et rebus Francorum praeclare gestis; nonnulla quoque de Templis Meccano et Medinensi. Composuit mohieddin abdalrahman. [Pocock. 362.]

### DCLXXXII.

Codex bombycinus, nitide, absque anni nota, exscriptus, complectens foliis 150 Operis, quod Speculum Temporis appellatur, Partem quartam, in qua annales Mohammedanorum ab anno Hegirae nonagesimo septimo ad annum centesimum vicesimum primum exhibentur: auctore abulmodhaffer jusof sebt ibn algiuzi. [pocock.37!.]

### DCLXXXIII.

Codex bombycinus, perita exaratus manu, foliis 165 constans. Eo continetur georgii elmacini ibn abiliaser ibn abilmekarem ibn abilthaieb, vulgo ibn alamid, Compendii historici Pars prima, ubi agit de creatione, climatibus, aquis, fluviis, urbibus, de rebus mosis cum pharaone gestis, de Prophetis, Judicibus Regibusque Israelitarum, de Persarum Regibus, de Imperatoribus Romanorum, de Messia, ejus miraculis et in coelum ascensu, de Apostolis, Patriarchis, Regibus item Christianis, desinitque in Imperatoris heraclii undecimo, quem Hegirae primum existimat. Pars secunda ab erpenio publici juris facta. [Pocock. 312.]

### DCLXXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 894, christi 1488, exaratus, folia 112 complens. Complectitur redactae in Mohammedanorum potestatem Syriae, et expugnatae Damasci, sub abubekro et omaro historiam, quae hunc prae se fert titulum: Expugnationes Syria<sup>k</sup>. Auctor est abu abdalla mohammed ben mohammed alvakedi<sup>l</sup>. [Pocock.326.]

### DCLXXXV.

Codex bombycinus, foliis 150 constans. Continet Operis, in quo, sub Virorum

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 155

Virorum illustrium obitus titulo, de viris doctrinae et fortitudinis laude insignibus desseritur, Tomus vicesimus quartus: auctore salaheddin abulsefa khalil ben abik AlsAfAdI<sup>b</sup>. [Laud. A. 9<sup>8</sup>-]

DCLXXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 893, CHRISTI 1487, exaratus, foliorum 278. Complectitur Chronicon, Praefatione et quinque partibus constans, et hoc titulo gaudens : Volumen primum Compendii de Historia Mortalium. In praefatione disseritur de discrepantibus inter se Chronologorum sententiis, de Pentateucho Samaritano, Hebraeo et Graeco; in Parte prima, de Patriarchis, Prophetis, Judicibus, Regibus Israelitarum; in secunda, de quatuor veterum Perliae Regum dynastiis; in tertia, de Pharaonibus, Regibus Graecorum, Romanorum Caesaribus; in quarta de Arabum ante Islamismum Regibus; in quinta, de variis gentibus, Syris nempe, Sabiis, Coptis, Persis, Graecis, Judaeis, Christianis, Indis, Nigritis, Sinensibus, Cananaeis, Adaeis, Amalecitis, Arabibus, denique de rebus, a mohammedis nativitate ad annum usque quadringentesimum quinquagesimum quartum gestis. Auctor est omadeddIn Ismael ben aLI ben mAhmud ben Mohammed ben omar shahenshah ben alub<sup>d</sup>. [Pocock. 303.]

DCLXXXVII.

Codex bombycinus, folia 232 complens. Ibi occurrit praecedentis Chronici, ab abXjlfbdA scilicet conscripti, Volumen secundum, quod ducto initio ab anno Hegirae quadringentesimo quinquagesimo quinto, desinit in septingentesimo duodecima [Pocock. 305.]

DCLXXXVIII.

Codex bombycinus, scriptionis carens aera, folia 246 implens. Exhibet Libri ita inscripti: Via ad cognoscendas Regum Dynastias, Partem primam, ubi agitur de gentibus variis, de Pseudoprophetae ortu, de Chaliphis, de Buidarum et Selgiucidarum Dynastiis, de Sultanorum Curdorum sive Jobidarum et Mamlucorum, qui in AEgypto regnarunt, rebus gestis, idque ad annum Septingentesimum tertium. Composuit MACRizius. [Pocock. 293.]

DCLXXXIX.

Codex bombycinus, foliis 206 constans, quo comprehenditur Chronici, quod Compendium de Hifloria Mortalium inscribitur, Volumen secundum, ab anno Hegirae tercentesimo octogesimo Septimo ad annum Septingentesimum vicesimum perductum: auctore Apameae in Syria Sultano, qui abulfeda est. [Pocock. 304.]

DCXC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 730, CHRISTI 1338, exaratus, folia 196 complens. Continet Historiam virorum tam doctrinae quam fortitudinis laude apud Mohammedanos insignium, illudque ordine alphabetico, quae hunc prae se fert titulum : Tertia Pars Libri, Vitae et obitus Virorum illustrium dicti. Operis auctor salutatur ben khalekan. [Laud. A. 112.]

DCXCI.

Codex bombycinus, litera lectu exaratus facili, foliorum 97, ubi occurrit Liber, Aquarium amoenum appellatus, agens



## 156 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

agens de mohammedis ortu, de Chaliphis Phatemidis, de Regibus Jobidis, de Mamlucis usque ad almalek aldhaher giacmak, decimum Circassorum Imperatorem, de nonnullorum Vezirorum rebus gestis: auctore jusof ben tangri vIrdI. [Pocock. 327.]

### DCXCII.

Codex bombycinus, punctis diacriticis ut plurimum carens, folia 150 implens. Complectitur Historiae virorum, tam doctrina quam potentia et armis apud Mohammedanos insignium, Partem tertiam, quae incipit ab Ain, decima octava Alphabeti litera. Operis titulus : Vitae et obitus Virorum illustrium. Composuit shemseddIn ben khalekan [Pocock. 339.]

### DCXCIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 691, christi 1292 exscriptus, exhibens foliis 192 Historiae universalis, quae Kamel sive Perfecta nuncupatur, Tomum duodecimum, ubi res Mohammedanorum in Asia et Africa, Francorum in Syria, ab anno Hegirae quingentesimo Secundo ad annum quingentesimum septuagesimum secundum gestae referuntur : auctore ali ben mohammed ben AbdAlkarim, nomine ibn alathir nOto. [Pocock. 346.]

### DCXCIV.

Codex bombycinus, folia 326 complens. Complectitur Historiae praecedentis Tomum secundum, qui ducto initio ab anno Hegirae septimo, desinit in anno sexagesimo primo. Multa ibi de bellis Bedrensi, Ohodensi, Dhucardenti, Chaibarensi, Honainensi, Meccaeque expugnatione. [Pocock. 137.]

### DCXCV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1087, christi 1676, exaratus, foliis 198 constans, quo comprehenditur Operis, Obitus Virorum illustrium inscripti, ubi nimirum virorum tam doctrinae, quam bellicae virtutis laude, insignium patriae, mores, res gestae et scripta, referuntur, Pars secunda : auctore shemseddin mohammed ben khalekan \ [Hunt. 60.]

### DCXCVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 674, christi 1275, Damasci exaratus, folia 300 complens. Ibi reperitur Historiae generalis, quae Kamel sive Perfecta appellatur, Pars tertia, ab anno Hegirae septuagesimo sexto ad annum centesimum tricesimum perducta, cujus auctor est ali ben mohammed ben abdalkarim VUlgO ben alathir, qui anno Hegirae 630 obiisse fertur. [Pocock. 103.]

### DCXCVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 8B3, christi 1478, exaratus, asteriscisque aureis ornatus, cui folia 364. Opus exhibet nobile, anno Hegirae 777 compositum, et Sultano almalek alashrAf shAbAn ben hosAin dedicatum, quo variae Aegypti regiones recensentur, agrorum cujusque regionis mensura desinitur, et annui reditus exponuntur. Titulum hunc prae se fert: Munus Pretiosum. Auctor est sherfeddin jAhiA ben AlmocAr ben AlgIAIAN. [Hunt. 2.]

### DCXCVIII.

DCXCVIII.

Codex bombycinus, absque anni exscriptus mentione, folia 250 implens. Eo continetur Historiae Aegypti, Monita et Exempla e Vestigiis rerum et Monumentis desumpta inscriptae, Pars tertia, ubi sermo de Nili sit insulis, de Aegypti Sultanis, de Aegyptiorum ritibus et legibus, de hippodromis, carceribus, pontibus, piscinis, templis, collegiis, nosocomiis, quae Cairi visuntur, de rebus ad Christianos pertinentibus. Composuit shehabeddin ahmed almacrizi. [Hunt. 120.]

DCXCIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1087, christi 1676, exaratus, foliorum 212. Continet Operis, Virorum illustrium obitus dicti, Partis secundae Tomum secundum, ubi qui literis et armis magnum sibi nomen pepererunt, eorum vitae et res gestae referuntur: auctore shemseddin ahmed ben khalekan qui vivere desiit anno Hegirae 681. [Hunt. 61.]

DCC.

Codex bombycinus, Damasci anno Hegirae 709, christi 1309, exaratus, foliorum 206. In eo occurrit Operis, quod Appendix seu Continuatio est Historiae, quam sebth ben algiuzi contexuit, ac Speculum temporis appellavit, Tomus primus, rerum in Aegypto et Syria, ab anno Hegirae sexcentesimo quinquagesimo octavo ad sexcentimum septuagesimum quartum, gestarum expositionem complectens. Auctor salutatur cothbeddin musa ben abi abdalla ben abihosain aliunaini alhanbali f. [Pocock.132.]

DCCI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 869, christi 1464, transcriptus, folia 280 efficiens. Librum exhibet, Fontes Perennes nuncupatum, in quindecim classes seu sectiones distributum, quo Medicorum celebriorum, qui nimirum in Graecia, Aegypto, Syria, Arabia, Persia, Mesopotamia, aliisque regionibus, doctrinae et ingenii laude floruerunt, vitae et elogia referuntur: auctore ahMED IBN ABILCASEM, Medico, qui vigo IBN ABI OSAIBA VOCatur. [Pocock. 356.]

DCCII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1086, christi 1675, exaratus, complectens foliis 206 Opus, ordine alphabetico dispositum, quod Historiae, quae Virorum illustrium obitus inscribitur, Partis primae Tomum secundum constituit; quodque auctorem habet shemseddinum ahmed ben khalekan. [Hunt. 59.]

DCCIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 990, christi 1582, exaratus, folia 460 complectens. Ibi repraesentatur Descriptionis Aegypti, cui Monita et Exempla e Vestigiis et Monumentis rerum desumpta titulus, Volumen secundum, ubi de iis qui Cairo praefuerunt, de hujusce urbis aedificiis, templis, tribunalibus, xenodochiis, scholis, balneis, divitiis,

## 158 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

vitiis, institutis, festis, nundinis, plateis, vicis, hortis, de Christianorum ecclesiis, festis et doctrina. Auctor shehabeddin ahmed alMACRizi. [Hunt. 119.]

### DCCIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 882, christi 1477, exaratus, foliorum 250. Eo comprehenditur Chronici, Flos Cogitationis dicti, Pars nona, quae res Mohammedanorum ab anno Hegirae quingentesimo quinquagesimo nono ad annum usque Septingentesimum quadragesimum quartum in AEGypto, Syria, Mesopotamia, Africa, gestas exhibet: auctore emir bibars ben mohieddin. [Pocock, 324.]

### DCCV.

Codex bombycinus, fine notato exscriptus anno, cui folia 226. Exhibet Operis, quod Instructio Inexpertum de Filiis Seculi inscribitur, Tomum primum, octo et triginta annorum complectentem annales, auctore shehabeddin ahmed ben alI ben hagI ar<sup>q</sup>, Ascalonita, Cairi incola, qui res suis temporibus gestas literis mandare volens, Historiam hanc ab anno Hegirae septingentesimo septuagesimo tertio, quo natus est, ad annum octingentesimum quinquagesimum secundum, quo denatus, deduxit. [Hunt. 123.]

### DCCVI.

Codex bombycinus, nitide exaratus, foliis 260 constans, quo continetur Liber de laudibus et operibus virorum, qui eruditionis et praefertim Poeticae fama in Africa floruerunt, sic inscriptus: Torques Aurei. Dividitur in partes quatuor, quarum prima de Regibus et Principibus; secunda, de Veziris et regni administris; tertia, de Judicibus et Jurisconsultis; quarta, de iis, qui aetatem suam in arte et ratione faciendorum carminum transegere. Auctor ABU NASR ALFATAH BEN MOHAMMED alcaisi, Hispalensis, qui Marocci anno Hegirae 535 obiit. [Hunt. 139.]

### DCCVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 943, christi 1536, exaratus, cui folia 170. Complectitur Operis, Prata Aurea nuncupati, Volumen secundum, in quo Chalipharum enarrantur vitae et res gestae : auctore masudi, qui, ducto a moavia initio, in moti billa desinit. [Hunt. 94.]

### DCCVIII.

Codex bombycinus, folia 200 complens, comprehendensque Operis, ordine alphabetico dispositi, in quo de viris, qui apud Mohammedanos doctrinae et virtutis bellicae laude floruerunt, disseritur, Partis primae Tomum primum, auctorem habentem shemseddinum ahmed ben khaleKan [Hunt. 58.]

### DCCIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1075, christi 1664 exaratus, foliis 296 constans. Eo continetur Liber de Classibus Medicorum, in capita quindecim distinctus, inscriptusque: Fontes perennes,. Caput primum agit de Medicinae origine; secundum de primis Medicis; tertium, de Medicis, qui ex AEscuLAPii nati prosapia sunt; quartum, de

de Medicis, ex hippocratis Schola exortis; quintum, de Medicis, quos galenus produxit; sextum, de Medicis Christianis, qui ante mohammedem Alexandriae floruerunt; septimum, de Medicis, qui inter Arabes in Islamismi principio excelluerunt; octavum, de Medicis Syris, qui Abbasidarum tempore claruerunt; nonum, de Medicis, qui Libros Graecos in sermonem Arabicum converterunt; decimum, de Medicis, qui in Iraca et Mesopotamia famam sibi pepererunt; undecimum, de Medicis Persicis; duodecimum, de Medicis, qui in India enituerunt; tertium decimum, de Medicis Africanis; quartum decimum, de Medicis, qui in AEGypto eluxerunt; quintum decimum, de Medicis Syris. Composuit abu abas ahmed ben AbilcAsem ben Abi osAlbA AlkhazargI<sup>a</sup>. [Hunt. 171.]

DCCX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1087, CHRISTI 1616, exscriptus, folia 160 efficiens. Comprehendit Partem quintam Libri, qui ordine alphabetico de viris doctrinae et fortitudinis laude insignibus agit, huncque titulum prae se fert : Virorum illustrium obitus \ Auctor est SHEMAEDDIN AHMED BEN KHALEKAN [Hunt. 62.]

DCCXI.

Codex bombycinus, duplici exaratus manu, quo continentur:

i°. Chronici, quod abu giafar MohaMMed ben giarir ben iezid althabari composuit, inscripsitque Liber de Regibus, eorumque Historiis, Pars duodecima, complectens foliis 95 Chalipharum ab anno Hegirae septuagesimo septimo ad annum ducentesimum decimum octavum, quo almamun extinctus, res gestas. Sub finem desiderantur nonnulla. Auctor obiit anno Hegirae 310.

20. Annalium quibus Flos Cogitationis titulus, Pars sexta, initio trunca, folia 200 complens, et ad annum Hegirae quadringentesimum decurrens. Auctor est bibars aldavadar. [Hunt. 198.]

DCCXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 788, christi 1386, exaratus, foliorum 133. Complectitur rerum a Mohammedanis ab anno Hegirae septingentesimo sexagesimo octavo ad annum septingentesimum octogesimum gestarum historiam, vitasque virorum illustrium, qui illo temporis intervallo mortui sunt: aUctOre ahmed albeiruti. [Maresc. 36.]

DCCXIII.

Codex bombycinus, foliis 108 constans. Compendium comprehendit historicum, ab orbe condito ad annum usque Hegirae sexcentiesimum vicesimum octavum deductum, agens de Creatione, de Prophetis, de Chaliphis, de Regibus et Principibus, qui in variis regionibus imperio Mohammedanorum obnoxii rerum potiti sunt. Auctor est ahmed ben said ALAndALusI. [Maresc. 37.]

DCCXIV.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 194 complens. Eo continetur Pars secunda Operis, quo de viris doctrinae et fortitudinis laude insignibus disseri-

160 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

differitur: auctore mohammed ben MohaMMed sheMseddin ben khalekan. [Laud. A. 129.]

DCCXV.

Codex bombycinus, absque anni exscriptus mentione, cui folia 264. OpuS complectitur historicum, ab abu gjafar mohammed ben giarir althabari contextum, et ab elmacin georgio ibn alamid in Compendium contractum, agens de mohammedis nativitate, genealogia, fuga, bellis, victoriis, fortuna, morte, de Chaliphis et Regibus, iisque rebus, quae eorum tempore acciderunt. Desinit in almalek aldhaheer bibarS, qui Mamlucorum Turcicorum Rex quartus fuit. Corrige ex Codice hoc potest: impressa erpenii sub nomine Historiae Saracenicae Editio, ubi puncta diacritica saepe desiderantur. [Laud. A. 124.]

DCCXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 866, christi 1461, exaratus, foliorum 184, comprehendens Librum, ordine alphabetico dispositum, ubi, sub Faustae Constellationis titulo, virorum, qui in Thebaide Aegypti ingenio floruerunt et eruditione, vitae, instituta et scripta, referuntur: auctore aladfari, Shapheita, a quo ultima operi imposita manus anno Hegirae 738 Cairi est. [Hunt. 88.]

DCCXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 860, christi 1455, transcriptus, foliis 165 constans. Ibi repraesentatur Opus ita inscriptum: Mirabilia Fati de Successibus timuri nimirum vitae et rerum gestarum timuri, qui vulgo taMERLANES dicitur, historia, ab AHMED BEN ARABSHAH f scripta, eadem quae Lugduni Batavorum publicam lucem aspexit. [Laud. B. 81.]

DCCXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 629, christi 1231, exaratus, folia 188 complens. Complectitur Tractatum historicum, ex ABULFEDA, eX IBN ALATHIR, aliiSque conflatum, inscriptumque Appendix ad Historiam Damasci, ubi res a Praefectis hujusce Urbis ab anno Hegirae tercentesimo sexagesimo tertio ad annum quingentesimum quinquagesimum quintum gestae enarrantur : auctore abu ali HAMZA ben mohamMed altamimi. [Hunt. 125.]

DCCXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1052, christi 1642, splendide exaratus, foliis 358 constans. Ibi exhibetur Operis de veterum Persiae Regum vitis et gestis, quod primum ferdusi veriibus Persicis conscripsit, et Shahname sive Speculum Principium appellavit, dein cavameddin abulfatah isa ben ali ben mohammed alesfahani soluta oratione in linguam Arabicam convertit, Tomus secundus, qui, ducto initio a kishasb ben lohorasb, in shehriar ben khosru perviz desinit. [Marsh. 171.]

DCCXX.

Codex bombycinus, luculente, sine anni mentione, exscriptus, folia 303 complens.

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 161

complens. Exhibet Libri, Aegypti descriptionem Sub hoc titulo continentis: Monita et Exempla e Vestigiis rerum et Monumentis desumpta, Tomum primum, ubi, praemiSsa de coelo et terra, mari rubro et mediterranco, itemque Nilo, dissertatione, ipsa Cairi describuntur palatia, templa, fora, arces, vici, aliaque memoratu digna. Composuit takieddin almacRizi. [Marsh.149.]

DCCXXL

Codex bombycinus, foliis 280 constans, comprehendensque Operis, cui Instructio Historica titulus, Partem secundam, ab anno Hegirae sexCentesimo nonagesimo primo ad annum septingentesimum quadragesimum deductam, qua virorum, doctrina et potentia apud Mohammedanos Clarorum, vitae, acta et gesta, ordine alphabetico exhibentur: auctore abulsadek abubekr ben Kadhi shahbah alasadi, Shapheita. [Marsh. 143.]

DCCXXII.

Codex bombycinus, tinea manscipatus, folia 255 complens. Complectitur Historiae Universalis, ab abu giifar mohammed ben gerir althabari contextae, Partem secundam, quae, incipiens ab anno Hegirae quadragesimo, desinit in anno centesimo decimo nono. Ibi de Pseudopropheta et Chaliphis sit sermo. Initium et sinis desiderantur. [Marsh. 124.]

DCCXXIII.

Codex bombycinus, anni expers notae, foliorum 194, quo continetur Annalium, quibus Temporum Speculum titulus, Pars sexta, ab anno Hegirae quadragesimo primo ad annum octogesimum decurrens: auctore sebth ibn algiuzi. Ibi virorum, doctrina, dignitate et potentia, insignium, qui illo temporis intervallo mortui sunt, scripta et gesta enarrantur. [Marsh. 289.]

DCCXXIV.

Codex bombycinus, foliis 227 constans. Exhibet Operis, quod Institutum de Cognoscendis Dynastiis Regum inscribitur, Partem tertiam, in qua nimirum de Sultanorum, qui ab anno Hegirae septingentesimo sexagesimo secundo ad annum octingentesimum decimum in Aegypto regnarunt, rebus gestis disseritur : auctore takieddin ahmed almaCrizi. [Marsh. 260.]

DCCXXV.

Codex bombycinus, Scriptionis aera carens, 260 folia complens. In eo occurrit Historiae sic inScriptae: Catoptron Principum et Exemplum Prudentium Pars Secunda, quae Mohammedanorum annales ab anno Hegirae quadringentesimo ad annum Septingentesimum quinquagesimum complectitur. Auctor hujus abdalla ben asaad aliafei [Marsh. 176.]

DCCXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 836, christi 1432, exaratus, foliorum 158, ubi reperitur Libri, cui Sponsae de Prophetarum gestis et Rerum initiis titulus.

## 162 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

tulus, Pars secunda, agens de Syria, Hierosolyma, Hierichunte, de mose, AARONE, JOSUA, SAMUELE, SAULE, DAVIDE, SALOMONE, ISAIA, DANIELE, reliquisque Prophetis, de Beata Virgine, Jesu Christo, Apostolis, de Elephantium ductoribus ex Sura 105, de septem Dormientibus Ephesi, qui ad fidem suam servandam in speluncam confugerunt. Auctor est abu isaac ahmed BEN MOHAMMED BEN IBRAHIM qui anno Hegirae 427 fertur obiisse. [Maresc. 41.]

### DCCXXVII.

Codex bombycinus, anni carens nota, cui folia 375. Complectitur Opus, Shapheitaram Historia inscriptum, quo nimirum Doctorum enarrantur e Secta Shapheitica insigniorum vitae, in classes tributae, illudque ordine alphabetico: auctore mofid abdalvahhab tagedDIN BEN ALI ALSOBKI, qUi id in Codicis calce anno Hegirae 754 Damasci profitetur se finivisse. [Marsh. 135.]

### DCCXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 695, CHRISTI 1295, exscriptus, folia 184 implens. Eo comprehenditur Compendium historicum, a shehabeddin ABU ISAAC IBRAHIM BEN ABDALLA BEN ali ALHAMAVI conscriptum, inscriptumque : Res Eximiae. Disserit de MoHAMMEDis nativitate, vita, bellis, victoriis, morte, de abubekro, omaro, othmano, ali, hasano, de Chaliphis Omniadis et Abbasidis. Definit in anno sexcentesimo vicesimo octavo. [Marsh. 60.]

DCCXXIX. Codex bombycinus, folia 140 complens. Continet Operis, cui Institutum de Cognoscendis Dynastiis Regum titulus, eam Partem, qua ab anno Hegirae octingentesimo tricesimo primo ad annum octingentesimum quadragesimum quartum, quo tempore almalek alashraf abulnasr barsebai aldacMaki aldhaeri, octavus Circassorum Imperator, regnavit, res in AEGypto, Syria et Higiaz, gestae referuntur: auctore takieddIn ahMed almaCrizi. [Marsh. 121.]

### DCCXXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 782, christi 1380, exaratus, quo continentur:

i°. Libri, Cogitationum Campus inscripti, Pars secunda, differens per folia 120 de mohammedis Sociorum, quorum primus abubekr veridicus, virtutibus et praerogativis. Auctor est ibn rokn.

2°. Tractatus Theologicus, initio et fine mutilus, folia tamen 82 habens. Multa ibi de Paradiso et Dei nominibus. [Marsh.129.]

### DCCXXXI.

Codex bombycinus, foliis 362 constans. Complectitur Historiam Medinae, hunc prae se titulum ferentem : Solutio mohammedi debita, agentemque per Sectiones octo, varia in capita abeuntes, de hujusce Oppidi origine, praestantia, variis appellationibus, aedificiis publicis, vallibus, collibus, montibus, puteis, fontibus, incolis, mohammedis sepulchro, templo et peregrinatione, quae illius visendi causa suscipitur. Composuit ali ben abdalla ben ahmed ben abilhasan alsamhudi, qui Medinae anno Hegirae 912 obiit. [Marsh. 321.]

### DCCXXXII.

DCCXXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1012, chrIstI 1603, exaratus, foliorum 218. Ibi reperitur de timuri vita rebusque gestis Liber, auro passim coloribusque ornatus, quem ahmed ben arabshah composuit, et anno Hegirae 841 ad umbilicum duxit. Non est diversus ab eo, qui Lugduni Batavorum publicam lucem aspexit. [Laud.A. 113.]

DCCXXXIII.

Codex bombycinus, foliis 176 constans. Exhibet Operis, Recreatio Videntis nuncupati, Partem nonam, in qua videlicet de Mamlucorum Turcicorum ab anno Hegirae sexcentesimo septuagesimo octavo, quo almalek almansur ABULMAALI SAIFEDDIN KELAUN est ad imperium evectus, ad almalek alkamel shaaban, qui anno Hegirae Septingentesimo quadragésimo Septimo regnare caepit, rebus gestis disseritur : auctore gemaledin jusof tangrivirdI. [Marsh 311.]

DCCXXXIV.

Codex bombycinus, nitide, absque anni mentione, exscriptus, foliorum 155. Ibi repraesentatur Liber, Principium et Finis inscriptus, agens de creatione coeli et terrae, de Angelis, de throno Dei, de tabula custodita, de maribus, fluviiis, lapidibus, Septem terris, de Patriarchis, Prophetis, de rebus, quae sub mundi evenire finem debent. Hic autem codex primam tantum operis partem exhibet. Auctor est omadedDIN ISMAEL BEN OMAR BEN KETHIR ALcARSHI, Shapheita. [Marsh. 310.]

DCCXXXV.

Codex bombycinus, foliis 426 constans, Continet rerum ab anno Hegirae primo ad annum sexcentésimum quinquagesimum octavum a Mohammedanis gestarum historiam, ubi de mohamMedej de Chaliphis, de Regibus Jobidis. Desinit in almalek almodhaffer salfeddIn cotuz, tertio Mamlucorum Turciorum Rege. Auctor est elmacIn georgius Ibn alamId alkateb †. [Marsh. 309.]

DCCXXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 858, chrIstI 1454, exaratus, foliorum 298. Complectitur redactae in Mohammedanorum potestatem Syriae et expugnatae DamaSci Sub abUbekro et omaro historiam, titulo Victoriae Syriae. Illa autem non ultra annum Hegirae decimum Sextum progreditur, quo tempore, expugnata Caesarea, omnes pene Syriae urbes in Mohammedanorum ditionem venerunt. Composuit abu abdalla mohammed ben oMar alvakedI. [Marsh. 326.]

DCCXXXVII.

Codex bombycinus, absque anni exaratus mentione, cui folia 200. Eo continetur Historiae universalis, ab orbe condito ad annum usque sexcentésimum vicesimum octavum deductae, et Camel appellatae, Pars septima, spatium septuaginta quatuor annorum complectens, initio ducto a moctader Chalipha, hoc est, ab anno Hegirae ducentésimo nonagesimo quinto. Desinit in adhadeddulat, secundo Buidarum Sultano. Auctor est ali ben mohammed ben abdal-



164 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

abdalkerim, qui anno Hegirae 630 fertur decessisse. [Marsh. 324.]

DCCXXXIX.

Codex bombycinus, nitide exscriptus, foliis 302 constans. Ibi reperitur Operis, cui Margaritarum Series de Dynastia Turcarum titulus, Pars tertia, agens de quatuor ultimum Mamlucorum Turcicorum rebus gestis, deque virorum doctrinae laude insignium, qui sub illis floruerunt, vitis et scriptis. Terminatur in anno Hegirae octingentesimo primo. Composuit shehabeddin ben habib alhalabi. [Marsh. 319.]

DCCXL.

Codex bombycinus, imperita manu anno Hegirae 547, christi 1152, Bagdadi exaratus, foliorum 202, ubi continetur Liber de Coraishitarum, ex quibus mohammed originem traxit, historia et genealogia, hunc prae se ferens titulum: Praestantissima Hominum Pars Incipit a sectione xiii. desinit in xxiii. AuctOr est abu abdalla ben mosab ben soliman Althusi. [Marsh.384.]

DCCXLI.

Codex bombycinus, luculente exscriptus, folia 219 complens. Complectitur rerum a Sultanis Turcicis, qui in Aegypto regnarunt, ab anno Hegirae sexcentesimo septuagesimo octavo ad annum septingentesimum quadragesimum octavum gestarum expositionem, titulo, Pars Historiae, ita inscriptae: Margaritarum Series de Dynastia Turcarum in Aegypto. Agitur insuper ibi de viris doctrinae laude insignibus. Conscripsit BEDREDDIN MOHAMMED BEN HABIB ALHALABI. [Marsh. 386.]

DCCXLII.

Codex bombycinus, anno Hegir, 760, christi 1358, Damasci exaratus, quo continetur Operis, ab abu abdalla MOHAMMED ibn AHMED ibn OTHman ibn aldhababi ordine alphabetico conscripti, ac Lanx AEquitatis inscripti, Tomus primus, disserens per folia 233 de viris illustribus, iis scilicet, quorum ope Pseudoprophetae facta et dicta certius ad posteros pervenerunt. Definit in Dal octava Alphabeti litera, [Marsh. 298.]

DCCXLIII.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 170 implens. Partem exhibet primam Libri, Gemmae ordine consertae appellati, disserentem de Chalipharum rebus gestis, de viris quibusdam bellica virtute claris, de Barmacidis, de iis, qui in Poetica et Musica maxime excelluerunt. Multa initio desiderantur. Auctor est ibn abdrabbihi. [Marsh. 320.]

DCCXLIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 785, christi 1383, exaratus, cui folia, 360. In eo occurrit Operis, quod Margaritarum Series de Dynastia Turcarum appellatur, Pars secunda, incipiens ab anno Hegirae septingentesimo decimo sexto, detinens in anno septingentesimo

gentesimo sexagesimo primo: ubi de Regibus, qui extinctis demum Chaliphis Aegypto et Syria potiti sunt, deque viris, qui virtute et doctrina praestiterunt; sit sermo. Salutatur auctor bedreddin mohammed ben habib alhalabis [Marsh. 381.]

DCCXLV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 678, christi 1279, exaratus, foliis 270 constans. Ibi repraesentatur Historiae duarum Regiarum Familiarum nureddini et salaheddini, 2L shehabeddino abi mohammed abdalrahMan ben ismael ben ibrahim almocapdesi<sup>b</sup>, Shapheita, conscriptae, atque Bini Horti de Binis Dynastiis inscriptae, Pars secunda, quae, ducto initio ab anno Hegirae quingentesimo septuagesimo quarto, desinit in anno sexcentesimo trigesimo quinto. [Marsh. 383.]

DCCXLVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 689, christi 1290, exaratus, folia 222 complens. Ibi reperitur Opus, in partes quatuordecim distributum, inscriptumque : Notitia Doctorum Virorum Giorgianae. In prima sermo sit de hujusce oppidi expugnatione sub omaro Chalipha, de comitibus et asseclis mohammedis, qui illud ingressi sunt, de oratoris ejus et praefectis; reliquae virorum doctrinae laude insignium, qui ex urbe illa exorti sunt, historiam ordine alphabetico exhibent. Composuit abulcasem hamza ben jusof ben ibrahim ben mosa alsehem. [Laud. B. 114]

DCCXLVII.

Codex bombycinus, nitidis exaratus literis, foliis 270 constans. Complectitur Opus historicum, ubi vitae Theologorum, Jurisconsultorumque, quorum ope doctrina mohammedis conservata, et propagata ad posterum est, ordine alphabetico descriptae sunt: auctore ibn khalekan, qui, ducto ab iis initio, qui ahmed appellantur, in iis desinit, qui jusof vocantur. Libri titulus: Classes majores Doctorum, Historiaeque eorum. Accedit appendix, quae de nominibus gentilitiis, et agnominibus, inscribitur. [Marsh. 428.]

DCCXLVIII.

Codex bombycinus, anni expers notae, foliorum 398. Historiam exhibet Meccae, Munus Magnificum inscriptam, ubi per sectiones quadraginta disseritur de hujusce oppidi finibus, appellationibus, praerogativis, collegiis, xenodochiis, nosocomiis, plateis, vicis, de templo Caaba, de puteo, quem Deus in gratiam hagar matris ismaelis condidisse narratur, de lapide nigro, de variis locis, in quibus Pseudopropheta domicilium fixit, de iis, qui Meccae praefuerunt, de imbribus, torrentibus, fulminibus, pestilentia, annonae caritate, quae Meccae ante et post Islamismum contigerunt, de idolis, intra et extra urbem cultis. Auctor est mohammed ben Ahmed ben Ali Alhasani alfasi<sup>b</sup>, qui anno Hegirae 833 obisse fertur. [Marsh. 432.]

DCCXLIX.

Codex bombycinus, litera Africana exaratus, foliis 218 constans, comprehendensque Operis, Thesauri titulo praenotati, Tomum secundum, agentem de viris generis, eruditionis, poeticae imprimis facultatis, gloria conspicuis, qui

## 166 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

qui nempe Hispali et in circumjacentibus regionibus florere: adjunctis compluribus versibus, ex scriptis illorum excerptis. Auctoris nomen non comparat. [Marsh. 40 7. ]

DCCL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 993, CHRISTI 1584, exaratus, folia 306 implens. Ibi exhibetur Historiae, cui Margaritarum Series de Dynastia Turcarum titulus, Pars prima, differens de Regibus Aegypti, de eorum vicariis, ministris, exercitibus, de rebus, quae illorum tempore contigerunt, de viris doctrinae laude insignibus, qui sub illis floruerunt. Orditur ab anno Hegirae sexcentesimo quadragesimo octavo, quo ALMALEK ALMOEZ IBEK ALSALEHI, primus e Mamlucis Turcicis, thronum conscendit; desinit ad annum septingentesimum decimum quartum. Composuit BEDREDDIN ALHASAN BEN ABILCASEM OMAR BEN ALHASAN BEN OMAR ben HABib AlhAlAbIb, e Shapheitarum secta. [Marsh. 223.]

DCCLI.

Codex bombycinus, litera lectu exaratus facili, foliorum 350. Continet Operis, quod Institutum de Cognitione Dynastiarum Regum inscribitur, Volumen primum, agens de Sultanorum Jobidarum, Mamlucorumque, qui in Aegypto regnarunt, rebus gestis, deque viris doctrinae laude insignibus, qui illorum floruerunt tempore: idque ab anno Hegirae quingentesimo sexagesimo septimo, quo SALADINus regnum obtinuit, ad annum septingentesimum sexagesimum primum, quo naserus hasanus, e Mamlucis Turcicis Rex vicesimus imperitabat. Praemittuntur quaedam ad Gentes, mohammedem, Buidas et Selgiucidas, spectantia, Auctor est takieddIn Ahmed AlmAcrizi [Marsh 287.]

DCCLII.

Codex bombycinus, scriptionis destitutus aera, cui folia 166. Complectitur Librum, integri operis tomum constituentem tertium, in quo primum de MohAMMEDis virtutibus, bellis, victoriis, sectae incrementis; deinde, de veritatibus Theologicis sive Alcoranicis; postremo, de rebus, ad jus civile et canonicum spectantibus, sit sermo. Nullum de auctore verbum. In calce legis: Sequetur, Deo volente, Liber de Medicina [Marsh. 322.]

DCCLIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 892, christi 1486, exaratus, quo continentur:

i°. Historia Chalipharum, 40 folia complens, et a mohammede usque ad AlmostAnge d bIII A AbulMeHasen jusof ben AlMotAvAkkel, Abbasidam decurrens. Auctoris abest nomen.

20. Historia, sine auctoris nomine, Regum et Sultanorum Aegypti, incipiens ab almoez lidinilla Maad ben alMansur ismael alcaiem biamrIIIa mohammed alobaIdI, Phatemida; desinens in alashraf caietbai s, Imperatore Circassorum xvii. qui regno potitus anno Hegirae octingentesimo Septuagesimo secundo. Habet folia 36.

3\*. Tractatus Geographico-Historicus, quem khalil ben shahin aldhaHerI

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 167

HERI ex opere suo majori, quod Descriptio Provinciarum et Declaratio Viarum Tractuumque inscribitur, excerptis, et in capita duodecim distinctum, Florem appellavit. Dissertur ibi de Aegypti praerogativis, Praefectis, Sultanis. [Marsh. 240.]

### DCCLIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 830, christi 1426, exscriptus, foliis 226 constans. Complectitur Operis historici, in quo, sub titulo Virtutum Celebratio virorum, qui doctrina, fortitudine, gestis item honoribus, praeclarum sunt nomen consecuti, Scripta et vitae referuntur, Tomum nonum, qui incipit ab iis, quibus omar nomen; quibus caSEM, in iis desinit. Nullum de auctore verbum. [Marsh. 399.]

### DCCLV.

Codex bombycinus, initii expers, folia tamen 197 complens. Exhibet absque auctoris nomine librum, rerum diversarum historias continentem: ubi imprimis dissertur de Coraishitarum tribu et lingua, de Pseudoprophetae ortu, genealogia, virtutibus, praeliis, morte, de Angelis, patriarchis, templo Meccano, paganismo, de rebus ad utrumque jus pertinentibus. Est Pars Operis integri secunda. [Marsh. 283.]

### DCCLVI.

Codex bombycinus, nitido exaratus caractere, foliis 164 constans. Ibi occurrit Prophetarum Historiae, ex Alcorano et Traditionibus concinnatae, Pars secunda, agens de mose, josua, elia, jona, davide, salomone, jesaia, jeremia, Beata Virgine, Jesu Christo, etc. Composuit abubekr mohammed ben abdalla alkesai e. [Marsh. 650.]

### DCCLVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 771, christi 1369, exaratus, foliorum 150. Librum complectitur, Virtutes Luminum Veritatis inscriptum, ubi miranda quaedam mysteria, in Historia josephi, cognomento justii, Filii jacobi Patriarchae, occurrentia, deteguntur, idque secundum Alcoranum et Mohammedicas traditiones: auctore isaac Ibrahim ben Ismael alcarsHI, Poeta egregio, qui operi huic multa a se conscripta Carmina inseruit. [Marsh. 657.]

### DCCLVIII.

Codex bombycinus, Mauritanica exscriptus litera, cui folia 195. Eo comprehenditur rerum a Mohammedanis ab anno Hegirae quingentesimo quinquagesimo quarto ad annum quingentesimum sexagesimum nonum in Hispania gestarum historia, hunc prae se serens titulum: Chronici, Gratia Divina de Imamatu inscripti, Tomus secundus. Auctor est abdaLLa ben moHammed albaGI. [Marsh. 433.]

### DCCLIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 937, christi 1530, exaratus, foliis 140 constans. Exhibet SHemseddInI abulmodHAffer jusof ben cozgoll Speculum Temporum, hoc est, Chalipharum, Virorumque illustrium, historiam, com-

## 168 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

complectentem trium supra quinquaginta annorum intervallum, initio ducto ab anno quadringentesimo octogesimo. Desinit in omadeddin zenghi, Atabeco, qui Syriam invasit. [Marsh.658.]

### DCCLX.

Codex bombycinus, calce decurtatus, folia 220 complens. Ibi repraesentatur Operis, cujus titulus Omnium Historiarum Compendium Volumen secundum. Illius auctor almalek aladel almuied isMael<sup>b</sup>, Apameae Dominus. Hoc in volumine, quod ab anno Hegirae quadringentesimo quinquagesimo quinto ad annum septingentesimum duodecimum decurrit, Mohammedanorum, et Christianorum, in Arabia, Persia, Syria, AEGypto, Mauritania, res gestae referuntur. Initium ab iis ducitur, quae gesta in Arabia Felice sunt. [Marsh. 674.]

### DCCLXI.

Codex bombycinus, scriptionis destitutus aera, foliorum 135, quo continetur Operis historici, quod MohaMMed ben MohaMMed ben haMed c COMpOsuit, ac Fulgur Syriacum appellavit, Pars quinta, complectens duorum annorum intervallum, sumpto initio ab anno Hegirae quingentesimo septuagesimo octavo: ubi de sALAdInI in Syria rebus gestis disseritur. [Marsh. 425.]

### DCCLXII.

Codex bombycinus, litera Africana anno Hegirae 775, christi 1373, exaratus, foliis 65 constans, comprehendensque Librum, ubi, sub titulo Amicus Jucundus Hortus Chartaceus, rerum a Regibus Mauritaniae gestarum historia, Fessaeque annales, in compendio exhibentur, idque ab anno Hegirae centesimo septuagesimo secundo, quo edris ben AbdAllA ben hAsAn ben ali thronum dicitur conscendisse, ad annum septingentesimum vigesimum Sextum. Illius auctor ali ben mohammed ben ali zAra. [Marsin 406.]

### JDCCLXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 975, christi 1567, exaratus, folia 222 complens. Historiam exhibet Hierosolymorum et Hebronis, a creatione ad annum Hegirae nongentesimum perductam, cui titulus: Consortium Nobile. Agitur ibi de creaturis ante adamum conditis, de adamo, aliiSque Prophetis uSque ad AbrAhAMuM, de davidis regno, de Templo a nabuchodonosore everso, illiuSque jussu cyri instauratione, de Prophetis a salomone uSque ad jonam, de zacharia, joanne Baptista, christo, de tito HieroSolymorum expugnatore, de mohammede, de captis ab omaro HieroSolymis, et destructo illius opera Templo, quod deinceps Alharam appellatum est, de mehedi Sub finem mundi HieroSolymis comparituro, de viris illustribus, doctoribus, religiosis, qui HieroSolymas Sunt ingressi, de eadem urbe bis a Francis expugnata, et a Mohammedanis recuperata, de iis, quae Hebrone contigerunt, de alashraf caietbai, Circassorum Imperatore xvir. qui obiit anno Hegirae 901. Salutatur auctor mogireddin alHanbaLi. [Marsh 677.]

### DCCLXIV.

Codex bombycinus, caractere Mauritanico exaratus, foliis 186 constans. Ibi occurrit rerum a Mohammedanis in variis Asiae et Africae regionibus gestarum expositio, quae, incipiens ab anna Hegirae tercentesimo sexagesimo secundo,

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 169

do, desinit in quadringentesimo Sexagesimo nono. In pagina prima agitur de pace, alemir mansur ben nuh inter et rocneddulat, ac adhadeddulat, inita. Titulus est:: Liber tertius Historice aldhahabi. Capite et calce caret. [Marsh. 661.]

DCCLXV.

Codex bombycinus, et initio et fine truncus, cui folia 272. Opus complectitur historicum, disserens de Samanidis, Gelgiucidis, Gaznavidis, Chuarezmitis, de Chaliphis, de iis qui Syriae praefuerunt, de Regibus Jobidis, de Mamlucis, de viris doctrinae et fortitudinis laude insignibus: quod, ducto initio ab anno tercentesimo octogesimo tertio, quo tempore Bokhara a bograkhā expugnata, desinit in anno septingentesimo viceSimo. Composuit Ismael ben AlI<sup>b</sup>. [Hunt. 141.]

DCCLXVI.

Codex bombycinus, nitide, fine anni nota, exaratus, foliis 136 constans. Eo comprehenditur Liber de almalek almAnsur salfeddIn abIlfatah kelaun AlsAlehI, Mamlucorum Turcicorum Regis vII. qui ad imperium anno Hegirae sexcentesimo septuagesimo octavo est: evectus, vita et rebus gestis, hoc praenotatus titulo: Digna Gloria Virtus. Auctor anonymus Regi illi opus hoc nuncupavit. [Marsh. 424.]

DCCLXVII.

Codex bombycinus, luculente exscriptus, folia 108 complens. Opus exhibet, hoc praeditum titulo: Subactio Animorum et Fascinatio Desperatorum, ubi primum agitur de mohammedis, qui ignorantiae sustulisse statum dicitur, ortu, bellis, itineribus, revelationibus, miraculis, morte; deinde, de Abubekr, omar, othman, alI, hasan, ieszid. Subjiciuntur preces superstitionem redolentes. Auctor est takieddin abubekr, vulgO alhisnI' dictus. [Marsh. ii8.]

dcclxviii.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 274 implens. Complectitur vitam, mores, encomia, s. ibrahimi almatBuLI, hoc titulo: Virtutes Matbuliticae, ex mohammede transfusae. liber illis maxime inservit, qui ad aedem Meccae, festum ejus et sacra celebrandi ergo, proficiscuntur. Composuit abdalvahab ibn ahmed, AEgyptius. [Pocock.378.]

dcclxix.

Codex bombycinus, duplici scriptus manu, quo comprehenduntur:

i°. Historia Medinae, a zineddin abu mohAmmēd Abubekr ben AlhosAiN AlothmanI, Shapheita, anno Hegirae 766, christi 1364, conscripta, et Certitudo Auxilii appellata, quae constat praefatione, quatuor capitibus, corollario. Ibi per folia 48 disseritur de Medinae praerogativis, oratoriis, vallibus, montibus, puteis, de viris illustribus, qui eam incoluerunt, de Legati Dei sepulcro, templo et peregrinatione, quae illius visendi causa Suscipitur, de coeli situ, quem Mohammedani inter orandum respicere debent, denique de mortis, quae Medinae contingit, praestantia. Exaravit ben AlhelAli anno Hegirae 151.

2°. abulolae

## 170 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

2°. ABULOLae aLmaari Divan sive Carminum Collectio, 43 folia implens. [Marsh 415.]

DCCLXX.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 160 complens. Complectitur Medicorum classes ordine distributas sive medicorum historiam eorum, qui in Iraca, Mesopotamia, Persta, India, Africa, AEGypto, Syria, magnam nominis famam sunt Consecuti, titulo: Fontes perennes. Incipit a sectione decima, terminatur in quintadecima. AuCtor est abu abbas aHmed ben abuLcasem ben abi osalba aLkHazargIc. [Marsh. 419.]

HISTORICI IN QUARTO.

DCCLXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1019, cHRisTI 1610, eleganter exaratus, foliis 380 constans. Ibi continetur Opus historicum, Dynastiarum Annales et Rerum Veterum Monumenta inscriptum, quod per Lv. capita agit de creatione, Prophetia, historiae utilitate, de Prophetis et Patriarchis, de mohammede Prophetarum ultimo, quatuorque primis ejus Successoribus, de Coraishitica tribu, ejusque excellentia, de Chaliphis Ommiadis, Abbasidis, Phatemidis, de Regibus Jobidis, Mamlucis item Turcicis et Circassis, de Regibus Hirensibus, Cendinis, Jorhamidis, Gassaniis, de iis qui in Arabia Felice et Africa regnarunt, de dynastiis Soffaridarum, Samanidarum, Tholonidarum, Selgiucidarum, Khuarezmiarum, Atabecanorum, Ginguizcanidarum, Othmanidarum, aliorumque, de Regibus Persiae, Indiae Syriae, Graeciae, de Romanorum Impera, toribus, de praecipuis orbis oppidis, fluviis, fontibus, puteis. Composuit ahmed ben jusof ben ahmed, absolvitque anno Hegirae 1008. [Pocock. 246.]

DCCLXXII.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 150 implens. Librum exhibet ita inscriptum : Chronicon josephi filii gorionis Ibi de Judaeorum rebus gestis, quae stante Templo secundo contigerunt, per septem sectiones sit sermo, idque ab esdra ad titum usque vespasiani Filium. [Hunt. 238.]

DCCLXXIII.

Codex bombycinus, absque anni exaratus mentione, foliis 230 constans. Eo comprehenditur Chronici, quod georgius eLmacin ben abiLiase ben abiLmekarem, vulgo ibn aLamid aLkateb dictus, composuit, ac Compendium appellavit, Tomus primus, qui, ducto a Creatione initio, in anno Hegirae primo desinit. Subjungitur Prophetarum, Patriarcharum et Regum, quorum mentio ibi sit, catalogus Primus Prophetarum, qui moyses est, natus dicitur in diebus pharaonis, anno Mundi termillesimo sexcentesimo sexagesimo secundo. [Hunt. 188.]

DCCLXXIV.

Codex bombycinus, foliis, quorum non pauca recens suppleta, 150 constans. Ibi exhibetur Historia josephi, cognomento justus, Filii jacobi Patriarchae,

codiceS manuscripti arabici: 171

triarchae, septemdecim sessionibus seu concionibus comprehensa, quae hoc praenotatur titulo: Flores folliculo tecti Multae ibi fabulae, narrationes, apologi. Inseruntur passim et carmina elegantissima. Conscripsit omar ibn ibrahim ALAvAsI. [Marsh. 110.]

DCCLXXV.

Codex bombycinus, luculente, non commemorato anno, exaratus, folia 274 complens. Opus complectitur historicum, sublimi ac tumido stilo conscriptum, quod hunc prae se fert titulum : Eloquentia Cossitica, allusione facta ad Proverbium: Eloquentior Cosso. Dissertur ibi de saLadInI virtutibus, expugnantisque ab illo Hierosolymis. Initium sit ab anno Hegirae quingentesimo octogesimo tertio ; sinis, in quingentesimo octogesimo nono, qui Suit Regis istius ultimus. Auctor est emadeddin mohammed ben mohammed aLcarshi alesfahanI. [Laud. B. 86.]

DCCLXXVI.

Codex bombycinus, anni destitutus nota, cui folia 132. In eo occurrit Pars prima Libri, agentis de mohammedis Pseudoprophetae nativitate, genealogia, virtutibus, itineribus, revelationibus, victoriis, Sociis, morte. Initium ducitur ab Elephantium historia, quam Arabum idololatria excipit. Nullum de auctore verbum. [Marsh. 307.]

DCCLXXVII.

Codex bombycinus, rudi exscriptus manu, foliorum 92. Continet Opus, ubi nonnullorum Chalipharum Abbasidarum res gestae, virorumque doctrinae et fortitudinis laude insignium vitae enarrantur. Inscribitur: Liber relaxationem animi afferens Composuit gelaeddin alsoiuthi, qui anno Hegirae 911 obiisse fertur. [Marsh. 107.]

DCCLXXVIII.

Codex bombycinus, litera lectu facili exscriptus, cui folia 92. Ibi repraesentatur Compendium historicum, Aquarium Amoenum inscriptum, disserens de mohammede, ejus nativitate, praeliis, uxoribus, morte, de primis Chaliphis, de Chaliphis Omniadis, Abbasidis, Fatemidis, de Regibus Jobidis, de Sultanis Turcicis et Circassis, usque ad almalek aldhaher abu said giakmak, decimum Circassorum Imperatorem, qui regnum Aegypti anno Hegirae octingentesimo quadragesimo secundo obtinuit. Subjicitur historia quorundam Vezirorum; itemque Doctorum illustriorum, qui aetate cum Pseudopropheta conjuncti erant. Auctor est abulmehasen jusof ben tangri virdl. [Marsh,297.]

DCCLXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 666, christi 1267, exaratus, foliis 190 constans. Complectitur Chronici, quod Liber de Regibus et Gentibus inscribitur, Partem Secundam, in qua, ab anno Hegirae nonagesimo Sexto ad annum centesimum tricesimum Sextum, Chalipharum res gestae, Virorum item doctrinae et fortitudinis laude insignium vitae, referuntur : auctore gemaeddin abulfaragi abd alrahm an ben alI ben mohammed ben ali algiuzl, qui vivere anno Hegirae 597 desiit. [Pocock. 255.]

DCCLXXX.



172 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

DCCLXXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 966, cHRiSTI 1558, exaratus, foliorum 114. Eo continetur gelaleddini AbulfAdHI AbdAlrAHmAn AlsoiutHi Historia AEgypti et Cahirae, Jucunda Disputatio dicta, ubi de Alcorani locis, in quibus AEgypti sit mentio, de AEgypti finibus, primis ejus incolis, Regibus item ante et postdiluvianis, de pyramidibus, aliisque AEgypti miraculis, de illius a Mohammedanis expugnatione, de oratoriis, collegiis, oleribus, fructibus, de Sultanis usque ad almalek alashraf caietbai, qui regno potitus anno Hegirae octingentesimo septuagesimo secundo, Inseritur Nomenclator, Imbrium effusio inscriptus, in quo auctor mohammedis socios, qui AEgyptuni sunt ingressi, ordine alphabetico recenset. [Marsh. 293.]

DCCLXXXI.

Codex bombycinus, initio atque scriptionis aera carens, folia 165 complens. Exhibet Operis historici Tomum nonum, in quo de rebus, ab othmano Chalipha tertio gestis, disseritur: auctore anonymo, qui sub calcem decimum promittit tomum. [Marsh. 394.]

DCCLXXXII.

Codex bombycinus, fine decurtatus, foliis 192 constans, ubi repraesentatur Operis Historici et Politici, cui Margaritae ordine consertae titulus, Pars quarta, complectens Chalipharum annales, res gestas ac dies, itemque eorum nomina, qui ipsis a secretis atque a cubiculis fuere. Subjiciuntur Concionum e suggestu recitarum, formulae. Auctor est ahmed ben mohammed ben abdrabbihi. [Hunt. 554.]

DCCLXXXIII.

Codex bombycinus, caractere exaratus Africano, cui folia 177. In eo habetur Compendium Operis, Promptuarium nuncupati, exhibens Praefectorum Hispaniae res gestas, necnon nomina Traditionariorum, Jurisconsultorum, Philologorum, virorumque qui generis claritate, et poetica facultate, excelluerunt. Salutatur auctor alhomaidi. Liber anno Hegirae 796 ad mohammed ben ans pertinuit. [Hunt. 464.]

DCCLXXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 627, christi 1229, exaratus, foliis 310 constans. Complectitur Historiae universalis, Camel dictae, Tomum octavum, qui ab anno Hegirae tercentesimo septuagesimo ad annum usque quadringentesimum quinquagesimum quintum decurrit. Hoc in volumine de Principum Buidarum rebus gestis, de virorum illustrium, qui sub illis floruerunt, actis et factis, de thogrulbeg Selgiucidae vita, disseritur. Auctor est ezzeddin Ali ben mohAmMed ben AbdAlkAriM [Pocock. 73.]

DCCLXXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1046, christi 1636, exaratus, quo comprehenditur Operis historici, duos in Tomos tributi, Tomus primus, differens,

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 173

rens, per 420 folia, capita xxxvi. de creatione, Prophetis, gentibus variis, de quatuor veterum Persiae Regum Dynastiis, de Regibus Graecorum, Israelitarum, Romanorum, de Regibus Aegypti et Chami posteris, de Regibus Iamanensibus, Hircanis, Giorhamidis, Gassaniis, Cendinis, de mohammede, ejusque sociis, de Chaliphis, de iis, qui in Africa regnarunt. Composuit abu mohammed musthafa ben alsaid alhasan ben alsaid senan ben alsaid Ahmed alhosaini alhashemi alcarshi, vulgo algianabi, qui anno Hegirae 999 fertur obiisse. [Pocock.176.]

DCCLXXXVI.

Codex chartaceus, foliis 460 constans, complectensque ejusdem Operis Tomum secundum, ubi de Dynastiis Sheriphitarum, Jobidarum, Mamlucorum, Thaheridarum, Soffaridarum, Gaznavidarum, Buidarum, Selgiucidarum, Khwarezmitarum, Atabecanorum, Ginguizchanorum, Timuridarum, Akkuiunlitarum, Ismaelitarum, Othomannidarum. Desinit in selim II. solimani Filio, qui anno Hegirae 953 natus. [Pocock. 177.]

DCCLXXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1039, christi 1629, exaratus, folia 250 complens. Ibi exhibetur Historia josephi, Filii jacobii Patriarchae, secundum Alcoranum et traditionum ductum, fabulis proinde inquinatissima, cui titulus: Odores e Moscho diffusi. Constat praefatione, sectionibus undeviginti, corollario. Composuit mosthafa ben mohammed ben MahMud ben rhedhIeddInAleppinus, e Hanaphitarum secta. [Hunt. 537.]

DCCLXXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 633, CHRISTI 1235, exaratus, foliorum 174. Complectitur rerum a salaheddin josef ben aiub ben sHadi gestarum historiam, eandem scilicet, quam a. schultens Latine vertit, ediditque 1732. Titulum hunc prae se fert: Incomparabilia Sultanica et Decora Josephica. Auctor est bohaddin, vulgo ben SHEDDAD, dignitate Aleppi Judex. [Marsh.515.]

DCCLXXXIX.

Codex chartaceus, nitide, sine anni mentione, exaratus, foliis 152 constans, quo continetur Compendii historici, quod georgius ibn abuliaser ibn abulmekarem ibn Abulthaieb, Vulgo ibn alamid dictus, composuit, Pars prima, agens de creatione et tempore, de Patriarchis, de septem climatibus, de triginta orbis miraculis, de Prophetis, de Regibus Hebraeorum, de Imperatoribus Romanorum. Desinit in anno Hegirae primo, quem auctor Imperatoris Heraclii undecimum existimat. [Thurst. 3985, 18.]

DCCXC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1068, CHRISTI 1657, exscriptus, folia 202 implens. Exhibet Historiae ibn khAlekan, in qua virorum doctrinae et fortitudinis bellicae laude conspicuorum vitae enarrantur, Tomum secundum, cujus initium abubekr mohammed, Regis

#### 174 CODICES MAN USCRIPTI ARABICI.

gis saLadINi Frater, finem, abu amru jusof, Poeta gravis et ingeniosus, facit, [Hunt. 509.]

#### DCCXCI.

Codex bombycinus, tineis mancipatus, foliis 230 constans. In eo occurrit Historiae Meccanae, duos in Tomos distinctae, Tomus primus, differens per partes duas de Meccae primordiis, de Delubro Caaba, de peregrinatione Meccana, de elephantium miraculo, de puteo, quem angelus gabriel in gratiam AgAr matris ismaelis fodisse fingitur, de insignioribus Meccae oratoriis, de montibus et vallibus oppido vicinis. Auctor est abulvalid mohammed ibn amru algAsAnI AlAzrAkI. [Marsh.391.]

#### DCCXCII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 401, christi ioio, exaratus, folia 125 complens. Exhibet Librum, complectentem historiam Regum Iamanensium, Persarum, Romanorum, Graecorum, Arabum, Turcarum, Chaldaeorum, Syrorum, Musulensium, Aethiopum, Sinensium, aliorumque, addita geographica regionum descriptione. Primam constituit operis partem, nam in calce legitur: sequetur in parte secunda Regum Graecorum historia, ac genealogia. Auctoris nomen non comparet. [Marsh. 24 3-]

#### DCCXCIII.

Codex bombycinus, capite et calce truncus, foliorum 35. Eo continetur Opus, exhibens virorum, qui in Arte medendi magnum sunt nomen consecuti, encomia, scripta, fata, hoc titulo: Fragmentum Historiae Medicorum. Auctor salutatur ALMERGIANI. [Marsh. 153.]

#### DCCXCIV.

Codex bombycinus, autographus, anno Hegirae 600, Christi 1203, Cairi exaratus, cui folia 65. Ibi reperitur Liber bipartitus, et ita inscriptus: cumentum et Exemplum de Rebus visu perceptis, et accidentibus eorum spectatis, in terra Aegypti. Prima pars, Sex constans sectionibus, agit de Aegypti situ, sinibus, ingenio, de plantis et animalibus Aegypti propriis, de antiquis ejus monumens, aedificiis, navibus, variis ciborum generibus. In secunda parte, per sectiones tres, sermo sit de Nili natura, de horribili fame, quae annis Hegirae 597 et 598 contigit. Auctor est AbdAllAtHif ben jusof ben MoHammed AlbagdAdi. [Pocock, 230.]

#### DCCXCV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 994, christi 1585, exaratus, foliis 122 constans. In eo habetur redactae in Mohammedanorum potestatem Syriae, et expugnatae Damasci, historia, hoc praedita titulo: Tomus primus Victuarum Syriae. Multa ibi de Arabum rebus praeclare et fortiter adversus Graecos gestis. Composuit abu abdalla mohammed ben omar AlvAkedI. [Marsh. 558.]

#### DCCXCVI.

Codex bombycinus, anni carens nota, 110 folia implens. Compendium continet historicum, ex jacuto alhamavi, ex ben khalekan, ex Libro almasudi, Prata aurea dicto, collectum, atque Excerpta historica' inscriptum, cujus

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 175

cujus auctor almergiani. Multa occurrunt ibi, et ad morum doctrinam, et ad recreandum animum, pertinentia. [Marsh. 332.]

### DCCXCVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 999, christi 1590, exaratus, foliis 200 constans. Ibi repraesentatur Opus quadripertitum, Rerum Spectandarum Hortus inscriptum, cujus pars prima de Mundi agit creatione; secunda, de iis, quae ab adam lapsu ad mohammedem usque contigerunt; tertia, de rebus, quae ab anno Hegirae primo ad annum octingentesimum sextum gestae sunt; quarta, de prodigiis sub mundi finem eventuris. Composuit ibn alshoHna alHalabi b. [Laud. B. II6.]

### DCCXCVIII.

Codex bombycinus, tineis mancipatus, folia 190 efficiens. Complectitur Librum in quo virorum doctrinae et fortitudinis laude insignium vitae referuntur, auctore ibn KHalekan. Titulum hunc prae se fert: Pars secunda obituum Virorum illustrium. Initium sit ab ABUBEKR ASEM, qui UnUS ex septem lectoribus Alcorani fuit. [Marsh. 266.]

### DCCXCIX.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1065, christi 1654, exaratus, foliis 264 constans. Eo continetur Operis, cui Sponsae seu Res praestantissimae titulus, Pars prima, disserens de creatione terrae, coelorum, solis et lunae, de adam, eblis, cain, abel, edris, harut, marut, Noe, hud, saleh, abrahamo, ismaele, isaaco, Nimrodo, sara, agare, loto, josepho, mose, aaroNe, caruNe. Conscripsit abu isaac ahmed ben mohammed ben ibrahim alth a alfb, qui anno Hegirae 427 mortuus. [Maresc. 40.]

### DCCC.

Codex bombycinus, nitidis exscriptis literis, foliorum 133. Ibi exhibetur rerum ab almalek alashraf abulnasr caietbai, Circassorum Imperatore xvii. qui anno Hegirae 872 regno potitus, gestarum historia, quam gelaledin ben abibekr alsoiuthi composuit, absolvitque anno Hegirae 877. [Marsh. 220.]

### DCCC1.

Codex bombycinus, ruinosus et initio mutilus, foliis 194 constans. Exhibet Opus, Liber Sponsarum dictum, ubi, praemissa Creationis historia, Prophetarum res gestae ab adamo ad samsonem usque, quem s. georgius praecedat, referuntur: auctore abu isaac ahmed ben mohammed alThAALebi. [Marsh 37.]

### DCCCII,

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 224 efficiens. Complectitur Librum, in quo Virorum Musis et Marte celebrium describuntur vitae, auctore ben khALekAn. Titulus est: Pars quarta Obituum Virorum illustrium. Incipit ab abulnasr ben mansur. [Marsh 567.]

### DCCCIII.

Codex bombycinus, usu detritus, folia 355 complens. Ibi exhibetur Operis

## 176 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

peris historici, Consecutio Spei dicti, quod Compendii, a shemseddin aldhahabi compositi, ac Dynastice Islamiticae inscripti, appendix seu continuatio est, Pars prima, ubi servato temporum ordine de iis, quae ab anno Hegirae septingentesimo quadragésimo quarto ad octingentesimum quadragésimum contigerunt. Auctor est alcadhi Abdalbasith<sup>b</sup>, ChrOnOIogUS. [Hunt. 285.]

### DCCCIV.

Codex bombycinus, tineosus, ruinosus, cui folia 204. In eo occurrit Historiae, Gentium Experientiae et Rerum Exitus inscriptae, Pars octava, complectens quindecim annorum intervallum, ducto initio ab anno Hegirae trecentésimo quadragésimo quinto. Illius auctor abu ali ahmed ben mohammkd ben maikuiah. Sub finem nonnulla desiderantur. [Marsh. 357.]

### DCCCIV.

Codex bombycinus, litera nitida, non consignato anno, exaratus, foliis 182 constans. Eo comprehenditur Poetarum doctrina et prosapia illustrium Historia, cui adjuncta sunt complura scriptorum ab iis editorum fragmenta. Abit in partes quatuor; et titulum hunc prae se fert: Margarita unica et incomparabilis Virorum illius cevi praestantissimorum. Pars prima, quam hicce exhibet codex, agit de Poetis, qui ex hamadani orti familia sunt, caeterisque, qui in Syria et Aegypto floruerunt. Auctor est abu mansur AbdAlMAlek ibn ismAel AlthAAlebi, qui anno Hegirae 350 natus, 427 denatus. [Seld. 3231, 19.]

### DCCCVI.

Codex bombycinus, folia 177 complens. Complectitur praecedentis Operis partem secundam, ubi de Poetis Iracae Babylonicae, Regibusque ex Dilemitarum Dynastia, qui Poeticam facultatem in primis excoluere. [Seld. 3229,17.]

### DCCCVII.

Codex bombycinus, folia 125 implens. Repraesentat ejusdem Operis partem tertiam, in qua nimirum vitae et encomia eorum referuntur Poetarum, qui in Media, Persia, Georgiana, Thabarestana, excellere [Seld.3230,18.]

### DCCCVIII.

Codex bombycinus, folia 181 efficiens. Exhibet antecedentis Historiae partem quartam, de iis differentem Poetis, qui in Chorasania et Transoxana regione magnum adepti nomen sunt [Seld.3228, 16,]

### DCCCIX.

Codex bombycinus, caractere Mauritanico anno Hegirae 1060, christi 1649, exaratus, in quo occurrunt:

10. Opus historicum, res gestas Regum Africae, Fessaeque annales, foliis 345 complectens. Inscribitur: Amicus jucundus in horto chartaceo,. Initium sit ab Edrisitarum dynastia. Composuit Ali ben mohAMMed ben Ali zara.

2°. Excerptiones, ad historiam Regum Hispaniae, Africae et Aegypti, pertinentes. Constat liber foliis 146. [Marsh. 582.]

### DCCCX.

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.177

DCCCX.

Codex chartaceus, folia 318 efficiens. Complectitur Uniones ferie junctos, hoc est, Librum ita appellatum, in quo scilicet virorum doctrinae laude, generis claritate, fortitudinis gloria, insigniorum, qui Aleppi floruerunt, vitae ordine alphabetico referuntur: auctore redh1EDDIN ABI ABDALLA MOHAMMED BEN IBRAHIM BEN ALHANBALI <sup>b</sup>, Hanaphita. [Marsh. 346.]

DCCCXI.

Codex bombycinus, in initio et fine recens suppletus, foliis 194 constans. Ibi reperitur rerum, a iamin aldaulat ve amin almillat primo Gaznavidarum Imperatore, gestarum historia, hunc prae se titulum ferens: Chronicon lamanicum. Composuit abu nasr mohammed BEN ABDALLA BEN amru BEN moavia BEN OTBA BEN ABI SOFIAN ALCARSHIS vulgo alotbi. [Marsh. 250.]

DCCCXII.

Codex chartaceus, folia 380 complens. Exhibet Operis historici, Consecutio Spei' nuncupati, quod Compendii, a SHEMSEDDIN ALDHAHABI Conscripti, ac Dynastiae Islamiticae inscripti, appendix seu continuatio est, Pars secunda, quinquaginta quinque annorum res gestas comprehendens, initio ducto ab anno Hegirae octingentesimo quadragesimo primo. Illius auctor alcadhi abdalBASITH, Chronologus. [Hunt.610.]

DCCCXIII.

Codex bombycinus, principio carens, folia 232 complens. Eo continetur Historiae Aegypti et Cahirae, cui Jucunda Disputatio titulus, Pars prima. Disseritur ibi de Regibus Aegypti, qui post diluvium imperarunt, de pyramidibus, aliisque Aegypti miraculis, de Prophetis et mohammedIs fociis, qui Aegyptum ingressi sunt, de modo, quo eam Mohammedani in potestatem suam redegerunt. Auctor est gelaleddin ALsoiuthi <sup>b</sup>. [Pocock. 159.]

DCCCXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1071, christi 1660, exaratus, quo continentur:

1°. Liber, mohammedis Laudes inscriptus. Ibi de Pseudoprophetae eximiis tam animi quam corporis dotibus, de ejus miraculis, uxoribus, victoriis, peregrinatione, de quatuor primis Chaliphis, per 32 folia disseritur. Auctoris nomen non comparet.

2°. Compendium, Animalium Vita nuncupatum, hoc est, mohammed ben abdalcader aldemiri de animalium et avium nominibus, proprietatibus, et utilitate, quae ex iis percipi potest, tractatus, 450 folia complens. [Hunt.282.]

DCCCXV.

Codex bombycinus, fine mutilus, foliorum 131, quo comprehenditur Operis historici et geographici, cui Prata Aurea titulus, Pars secunda, agens de Nilo, de pharaone tyranno, de omar ben abdalaziz et Imam shafei virtutibus, de isa filio mariae. de quatuor primis Chaliphis. Habet et narratiunculas varias, ad delectandum animum compositas. Salutatur auctor almasudi. [Hunt. 168.]

DCCCXVI.

178 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

DCCCXVI.

Codex bombycinus, initii expers, foliis 82 constans. Complectitur Librum, Proborum et Justorum virtutes inscriptum, cujus auctor abu AbdALLA ALhosAIn ben nasr ben mohamMed aLmuseLI. Ibi virorum, qui pietatis et sanctitatis laude apud Mohammedanos floruerunt, vitae enarrantur. [Marsh.163.]

DCCCXVII.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, quo comprehenduntur:

1°. Anonymi de Antistitis abu hanifae ALnoomAni vita, virtutibus et doctrina, tractatus, capita quadraginta, folia 65, complectens, atque titulum hunc prae se ferens: Res optima et pulcherrima. Exaratus anno Hegirae 982, christi 1574.

2°. Duplex libellus, prior trium foliorum tempestates cujusque anni ex illa hebdomadis feria, in quam primus Moharrami dies incidit, praedicit; posterior totidem foliorum, cujus keidani est auctor, praecipua religionis capita capitibus octo exhibet.

3°. Triplex Poema, primum Antistitis alshafei fidem continet; in altero omm othman amicorum suorum plangit discessum; tertium mohammedis excellentiam canit.

4°. Liber de Parentibus et Prosapia Pseudoprophetae, novem folia efficiens. Nullum de auctore verbum.

50. Tractatus de mohammedis uxoribus, Persioa lingua conscriptus, cui folia sex. Agmen chadigia ducit.

6°. Carmen in laudem Pseudoprophetae, Borda sive Vestis elegans dictum. Sequitur aliud ejusdem argumenti.

70. Liber Turcicus, Fotovvat dictus, cujus auctor mohammed ben said alaeddin alhosaini s. Ibi per folia viginti disseritur de observantia mandatorum divinatorum, de veneratione Legati Dei, de conversatione cum probis et fidelibus,

8°. Opus Turcicum ita inscriptum: Fundamenta momentosa de Cognitione Antistitum. Multae ibi quaestiones et responsiones. Habet folia 40. [Thurst. 3972,5-]

DCCCXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 993, christi 1584, exaratus, foliis 146 constans. Ibi reperitur Opus, Flores verni temporis inscriptum, quod composuit ahmed ben mostafa tash kuprI zadeh, qui anno Hegirae 968 mortuus Agitur eo in libro de viris doctrinae laude insignibus, qui nimirum sub Othomannorum imperio floruerunt. Initium sumitur ab anno Hegirae sexcentesimo nonagesimo nono, quo othman algazi coepit imperare; sinis sit in nongentesimo sexagesimo quinto. [Marsh. 562.]

DCCCXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 991, christi 1583, exscriptus, complectens foliis 170 Librum, Margaritarum Series de Dynastia Turcarum dictum, agentem de AEgypti Sultanis, qui a Turcis prognati Sunt, virisque doctrina claris, qui sub illorum imperio floruerunt. Composuit bedreddin alhasan ben habib alhalabi<sup>1</sup>, qui, ducto initio a primo Mamlucorum Turcicorum Rege, definit in anno septingentesimo septuagesimo octavo. [Marsh. 591-]

DCCCXX.

DCCCXX.

Codex chartaceus, imperita scriptus manu, foliis 286 constans. Complectitur Hierosolymorum et Hebronis historiam, quae a mundi creatione ad annum usque Hegirae nongentesimum perducitur: auctore mogireddin alhanbali <sup>a</sup>. Libri titulus: Consortium Nobile<sup>b</sup>. [Marsh. 229.]

DCCCXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1047, christi 1637, exaratus, folia 130 complens. Continet Opus, Munus Amicis oblatum inscriptum, ubi per xvii. capita disseritur de Templi salomonis nominibus, praerogativis, aedificatione, moenibus, itemque de praestantia orationis, quae in eo peragitur; porro de nocturno Mohammedis itinere, de fonte Siloe, de Hierosolymis ab omaro expugnatis, de Prophetis et Sanctis, qui templum salomonis ingressi sunt, de ipelunca ubi abrahamus sepultus, de ismaele et ejus corpore post mortem Meccam translato, de loto et mose; denique de Syriae excellentia. Auctor est gelaeddin ALSoiuthi. [Hunt. 510.]

DCCCXXII.

Codex bombycinus, caractere exscriptus Persico, foliorum 606. Eo continetur Poetarum doctrina et prosapia illustrium historia, cui adjuncta sunt complura scriptorum ab ipsis editorum fragmenta. Dividitur in partes quatuor, atque hoc titulo praenotatur: Margarita unica et incomparabilis Virorum illius aevi praestantissimorum. Pars prima agit de Poetis qui ex hamadani familia orti sunt, caeterisque, qui in Syria et Aegypto floruerunt; secunda, de Poetis Iracensibus, Regibusque ex Dilemitarum Dynastia, qui faciendorum carminum artem et rationem in primis excoluere; tertia, de Poetis, qui in Media, Persia, Georgiana, Thabarestana, excelluere; quarta, de Poetis, qui in Chorasania et Transoxana regione magnum sibi nomen confecerunt. Composuit abu mansur abdalmalek ben ismael althaalebi'. [Marsh. 99.]

DCCCXXIII.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 120 implens. Ibi occurrit Historia templi salomonis, ex Alcorano, et traditionum libris conflata, atque in plures sectiones divisa, quarum prima de templi illius origine et aedificatione, ultima de Syriae praestantia, agit. Liber hunc prae se fert titulum: Munus Amicis oblatum de Excellentissimis Templi remotissimi. Remotissimum dicitur, quia ex remotissimis quibusque regionibus ad Deum in illo templo praecipue colendum mortales confluunt. Auctor shehabeddin abulabbas ahmed ben ali almenhagi alsoiuthi<sup>b</sup>, Shapheita. [Laud, B. 106.]

DCCCXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1035, christi 1625, exaratus, foliis 205 constans. Opus exhibet historicum, grandiore cothurno conscriptum, quod hoc praenotatur titulo: Eloquentia Cossitica allusione facta ad Proverbium: Eloquentior Cosso. Disseritur ibi de saladini virtutibus, expugnatisque ab illo Hierosolymis. Composuit emadeddin mohammed ben Mohammed alCarshi AlesfAhAnI. [Marsh 218.]

DCCCXXV.



180 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

DCCCXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 929, CHRISTI 1522, exaratus, foliorum 247, quo comprehenditur Historiae virorum, tam doctrina quam fortitudinis laude insignium, Pars prima, cujus auctor ibn KHALEKAN. Operis titulus: Obitus virorum illustrium. [Laud. A. 104.]

DCCCXXVI.

Codex bombycinus, literis Mauritanicis exaratus, foliis 107 constans. Continet Librum ita inscriptum: Historia Mundi et Annales Meccae, ubi potissimum de templo Caaba, caeterisque ad locum illum, quem Mohammedani sacrum appellant, pertinentibus disseritur: auctore abulvalid mohammed ben ABDALLA ALAZRAKI c. [Marsh. 605.]

DCCCXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 957, christi 1550, exscriptus, cui folia 175. In eo habetur Liber, Victoriae Diarbekr inscriptus, hoc est: redactae in Mohammedanorum potestatem Mesopotamiae historia, ubi multa de Arabum rebus praeclare et fortiter adversus Persas gestis. Auctor vocatur ALvAKEDI. [Pocock. 55.]

DCCCXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 524, christi 1129, exaratus, foliis 250 constans. Complectitur Librum historicum, Desideriorum Vexillum inscriptum, quo Antistitis abi ABDALLA MoHAMMED BEN EDRIS ALSHAFEI, qui anno Hegirae 150 natus, denatus 204, vita, virtutes, atque utroque in Jure placita, referuntur: auctore abubekr ahmeb ben aLhosain aLbAihaki f. [Marsh, 2314]

DCCCXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1019, christi 1610, exaratus, foliorum 102. Eo continetur Historia Judaica, Liber Maccabaerum dicta, cujus auctor joseph ben gorion Sacerdos, qui ea ibi enarrat, quae a Regibus Judaeorum gesta sunt, quaeque illorum temporibus contigerunt, idque ab extructione templi secundi ad ejusdem destructionem. [Maresc. 139.]

DCCCXXX.

Codex bombycinus, litera Mauritanica exaratus, foliis 78 constans. Complectitur rerum a Regibus urbis Fessanae gestarum historiam, titulo Hortus chartaceus. Incipit ab Edrisitarum Dynastia. Sub finem desiderantur nonnulla. Auctor est abulhasan ALi ben zerih'. [Marsh 47.]

DCCCXXXI.

Codex bombycinus, capite et calce truncus, folia 65 efficiens. Exhibet Librum, ubi disseritur de Antistite abu hanipha, ejus vita et virtutibus, de mulieribus quibusdam sanctitatis laude conspicuis, de peregrinatione Meccana, de viris, qui vitae sanctimonia eminuerunt. Inserta passim sunt carmina, in eorum laudem conscripta. [Hunt. 512.]

DCCCXXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1042, christi 1632, exaratus, foliorum 125. Eo continetur Pratum amoenum,

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 181

num, hoc est, Praefectorum Aegypti et Cahirae historia, quae tribus constat partibus. Pars prima agit de Aegypti praerogativis, et cur Misr appelletur; secunda, de iis, qui ante diluvium, et in Paganismo usque ad Islamismum, Aegyptio praefuerunt, deinde de ejusdem Chaliphis, Praefectis, Regibus, Gubernatoribus, ad annum Hegirae millesimum tricesimum quintum; tertia, de Nilo et pyramidibus. Auctor est MohamMed ben abilsorur alsadiki <sup>b</sup>. [Pocock. 8o.]

DCCCXXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 905, christi 1499, exscriptus, quo comprehenduntur:

1°. Pars secunda Historiae Prophetarum, foliis 98 constans, ubi de Josepho, Jacobo, Jobo, Jerone, Mose, Arone, Salomone, Davide, Thalut, Gialut, Balkis, Maria, Jesu, denique de Apostolis. Auctoris nomen non comparet.

2°. Tractatus de rebus ad MohamMedem pertinentibus, folia 18 complens. Hujus auctor Abu Hasem MohamMed ben Mohammed ben Dhafar<sup>4</sup>, [Marsh. 461.]

DCCCXXXIV.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 122 implens. Librum exhibet, hoc praenotatum titulo: Hijioria optimorum exemplorum plena. Dissertitur ibi de Chalipharum Abbasidarum temporibus, dictis, factis, virtutibus, moribus suavissimis; imprimis de Harun Alrashid, iisque rebus, quae ipsi cum Barmacidis acciderunt. Auctoris omissum nomen. [Marsh. 348.]

DCCCXXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 776, christi 1374, exaratus, foliis 65 constans. Ibi repraesentatur Vezirorum nonnullorum Aegyptiorum, qui virtute, doctrina et prudentia, magnam nominis consecuti famam sunt, historia, hoc insignis titulo: Elegantiarum Chronicarum Collectio. Illius auctor Omara ben Abi Lhasan Aliamani. [Marsh. 72.]

DCCCXXXVI.

Codex bombycinus, luculente, non annotato anno, exscriptus, foliorum 58. Complectitur Historiam Aleppi, ex kemaLeddin Abihafs Omar ben Ahmed Libro, Flos lactis de Aleppi historia dicto, excerptam, quae titulum hunc praese fert: Hyacinthi et Mel album In principio inquiritur, unde nomen Haleb urbi impositum: finis historiae terminatur in anno Hegirae 403. Auctor est Ismael Abulfeda; non Apameae Sultanus. [Marsh. 36.]

DCCCXXXVII.

Codex chartaceus, foliis 60 constans. Ibi repraesentatur Fabula, multa portentosa fortitudinis bellicae exempla exhibens. Titulum habet hunc: Regis Almahib, filiorumque ejus Kemal et Delal, historia <sup>k</sup>. Liber picturis est ornatus. [Marsh. 619.]

DCCCXXXVIII.

Codex chartaceus, folia 212 complens. Exhibet tribus voluminibus in unum compactis Th. Erpenii in Historiam Saracenicam notas. [Marsh. 160.]

182 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

HISTORICI IN OCTAVO.

DCCCXXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1038, christi 1628, ab alziadi exaratus, cui folia 294. Eo continetur Fulgur Iamanicum, hoc est, Regni Iaman, quod Arabia felix est, in Turcarum potestatem redacti historia, tribus partibus et corollario constans. Pars prima agit de Regibus Iaman, initio ducto ab ineunte decimo Hegirae seculo; secunda, de victoriis a Turcarum exercitu reportatis; tertia, de secundo bello adversus Iaman ab Othomanis suscepto: in corollario sermo sit de expugnata ductu sinan Bassae urbe Tunetana. Auctor est cothbeddin alhanafi alMEKKi, qui diem supremum anno Hegirae 988 obiit. [Pocock.44.]

DCCCXL.

Codex bombycinus, imperita scriptus manu, foliis 250 constans, quo comprehenditur Operis, ubi de viris doctrina et fortitudinis laude insignibus ordine alphabetico disseritur, Pars prima, quae desinit in decima septima Alphabeti litera. Libri titulus: Obitus Virorum illustrium. Composuit ahmed IBN IBRAHIM BEN ABIBEKR IBN KHALEKAN c. [Marsh 488.]

DCCCXLI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 600, christi 1203, exaratus, foliis 217 constans. Complectitur Libri, Primordium Mundi et Prophetarum Historia inscripti, Tomum primum, differentem de Coeli et Terrae creatione, de ADAMO, EVA, ABELE, CAINO, EDRI, HARUT, MARUT, AAD, HUD, THEMUD, SALEH, NIMROD, DHULCARNAIN, ABRAHAMO, ISAACO, LOTO. Salutatur auctor ABU HODHAIFA BEN BASHAR ALCARshi e. [Hunt. 388.]

DCCCXLII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 854, christi 1450, exaratus, foliorum 214. Continet Operis, in quo de viris doctrinae et fortitudinis laude insignibus sit sermo, Pars tertia, incipiens a Se, vicesima Alphabeti litera. Auctor est SHEMSEDDIN BEN KHALEKAN. [Marsh. 349-]

DCCCXLIII.

Codex bombycinus, imperita exscriptus manu, folia 220 complens. Ibi reperitur Operis, quod Historiae, ab abu ABDALLA ALDHAHABI sub Islamitarum Dynastiarum titulo evulgatae, appendix seu continuatio est, Tomus prior, quae, ducto initio ab anno Hegirae septingentesimo quadragésimo quinto, in octingentesimo sexagesimo desinit. Contexuit SHEMSEDDIN ALSAKHAVI. [Marsh. 508.]

DCCCXLIV.

Codex bombycinus, luculente, non consignato anno, exaratus, cui folia 400. In eo occurrit Operis, ordine alphabetico dispositi, quod Vitae et Obitus Virorum illustrium inscribitur, Pars prima. Auctor est ahmed ben ibrahiim ben abibekr ibn khalekan, [Hunt.498.]

DCCCXLV.

DCCCXLV.

Codex bombycinus, polite exaratus, foliis 276 constans. Complectitur Librum Regum, hoc est, veterum Persiae Regum historiam, quam abulcaSEM MANSUR BEN ALHASAN ALFERDUSI althusi primum Persica lingua metricè composuit, dein alfatah ben ali BEN ALFATAH ALBONDARI ALESFAHANI soluta oratione Arabice convertit. Incipit a caiumarath, qui idem cum adamo est: terminatur in rustemi morte. [Pocock. 179.]

DCCCXLVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1004, christi 1595, exaratus, quo continentur:

1°. Historia virorum doctrina praestantium, qui sub Othomannidarum imperio floruerunt, composita ab aiimed ben mostafa tashKupri zadeh, inscriptaque: Flores verni temporis. Habet folia 185;

2°. Narratiunculæ, Turcice scriptæ, de josepho jacobi filio, de Sultano mahmud, de alexandro Rege, aliisque. Constat libellus 15 foliis.

3°. Liber, Sapientia divina inscriptus, sive Dialogus Theologicus, 16 folia complens. [Laud. B. 73.]

DCCCXLVII.

Codex bombycinus, Damasci anno Hegirae 776, christi 1374, exscriptus, complectens foliis 210 Operis, quo de viris tam doctrina quam fortitudinis laude insignibus disseritur, Partem ultimam: auctore ahmed ben ibrahim ben KhaleKan. [marsh. i 8. ]

DCCCXLVIII.

Codex bombycinus, fine mutilus, foliorum 220. Ibi repraesentatur Pratum floridum, Compendium videlicet Historiæ generalis, disserens de adamo, et reliquis Prophetis, de mohamMede, ejusque primis successoribus, de Chaliphis, Sultanis, Veziris, Judicibus, Jurisconsultis, Philologis, Medicis, Astronomis, Philosophis, de praeliis, victoriis eclipsibus solis, de pestilentia, terræ motibus, annonæ caritate et vilitate, multisque mirandis. Desinit in anno Hegirae septingentesimo octavo. Vocatur auctor emadeddin abu hamed mohammed ben mohammed ben hamed AlesfAhanI f. Hunt. 172.]

DCCCXLIX.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 236 efficiens. Complectitur rerum, ab Almalf.K aldhaheer aeusaid barcoK, primo Circassorum Mamlucorum Imperatore, gestarum historiam, quæ hunc prae se fert titulum : Margarita lucida,. Conscripsit mohammed ben mohammed ben S as ari. [Laud.

B. 56.]

DCCCL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1021, CHRisTi 1613, exaratus, quo continentur:

1°. Historia Sociorum Pseudoprophetae, ad pietatem religionemque relata, quæ ezeddiN abdalselam benganem almoCaddesi Composuit, appellavitque : Liber de detegendis mysteriis, virtutibusque Sanctorum, ac praeclaris dotibus Optimorum. Constat foliis 24.

2°. Ejus-

## 184 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

2°. Ejusdem Liber, ita inscriptus: Explicatio Secretorum, quae sunt in Effatis avium et florum. Ibi aves et flores inter se colloqui ac philosophari finguntur. Habet folia 25.

3°. Anonymi Poema in laudem Optimi mortalium, hoc est, mohammedis, 14 folia efficiens. Inscribitur Hamzia, quia singuli ejus versus in Hamza signatam literam exeunt.

4°. Carmen morale, 60 folia efficiens, et hunc titulum prae se serens: Clamans et Submissa voce utens. Fecit mohammed ben mohammed ben alhabbaria alabbasI. [Hunt. 392.]

### DCCCLI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1065, chrIstI 1654, exaratus, foliis 100 constans. Ibi repraesentatur rerum, ab iis, qui AEGypto praefuerunt, gestarum historia, inscripta: Gemmae annalium pretiosae sive diffusi Florum odores. Praefatio AEGypti praestantiam enarrat; deinde per decem capita disseritur de primis mohammedis successoribus, de Chaliphis Omniadis, Abbasidis, Phatemidis, de Regibus Jobidis, de Mamlucis Turcicis, de Mamlucis Circassis, de Imperatoribus Othomannis: adjecto corollario, praecepta politica continente. Auctor est mohammed ben abdalthoani almanuni ALisHAKi, Shapheita, qui, ducto initio ab abobecro Chalipha, desinit in anno Hegirae 1031, quo tempore ibrahim Bassa Armiger AEGyptum rexit. [Marsh.469.]

### DCCCLII.

Codex bombycinus, luculente, non commemorato anno, exaratus, folia 180 complens. Complectitur Medinae historiam, titulo Auxilii Certitudo, de hujusce oppidi praerogativis, variis appellationibus, oratoriis, vallibus, montibus, de mohammedis sepulcro, templo et peregrinatione, quae illius visendi causa suscipitur, de viris illustribus, qui urbem illam incolere. Subjicitur Carmen, ab abu mohammed abdalla ben omar ben musa aliaskari in illius laudem compositum. Salutatur auctor zineddin abubekr ben alhosain ben mohammed ben iunos alcarshi [Marsh 527.]

### DCCCLIII.

Codex bombycinus, imperita scriptus manu, quo comprehenduntur:

1\*. Continuationis historiae, cui Dynastiae Islamiticae, titulus, Pars secunda, ab anno Hegirae octingentesimo sexagesimo tertio ad octingentesimum nonagesimum octavum per 209 folia decurrens. Illius auctor shemseddin abu abdalla mohammed ben abdalrahman ben mohammed alsakhavi, Shapheita. Initium libri desideratur.

2". mogireddin abuliaman abdalrahman ben mohammed aloMri alolaiMi alhanbali Hierosolymitani ad historiam suam, ab adamo ad caietbai Sultanum usque deductam, appendix, 12 foliis constans.

3°. Variarum Dynastiarum, invalescente Mohammedica religione ortarum, conspectus, 4 folia efficiens. [Marsh. 611.]

### DCCCLIV.

Codex bombycinus, litera Africana exaratus, ubi continentur:

1°. Liber

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 185

10. Liber de s. abulabbas ahmed ben giaafar alsabti virtutibus, 26 folia complens. Auctoris nomen abest.

2°. Tamim aldari, Pseudoprophetae in fuga socii, vita, foliis 15 constans. Sequitur fabula de urbe aenea.

3°. Tractatus de nocte ascensus, qua scilicet mohammed per coeli contignationes ad Deum evectus fingitur, 56 folia efficiens.

4°. Excerptiones, ad nomina Dei, ad Pseudoprophetae, ad preces, pertinentes. [Marsh. 518.]

DCCCLV.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 260 efficiens. Complectitur Opus, ex variis auctoribus, praesertim ex alsakhavi Libro, Lumina Splendida dicto, collectum, inscriptumque: Pars secunda Promptuarii. Agitur ibi de virorum, qui seculo nono in AEGypto, Syria, et alibi, doctrinae fama floruerunt, vitis. Auctor est omar ben ahmed ben ali Alhalabi, Shapheita. [Marsta 645.]

DCCCLVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 871, christi 1466, exaratus, quo continentur:

1°. mohaMMed ben mohaMmed ben ali ben aLhosaln ben aLI ben Ibrahim ben aLi ben obaidaLLa ben aLhosain ben aLi ben aLhosain ben aLi ben abi thaLeb Cognationum mare, sive de Doctorum, qui genus suum ad abu thaLeb Patrem aLi referunt, genealogiis tractatus, 142 foliis constans.

2°. AbU NASR SAHAL BEN ABDALLA ben davud albokhari ejusdem argumenti libellus, 24 folia efficiens. [Hunt. 5°o.]

DCCCLVII.

Codex bombycinus, capite et caele decurtatus, foliis 204 constans. Ibi repraesentatur rerum a quinque Chaliphis, nempe alhasan ben ali, moavia ben ABI SOFIAN, IAZID BEN MOAVIA, moAVIA BEN IAZID, ABDALLA BEN ZOBAIR, gestarum historia. Auctor ignoratur. [Hunt. 495.]

DCCCLVIII.

Codex bombycinus, anni destitutus nota, foliorum 145. Continet Librum, Insignes Tituli inscriptum, in quo nimirum virorum nonnullorum, Doctorum et discipulorum, nomina, stemmata, patriae, nativitates, obitus, referuntur, idque ordine alphabetico: auctore IBRAHIM BEN OMAR BEN HASAN ALRABBATH BEN ALI BEN ABIBEKR ALBECAI, Shapheita. [Marsh. 573.]

DCCCLIX.

Codex bombycinus, eleganter, non annotato anno, exaratus, foliis 120 constans. Eo continetur Vestis auro intexta acu picta, hoc est, Liber de Habassinorum encomiis, anno Hegirae 991, cHRISTI 1583, conscriptus, cui praefatio, quatuor capita, corollarium: quibus disseritur de Aethiopum origine, praestantia, nigro colore, de Rege Aethiopum ALNAGIASHi, hujusque nominis

## 186 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

nis ratione, de mohammedis asseclis, qui, ut Meccanorum furorem evaderent, in Aethiopia ad Regem istum transfugerunt, de muneribus quibusdam, Legato Dei a Rege missis, de incomparabili Aethiopissarum venustate, de lineis in facie, quas Aethiopes sibi inducunt. Composuit abulmaali alaeddln mohammed ben abdalbaki albokharz almekki a. [Laud. L. 74.]

### DCCCLX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 974, christi 1566, exaratus, folia 66 complens. Complectitur Librum, Excerpta ex iacut alhamavi Historia inscriptum, ubi de ahmed ben thulun rebus gestis, de nonnullis Chaliphis et Regibus, de quibusdam Astrologis, Philosophis, Medicis. Auctor est abdalcaAder ben ahMed ben ali ben IsA AlcaArI. Praemittitur anonymi de Matrimonio recens scriptum carmen. [Marsh. 584.]

### DCCCLXI.

Codex bombycinus, 50 foliis constans, quo continetur virorum, qui in Aegypto et Syria doctrinae laude excelluerunt, historia, ordine alphabetico disposita, cujus auctor Abu AbdAlla MohAMMed ben Ali ben AlhAsAn AlMAleki. Liber hunc prae se fert titulum : Desideriorum Meta. [Hunt. 3772,35.]

### DCCCLXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 773, christi 1371, exaratus, complectens foliis 140 Stellam Fulgentem, hoc est, Tractatum de MoHAMMEDis nativitate, nominibus, animi virtutibus corporis dotibus, in coelum raptu, miraculis, obitu, sepulcro. Nullum de auctore verbum. [Seld. 3225. 13.]

### DCCCLXIII.

Codex chartaceus, foeda scriptus manu, quo comprehenduntur:

i°. Compendium historicum, ab aDAMo per 33 folia ad mohammedem usque deductum, auctore anonymo.

2°. gemaleddini AlmArdini de Quadrantis Astronomici usu et constructione epitome, 20 folia efficiens.

3°. Tractatus anonymi de dierum incremento et decremento, de mansionibus Lunae, de Planetis, 5 2 folia complens.

4°. Fragmentum de s. AnbAbulae cum Diabolo disputatione, 19 folia habens.

5°. Excerptiones ad Geomantiam, ad fortilegia, ad tempestatum praedictiones, pertinentes. [Grav. 3813,41.]

### DCCCLXIV.

Codex bombycinus, luculente, absque anni mentione, exscriptus, foliis 116 constans. Complectitur rerum, a mohammede et Chaliphis gestarum historiam, titulo, Brevis Conspectus Excellentium Principum. Desinit in adhed lidinilla, ultimo Fatemidarum in Aegypto Chalipha. Auctor est abulhosAin ben AbdAlAziz Alruhi. Sub finem legis: Historicus quidam memoriae prodidit, magnetem, allio si perfricetur, virtutem suam amittere; contra, Si sanguine hirci perfricetur, recuperare. [Marsh. 46.]

### DCCCLXV.

CODICES MAN USCRIPTI ARABICI. 187

DCCCLXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 886, christi 1481, exaratus, foliorum 140. Eo comprehenditur Prophetarum, mohammedis, Chalipharum, Regum et Principum, a creatione ad annum usque Hegirae quadringentesimum undecimum, quo tempore hakem Chalipha regnabat in AEGypto, perducta historia. Auctor ejus est: alcodhai <sup>a</sup>. [Pocock. 270.]

DCCCLXVI.

Codex chartaceus, nitidis exaratus literis, quo continentur:

1°. Historia Aleppi, ex ibn alshohNA; aliisque collecta, et in capita septemdecim distincta, ubi de hujusce oppidi praestantia, incunabulis, appellatione, expugnatione sub omaro, moenibus, castellis, palatiis, templis, balneis, canalibus, collegiis, per 53 folia disseritur: auctore ahmed efendi ibn alMeLa.

2°. Ejusdem Commentarius in Carmen quoddam de mohammede, quatuor foliis constans. Carmen illud, cujus pars duntaxat hic comparet, appellatur Almogni sive Sufficiens.

3°. zlneddini ben ahmed ben aLi aLhaLabi Prosodia sive Ars metrica, variis carminum formis illustrata, 46 folia complens. [Laud. A. 84.]

DCCCLXVII.

Codex bombycinus, capite et calce truncus, foliis 130 constans. Ibi repraesentatur Liber xLii. capitum, cui titulus, Epitome de Virorum constantia praedictorum rebus gestis. Sunt autem viri illi adam, seth, noe, hud, saleh, abraham, lot, isMael, jethro, joseph, moyses, et reliqui Prophetae ad MoHAMMEDEM usque: ubi fuse de MoHAMMEDis nativitate, virtutibus, raptu in coelum, fuga, praeliis, obitu. De auctore non constat. [Marsh. 543.]

DCCCLXVIII.

Codex bombycinus, oblongus, foliorum 10. Eo continetur Compendii historici fragmentum, rerum ab anno Hegirae primo ad annum sextum gestarum expositionem exhibens. [Laud.A.136.]

DCCCLXIX.

Codex chartaceus, non una manu scriptus, ubi reperiuntur:

i°. Liber 38 foliorum, fragmenta historica, parvi aut nullius momenti, complectens.

2°. Historiolae de khoghiah nasireddin althusi, Turcice. Constat libellus acephalus 14 foliis. [Pocock. 26.]

DCCCLXX.

Codex chartaceus, foliis 27 constans. Complectitur historiam foundationis et extructionis Urbis Antiochiae, ex Graecis auctoribus collectam : auctore anonymo. [Laud. A. 22.]

MATHEMATICI et GEOGRAPHI.

IN FOLIO.

DCCCLXXI.

Codex bombycinus, scriptionis destitutus aera, complectens Opus quadripertitum, tractatibus li. foliis 306, compre-



## 188 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

comprehensum, cui hic praefigitur titulus: *Literatorum Societas*. Pars prima agit de Arithmetica, Geometria, Astronomia, Geographia, Musica, Logica, Artibus et Scientiis generatim sumptis. Secunda, de Physica generali et particulari, materia prima, forma, tempore, loco, motu, coelo et mundo, generatione et corruptione, quatuor elementis, natura et illius operationibus, meteoris, metallis, plantis, animalibus, hominis corpore et anima, sensu et sensibilibus, foetus in utero formatione, siderum influxu, voluptatibus et doloribus tam corporalibus quam spiritualibus, morte. Tertia, de anima rationali, intellectu et intelligibilibus, resurrectione, extremo iudicio, interitu mundi, diversis motuum Speciebus, causa et causato. Quarta, de legibus divinis, sectis et religionibus, essentia divina, fide, angelis, daemonibus, magia, amuletis, horoscopo. [Laud. A. 92.]

### DCCCLXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 959, christi 1551, exaratus, foliis 178 constans. Eo comprehenditur Opus superstitiosum, Sol Scientiarum inscriptum, disserens de Nominibus et Attributis Dei, literarumque, quibus constant, tam ad deducendum horoscopum, quam ad conficienda amuleta, vi atque potestate; de Planetarum et Orbium coelestium in singulas Alphabeti notas, certa arte dispositas, influxu; de preculis quibusdam, quibus bona procurari, mala propulsari, possunt. Auctor est shehabeddin ahmed abulabbas albuni, Coraishita. [Laud. A. 151.]

### DCCCLXXIII.

Codex bombycinus, litera Mauritanica exaratus, quo continentur:

i°. Opus, *Via Regia Curiosorum* inscriptum, in capita quatuor et viginti tributum, Tabulas complectens Astronomicas, quas abulabbas ahmed ben Mohammed ben othman alazadi, VUlgo ibn albenna, COMpOsuit Marochi anno Hegirae 619, christi 1222, aptavitque ad Occidentis gradus xxi. ducto initio a Feria quinta, unde AEra Hegirae occoepit. Constat liber 46 foliis.

2°. Ejusdem Libellus sex folia efficiens, Tabulasque Chronologicas comprehendens. [Laud. B. 115.]

### DCCCLXXIV.

Codex bombycinus, caractere Africano anno Hegirae 977, christi 1566, exaratus, foliis 88 constans. In eo occurrit Geographica et Historica Orbis descriptio, ubi de creatione, paradiso, gehenna, angelis, templo Meccano, de terrae natura, ejusque figura sphaerica, de sole et luna, de longitudinibus et latitudinibus, de septem climatis, de duodecim Zodiaci signis, de regionibus, montibus, maribus, insulis, fontibus, fluviiis. Accedunt picturae et figurae. Auctor est abulhasan alI ben said. [Laud. A. 139.]

### DCCCLXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 719, christi 1319, a zIneddin alabhari exaratus, foliis 260 constans. Ibi repraesentantur Libri Mathematici, illique inter Elementa euclidis et ptolemaei *Almagestum Medii*, ex recensione nasireddin althusi; suntque sequentes:

i°. Theodosii Tripolitani Spharicorum Libri tres, constantes quinquaginta

ginta novem figuris, quos jussu abulabbas ahmed ben almotasem billa, duodecimi e stemmate Abbasidarum Chaliphse, e Graeco Arabicos fecit costha ben luca Heliopolitanus, Christianus, usque ad figuram quintam Libri tertii; cetera a thabet ben corra sunt translata.

2°. AuToIYci JLiber de Sphaera, quae movetur, Versus a THABET BEN CORRA, Medico, Mathematico, Philosopho praestantissimo, qui obiit anno Hegirae 288. Continet figuras duodecim.

3°. Euclidis Data, cum nonaginta quinque figuris; interprete honain ben iSAAc, Medico Syro, quem tiabet ben corra emendavit.

4°. Archimedis de Sphaera et Cylindro Libri duo, versi a honain ben isaac, ab eutoCio Ascalonita commentario illustrati.

50. Archimedis Liber de dimensione circuli, tribus constans figuris: vertit THABET BEN CORRA.

6°. EucliDis Optica, cum quatuor et sexaginta figuris: interprete honain ben isaac, quem thabet castigavit.

7°. Theodosii Tractatus de habitationibus, a costha ben luca translatus: habet figuras duodecim.

8°. Autolyçi Liber de Siderum inerrantium Ortu et occajus, ex vertione thabet ben corra. Continet figuras triginta sex,

9°. Euclidis Liber Phaenomenorum, tribus et viginti figuris constans.

io°. Theodosii de Diebus et Noctibus Liber, continens figuras triginta sex.

11°. Aristarchi Samii Liber de magnitudinibus et distantiiis Solis et Lunae, cum septemdecim figuris: interprete costha ben luca.

12° HYpsiCLis Liber Anaphoricus sive de Ascensionibus versus a costha, quem alchindus emendavit.

13°. Archimedis Syracusani Assumta sive Lemmata, quae thabet ben corra iuterpretatus est; abulhasan ali ben ahmed illustravit.

14°. Thabeti ben corra Harranitae Liber Datorum sive Determinatorum", continens sex et triginta figuras.

15. Menelai Sphaericorum Libri duo, quorum prior figuras sexaginta, posterior triginta, habet.

16°. Libri quinque de Figurae, quae secans dicitur, proprietatibus et demonstrationibus, ex Persica lingua translati. [Seld. 3138,5.]

DCCCLXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 796, christi 1397, exaratus, foliis 160 constans. Complectitur Opus Astronomicum, Tabulis instructum, inque centum capita diductum, quod alaeddin ben alshather, magni quondam nominis Astronomus, Damasci composuit, atque hoc titulo insignivit: Tabulae Astronomicae Novae. Agitur ibi de AERis

Aeris celebrioribus, Mohammedana nempe, Persioa, Graeca et Coptica; de longitudinibus et latitudinibus locorum; de Keblae inflexione et obliquitate, quae inter orandum superstitiosa diligentia observari solet; de Signorum ascensionibus. [Seld. 3141, 8.]

DCCCLXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 633, Christi 1235, a jahia ben mohammed Damasci emptus, quo continentur:

i°. Apollonii Pergaei de Sectionibus linearum similibus sive de Sectione rationis Liber bipartitus, foliis 79 constans.

2°. Alhasan ben alhasan ben alhaitham, celebris Geometrae, de Eclipsis figura tractatus, 20 folia complectens.

3°. Ejusdem de Lunae motu tractatus, 6 folia complens.

4°. Ejusdem tractatus de communi illo Mohammedanorum centro inveniundo, ad quod inter precandum vultus suos undique regionum convertunt, 8 folia efficiens.

5°. Ejusdem de Geometrico quodam problemate libellus, 5 folia implens.

6°. Ejusdem de invenienda Poli elevatione tractatus, 5 folia continens.

7°. Ejusdem tractatus de Astrorum luminibus, quatuor folia complens.

8°. Ejusdem de veris Astrologia principiis liber, 30 folia complectens.

9°. Ejusdem varia in ptolemveum dubia: habet liber folia 22.

io°. Ejusdem de mensurandis montium altitudinibus libellus, duo folia habens.

11°. Homaid ben hosain, Calculatoris, tractatus de invenienda Meccana plaga in usum precantium, tria folia efficiens.

12°. Epistola jacobii ben isaaC Chindi ad quosdam amicos suos de Aestu maris, 9 folia continens.

13°. Ejusdem epistola ad eosdem de Cyaneo coeli colore, ejusque causa, tria folia efficiens. [Seld. 3140, 7.]

DCCCLXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 979, christi 1571, exscriptus, Cui folia 166. Exhibet Opus Astrologicum de Revolutionibus annorum nativitatum sive de annis climactericis, novem Libris comprehensum, et nonaginta sex capita complectens. Auctor est abu maashar giafar ibn mohammed, Persa Balchensis, qui in urbe Vasetha anno Hegirae 272 obiisse fertur. [Laud. A. 137-]

DCCCLXXIX.

Codex bombycinus, anno Flegirae 687, christi 1288, exaratus, quo comprehenduntur:

1°. Elementa Astronomica, quae mohammed ben kethir Ferganensis, qui vulgo alfraganus dicitur, composuit, atque in triginta capita diduxit. Constat opus 36 foliis.

2°. Liber de Astronomia, 48 folia complens, titulumque hunc prae se ferens: Orbium coelestium forma. Auctor est costha ben luca. Accedunt figurae.

3°. Opus-

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 191

3<sup>o</sup>. Opusculum Astrologicum de extrahenda Fortunae parte, ab abulrihan MohaMmed ben ahmed albiruni concinnatum, inscriptumque: Linea fortunae et occultationis. Habet folia octo.

4<sup>o</sup>. Tractatus de Tabularum imperfectionibus atque mendis, foliis 44 constans. Titulum habet: Liber de Morbis Tabularum. Composuit ali ben soliman alhashemi <sup>d</sup>. [Seld. 3144, 11.]

DCCCLXXX.

Codex bombycinus, titulo et anni nota destitutus, cui folia 80. Continet Compendium Geographicum, ex nasireddin althusi, ptolemaeo, albalkhi, almasudi, ibn alathir, almaracashi, collectum, inque capita quatuordecim divisum : ubi de terrae natura, ejusque divisione, de regionibus, urbibus, maribus, insulis, fluviis, puteis, de montibus, lapidibus, metallis, gemmis, plantis, fructibus, de animalibus, avibus, variisque mirandis. Salutatur auctor ben alvardi. [Huut. 3763. 26.]

DCCCLXXXI.

Codex bombycinus, litera exaratus nitidissima, quo comprehenduntur:

i<sup>o</sup>. Opus de Horographia sive de Horologiis Geometricae, Arithmeticae, Organicae, in superficie plana describendis, folia 24 complens, titulumque hunc prae se ferens: Recreatio Mentis. Auctor est TAKIEDDIN MOHAMMED BEN MARUF BEN MOHAMMED BEN JUSOF BEN AHMED.

2<sup>o</sup>. Ejusdem de ben alshather Instrumenti Astronomici, quod Universale dicitur, constructione et usu, tractatus, capitibus xxx. foliis 7 constans. Inscibitur: Fructus maturi.

3<sup>o</sup>. Ejusdem Tractatus de Reductionibus ad aequalitatem, hoc est, de Algebra et Comparatione, tria capita et quatuor folia continens.

4<sup>o</sup>. Liber, cum Tabulis, de Stellarum vagarum et fixarum magnitudine, earumque a centro terrae distantia, folia 12 efficiens. Composuit gaiatheddin giemshid ben masud ben mahmud, inscripsitque : Tractatus ad unguem factus.

5<sup>o</sup>. Libellus anonymi quinque foliorum, tria aut quatuor Problemata geometrica exhibens. [Grav. 3775, 3.]

DCCCLXXXII.

Codex bombycinus, scriptionis aera destitutus, cui folia 110. Complectitur Opus, ad Astronomiam et Astrologiam relatum, disserens, per Tabulas et praecepta, de erigendis Coeli thematibus, de Planetarum motibus, de judiciis astrorum et prognosticis, de vario siderum ortu, de longitudinibus locorum et latitudinibus, denique de Eclipsibus Solis et Lunae. Titulum habet: Liber praestantissimus,. Auctor vocatur nasireddin althusi. [Hunt.3764, 27.]

DCCCLXXXIII.

Codex bombycinus, picturis ornatus, anno Hegirae 968, christi 1560, exaratus, foliis 367 constans. Tractatus continet li. quibus titulus: Epistolae Fratrum sincerorum Dividitur Opus quatuor in partes, ubi de Arithmetica, Geometria, Astronomia, Musica, Geographia, Logica, Ethica; de materia

prima,

## 192 CODICES MAN USCRIPTI ARABICI.

prima, forma, tempore, loco, motu, mundo superiore et inferiore, quatuor elementis, ventis, exhalationibus, mari, fluviis, fontibus, meteoris, metallis, animalibus, plantis, corporis humani fabrica, sensibus, illorumque organis, cur homo dicitur parvus mundus, et mundus, magnus homo; de anima rationali, intellectu agente et patiente, resurrectione, extremo iudicio, consummatione mundi, de legibus divinis, linguarum et religionum diversitate, animae immortalitate, Prophetia, magia, amuletis, horoscopo. [Laud. A. 159.]

### DCCCLXXXIV.

Codex bombycinus, caractere Africano exaratus, folia 242 complens. Ibi occurrit Geographiae, quam Princeps aledrissi composuit, atque Curiosi animi Relaxatio inscripsit, Tomus primus, isque triginta et tribus tabulis geographicis instructus, qui desinit in fine climatis tertii. Maxima praefationis pars desideratur. [Grav. 3837, 65.]

### DCCCLXXXV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1036, christi 1626, exaratus, foliis 114 constans, quo continentur apollonii pergaei Conicarum Sectionum Libri tres posteriores, videlicet quintus, sextus, septimus, versis Arabicis a thabet ben corra, quem Filii musae, qui tres germani Fratres fuere, emendarunt. Accedunt figurae variae. Scriptura peregrinam manum redolet. [Thurst.3968.]

### DCCCLXXXVI.

Codex bombycinus, nitide, absque

anni indicio, exscriptus, folia 114 efficiens. Opus complectitur de Hydrotechnia, Instrumentorum Fabrica inscriptum, cui figurae sunt septuaginta partes sex. Pars prima agit de clepsydris horariis; secunda, de poculis et vasis ad potandum accommodatis; tertia, de phialis pelvibusque pro phlebotomia et sacra lotionem; quarta, de fonticulis aquam in altum spargentibus; quinta, de organis extrahendae e profundo aquae idoneis; sexta, de variis machinis aquariis. Auctor est abulaz ismael algezeri. [Grav.3800,28.]

### DCCCLXXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 906, christi 1500, exaratus, foliis 320 constans. Eo continetur Opus Geographicum, in septem Climata divisum, quod composuit abu abdalla mohammed ben mohammed ben abdalla benedris,, Imperator Fidelium, inscripsitque: Animi Curiosi Relaxatio. Occurrunt ibi multa ad historiam pertinentia. Tabulas habet septuaginta septem, easque non inegantes. [Pocock. 375-]

### DCCCLXXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 799, christi 1396, exscriptus, quo comprehenduntur :

1°. Euclidis Elementorum Libri quindecim, 72 folia efficientes. Figurae egregie deliniatae sunt. Praefatio duplicem memorat versionem, thabeti alteram, alteram hegiagi.

2°. Ptolemaei Syntaxis Magna, quam Al-Magestum ab Arabico articulo Alet Graeco vocant Orientales, foliis 110 constans. [Pocock.369.]

### DCCCLXXXIX.

DCCCLXXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 998, christi 1589, exaratus, folia 96 implens. Ibi reperitur Geographia, ab ibn alsipahi concinnata, hoc est, abuLfedae Geographia, ab illo in ordinem alphabeticum redacta, mutatis et additis nonnullis. Titulum hunc prae se fert: Planissima via ad cognoscenda Oppida et Regna. In descriptione Byzantii abulfaragii Historia Dynastiaram laudatur. Expiravit auctor anno Hegirae 980. [Pocock. 302.]

DCCCXC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 946, CHRiSTI 1539, exaratus, complectens foliis 264 Opus, quod hoc praenotatur titulo: Rerum quae a Deo conditae, vel ab hominibus fabrefactae sunt, admiranda et peregrina. Constat Prolegomenis quatuor, Partibus duabus, Corollario. Prolegomena agunt de admiratione, et quid sit; de entium divisione, qua Deus non comprehenditur; de admirabili; de multiplici rerum in natura positarum substantia et existentia. In Parte prima disputatur de Orbibus coelestibus, horumque figura, ordine et motu, de sideribus vagis, de stellis fixis, de constellationibus, de lunae mansionibus, de zodiaci signis, de coelicolis, de tempore, diebus et noctibus, denique de Arabum, Persarum et Graecorum mensibus et annis. In Parte altera disseritur de elementis, meteoris, maribus, montibus, fluminibus, fontibus, puteis, metallis, animalibus, lapidibus, plantis, corpore humano. In Corollario sermo sit de monstris quibusdam, Composuit zakaria ben mohammed ben mahmud alcazvini. [Pocock. 350.]

DCCCXCI.

Codex bombycinus, luculente, non consignato anno, exscriptus, folia 156 complens. Complectitur Tractatum Astronomicum, Veziro emir shah mohammed dedicatum, ac Donum Regium nuncupatum, cui sectiones sunt quatuor, plura in capita abeuntes. Sectio prima prolegomena continet; in secunda et tertia disseritur de Sphaera coelesti et terrestri; quarta stellarum magnitudinem, earumque a centro terrae distantiam, definit. Accedunt figurae. Auctor est cothbeddin alshirazi, qui anno Hegirae 710 periit. [Bernard. 2.]

DCCCXCII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1023, christi 1614, exaratus, idemque figuris picturisque ornatus, foliis 281 constans. Ibi repraesentatur Opus, Geographicum, Praefatione, Libris x. Corollario, comprehensum, quod hoc insignitur titulo: Munera, Donaque ampla, Regibus oblata. In Praefatione disseritur de terra, ejus natura, divisione. Libri agunt de orbis regionibus, provinciis, regnis, oppidis, maribus, insulis, montibus, fluminibus, lacubus, fontibus, animalibus, lapidibus, plantis, religionibus, incolis. In Corollario praecipitur de longitudinibus et latitudinibus, ut et de mundi consummatione. Composuit nureddin ahmed ben alhasan ali zenbel almohalli, Sectae Shapheiticae Doctor. [Hunt. 189.]

DCCCXCIII.

Codex bombycinus, rudi scriptus manu, folia 164 implens. In eo occurrit Operis avicennae, quod Alshepha sive

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

sive Sanitas nuncupatur, Pars tertia, in quatuor distincta libros, quorum primus exhibet Geometriam; secundus, Arithmetica; tertius, Musicam; quartus, Astronomiam. Adjunctae sunt figurae. [Pocock. 250.]

### DCCCXCIV.

Codex chartaceus, anni nota carens, folia 176 efficiens. Opus continet longe celeberrimum, Literatorum Societas dictum, ubi disseritur de Arithmetica, Geometria, Astronomia, Geographia, Musica, Ethica, itemque de rebus ad Logicam, Physicam, Psychologiam, Metaphysicam, Theologiam, pertinentibus. Constat tractatibus li. quorum hoc in codice nonnisi triginta posteriores exhibentur. [Pocock. 342.]

### DCCCXCV.

Codex bombycinus, foliorum 115, quo comprehenduntur varii de Rebus mathematicis auctores, a nasireddino tusensi collecti, quibus Libri intermedii seu interjectivi titulus; illi vero sunt sequentes:

i°. Euclidis Data, cum nonaginta quinque figuris: interprete honaino, quem thabet emendavit.

2°. Autolyti de ortu et occasu Siderum inerrantium Libri duo, quorum prior 15 figuras, posterior 21, continet. Interpres est thabet.

3°. Euclidis Phaenomenorum Liber, figuris tribus et viginti constans.

4°. Theodosii Liber de diebus et noctibus, duos in tractatus distinctus, continensque figuras triginta sex.

5°. Aristarchi Tractatus de magnitudinibus et distantibus Solis et Lunae, sex et decem complectens figuras.

6°. Archimedis Assumpta sive Lemmata, Arabici juris facta a thabet ben corra, adjectis quatuordecim figuris.

7°. Menelai Sphaericorum Libri tres, quorum primus habet triginta novem figuras; secundus viginti quatuor; tertius viginti quinque. Exarati, ut et caeteri, anno Hegirae 856.

8°. Libri quinque de Figurae, quae Secans dicitur, proprietatibus et demonstrationibus, ex Persica lingua in Arabicam translata. Multas habent figuras.

9°. Archimedis de Sphaera et Cylindro Libri duo, Arabice versi ab honaino ben isaac, ab EUTocio Ascalonita commentario illustrati.

io°. Thabeti ben corra Liber Datorum sive Determinatorum, problemata continens Geometrica, cum triginta sex figuris, at descriptae non sunt.

ii°. Theodosii Tractatus de habitationibus Arabice versus a costha ben luca : habet figuras duodecim.

12°. Hypsiclis Liber Anaphoricus sive de ascensionibus, versus a costha, quem alchindus castigavit.

13°. Archimedis de dimensione circuli Liber, tribus figuris constans. In indice mentio sit euclidis de Opticis, et autolyti de Sphaera mobili, sed non reperio. [Seld. 3139. A. 46.]

### DCCCXCVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 721, christi 1320, exaratus, folia 118 complens. Complectitur Opus Geographicum,

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

phicum, Regionum Directio dictum, ubi primum traditur generalis terrae notitia, cum quaestione, an sit rotunda, et in medio orbis centro posita; deinde disseritur de septem veris climatibus, illorumque mensuris, de maribus, lacubus, fluminibus, montibus; postremo duodeviginti climatum imaginariorum urbium nomina, longitudines item et latitudines, necnon recta illarum nomina legendi ratio, per tabulas, in cellulas lineis transverse ductis distributas, exhibentur, adjuncta e regione in altera pagina brevi singulorum locorum et oppidorum historia. Auctor est abulfeda, Apameae in syria sultanus. [Hunt. 95.]

## DCCCXCVII.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 174 complens. Ibi repraesentantur Monilia Iamanica hoc est, Tabulae Ilkhanicae sive Imperiales, ex Persica lingua in Arabicam a shehabeddin alhalabi<sup>d</sup> translatae, et partim contractae, partim auctae: adjunctis Institutionibus Astronomicis, disserentibus, per quadraginta capita, de Astronomiae utilitate, de epochis celebrioribus, de planetis, illorumque cursu et affectionibus, de stellarum fixarum motu, de ascensionibus signorum, de eclipsibus lunae et solis, de longitudinibus locorum et latitudinibus, de annorum mundi conversionibus, de temporis diurni et nocturni quantitate. Obiit auctor anno Hegirae 859. [Hunt. 144.]

## DCCCXCVIII.

Codex bombycinus, splendide, absque anni mentione, exscriptus, foliorum 138. Exhibet Librum Geographicum, Regionum Directio nuncupatum, ubi, praemissa dissertatione de tellure, ejusque divisione, necnon de maribus, lacubus, fluminibus, montibus, ipsae describuntur per Tabulas aureis ornatas lineis urbes, positae in viginti octo climatibus, quae sunt Arabia, Aegyptus, Africa, Insulae Hispanicae, Insulae maris occidentalis, syria, Mesopotamia, Iraca, Chorestan, Persis, Carman, segestan, sinda, Regio Indiarum, Regio sinarum, Insulae maris orientalis, Graecia, Armenia cum Aran, Regio Persidis montana, Dailam cum Ghilan, Thabarestan, Chorasana, Zablestan, Thacharestan cum Badchashan, Chovarezm, Mavaralnahr, Pars australis seu Aethiopia, Pars septentrionalis, quam variae gentes incolunt. Composuit abulfeda, Apameae Dominus. [Pocock. 196.]

## DCCCXCIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 966, christi 1558, exaratus, foliis 174 constans, comprehendensque Opus, titulum hunc prae se ferens: stellarum fixarum Liber. Exponuntur ibi ad ptolemaei mentem Constellationes omnes, in quas stellae fixae sunt distributae, adjunctis tabulis, stellarum ipsarum numerum, longitudines, latitudines, magnitudines exhibentibus. Constellationum figurae belle descriptae sunt, et quidem prout in coelo, atque in globo, conspiciuntur. Initium facit Ursa minor: finis sit in Pisce australi. Auctor est abdalrahman ben omar, vulgo abulhosain alsuphi dictus, qui anno Hegirae 376 obiisse fertur. [Hunt. 212.]

## CM.

Codex bombycinus, anno Hegirae 884, christi 1479, exaratus, folia 194 complens. Ibi occurrit Operis Geographici,



## 196 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

graphici, quod Peregrinationes oculorum per varias Orbis regiones appellatur, Pars prior, ubi per capita et sectiones agitur de terra, ejus figura, magnitudine, in septem climata divisione, de maribus, lacubus, fluminibus, insulis, urbibus, ventis, de sinda, Indiis, Mavara'nahra, Chovarezmia, Perside, Provinciis Ginguizcanicis, Curdorum regionibus et Turcorum, AEgypto, syria, Arabia, AEthiopia, Africa, Hispania, de rebus, quae ubique visuntur, magis memoratu dignis. Composuit ben fadhalla alomri<sup>b</sup>. [Pocock. 191.]

### CMI.

Codex bombycinus, fine truncus, foliis tamen 140 constans. In eo habetur Opus, Methodus facilis inscriptum, complectens Tabulas motuum septem Planetarum; quae apud Orientales magno in pretio sunt. Praecepta non adduntur, nisi pro Luna. Initium a Marte ducitur. Auctoris nomen nasireddin althusi. [Hunt. 249.]

### CMII.

Codex bombycinus, scriptionis carens aera, folia 135 implens. Exhibet Libri, cui Principia Finibus junsia \* titulus, Tomum secundum, ubi per varias sectiones praecipitur de Horologiis sciothericis, Astrolabio, Quadrante, aliisque instrumentis Mathematicis, illorumque constructione et usu: adjectis tabellis, et iconismis compluribus. Incipit a parte secunda: definit in septima, quae ultima est Composuit abulhasan ah aLMaArAkashl<sup>e</sup>. [Hunt. 201.]

### CMIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 968, christi 1560, exaratus, complectens foliis 142 Opus, Directio Regionum inscriptum, hoc est, Librum Geographicum, exhibentem per tabulas, juxta climata viginti octo, sexcentorum admodum oppidorum locorumve descriptiones, longitudes item et latitudes: praemissis prolegomenis, ad Geographiae intelligentiam necessariis, ubi de terra maribus, lacubus, fluviis maximis, montibus. Composuit AbuLfedA, Apameae Rex, absolvitque anno Hegirae 721. [Grav. ,774, 2.]

### CMIV.

Codex bombycinus, anni expers notae, folia 315 complens. Complectitur Encyclopaediam scientiarum, Epistolis LI. contentam, quae hunc prae se fert titulum: Literatorum societas<sup>%</sup>. Dividitur in partes quatuor, quarum prima disserit de Arithmetica, Geometria, Astronomia, Geographia, Musica, Categoriis, Perihermenias, Analyticis; secunda, de rebus ad Physicam pertinentibus; tertia, de anima rationali; quarta, de Legibus divinis et religionibus: sed haec desideratur. Collegit almagirlthl. Accedit in calce Alphabetum naturale sive naturalis scribendi modus. [Hunt. 296.]

### CMV.

Codex bombycinus, anni destitutus nota, foliis 163 constans. Ibi reperitur sultani aLmaLek aLashraf abiLfatah omar ben aLmaLek aLmodhaffer jusof ben omar ben aLI ben rasuL de Astrorum scientia Institutio sive Tractatus, disserens per capita quinquaginta de Zodiaco, ejusque officiis et proprietatibus, de Planetarum natura, viribus, quali-

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 197

qualitatibus, dignitatibus, aspectibus, de quatuor anni tempestatibus, duodecim coeli domibus, de conjunctionibus, electionibus, eclipsibus, de epochis celebrioribus, Mohammedana, Persica, Graeca, Aegyptia, denique de Indica numerandi ratione. Accedunt tabulae et figurae. [Hunt. 233.]

CMVI.

Codex bombycinus, initio et fine mutilus, foliorum 91, quo continentur:

1°. Euclidis Elementorum Libri quindecim, quorum priores tres, cum quarti initio, desiderantur. Accedunt figurae.

2°. Theodosii sphaericorum Libri tres, quinquaginta novem figuris constantes.

3°. Autolyçi de sphaera mobili Liber, duodecim figuras continens.

4°. Menelai sphaericorum Libri tres, quorum primus habet triginta novem figuras; secundus viginti quatuor; tertius viginti quinque. [Hunt. 308.]

CMVII.

Codex bombycinus, tinea scatens, folia 144 complens. Continet Opus Historicum et Geographicum, Cogitationum Vice, et Rerum mirabilium Exempla inscriptum, atque in capita novem distinctum, quorum primum disserit de terra, ejus creatione et figura; secundum, de montibus et mineris; tertium, de maribus et insulis; quartum, de fontibus et fluviis; quintum, de gentibus variis; sextum, de ditionibus Mohammedico imperio obnoxiiis; septimum,

de regionum proprietatibus, moribusque incolarum; octavum, de antiquis structuris, earumque vestigiis; nonum, de arcibus celebrioribus et castellis. Auctor est abulfeda ismael, Theologiae Mohammedicae Doctor. [Hunt. 429.]

CMVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 987, christi 1579, exaratus, ubi reperiuntur:

i°. Ibn alhaithami, Geometrae celeberrimi, in Definitiones, quae Elementis euclidis praemittuntur, Commentarius, 71 foliis constans. Mortuus auctor Cairi anno Hegirae 430.

2°, Autolyçi Liber de sphaera, quae movetur, figuris carens, sex folia complens. Vertit honain ben isaac.

3°. Ejusdem de sectionibus conicis tractatus, viginti folia efficiens. Pro figuris spatia sunt relicta.

4°. Liber anonymi de Astronomia calculatoria, capita xxiv. folia 18 continens. [Hunt. 237.]

CMIX.

Codex bombycinus, nitide, non annotato anno, exscriptus, foliis 420 constans. Exhibet Lexicon Geographicum, ordine alphabetico dispositum, in quo Asiae Africaeque oppida, regiones, provinciae, regna, fontes, flumina, maria, sub hoc recensentur titulo: Observatoria ad cognoscenda locorum et regionum nomina. Est jacut hamatensis Thesauri Geographici compendium. salutatur auctor safieddin abdalmumen ben abdalhak<sup>m</sup>. [Pocock. 198.]

CMX.

198 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

CMX.

Codex bombycinus, fine decurtatus, folia 32 implens. Complectitur Elementorum euclidis Libros priores tres, cum quarti initio. Adjunctae sunt figurae. Praefatio ait, plures figuras in thabeti, quam in hegiagi exemplari, dari. [Hunt. 608.]

CMXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 698, christi 1298, exaratus, foliis 92 constans. Ibi reperitur Tractatus de sphaera, Certa Demonstratio in scriptis, in duas partes distinctus, quarum prior per viginti duo capita agit de sphaera coelesti; altera sphaeram terrestrem capitibus quatuordecim persequitur, occurrentibus utrobique Mathematicis figuris: auctore behaeddin abi mohammed alchoraki. [Hunt. 142.]

CMXII.

Codex bombycinus, luculente fatis, parum tamen emendate, transcriptus, foliorum 116. Continet Geographiam, Regionum Directio appellatam, quae constat prolegomenis, circulo, tabulis. In prolegomenis agitur de terra, maribus, lacubus, fluminibus, montibus; circulus duodetriginta climatum seu regionum, plurimas provincias et tractus continentium, nomina repraesentat; in tabulis urbium descriptio, longitudo, Latitudo, orthographia, exhibentur. Auctor est Apameae Rex. [Pocock. 379.]

CMXIII.

Codex bombycinus, complectens foliis 150 Collectionem variorum auctorum de rebus Mathematicis, quorum praecipui sunt sequentes:

1°. AbdALMALEK ALSHIRAZI<sup>d</sup> Commentarius in apollonii PERGAEI Coni, earum sectionum Libros vii. folia complens. Adjunguntur figurae.

2°. Ahmed ben oMar alkarabisi de Circulorum dimensione Liber bipartitus, figuris exornatus, quinque folia habens.

3°. archIMEDES, abulvafa alburglanl, ahMED ben MohAMMED alseri, Problemata, ad triangulum circumque pertinentia.

4°. Excerpta ex ptolemaei Magna constructione, cum figuris. Constat liber foliis 40.

5°. Excerpta ex athireddin alabhari Libro: ubi de orbibus coelestibus, [Thurst. 3970, 3.]

CMXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1001, christi 1590, exaratus, foliis 370 constans. Exhibet abi abdalla mohammed ben ahmed ibn aias, Hanaphitae, Geographiam, Odor Florum in scriptam, ubi primum disseritur de Mathematica telluris notitia. subjiciuntur septem orbis climata, quorum primum Urbes 3100; secundum 2770, tertium pariter 2770; quartum 2774; quintum 3006; sextum 3408; septimum 330 continet. sequitur ipse tractatus de Regnis, provinciis, urbibus, maribus, insulis, fluminibus, montibus, de aeris celebrioribus, Mohammedana nempe, Persica, Graeca, Coptica, de quatuor anni tempestatibus. Diffusus est auctor in Aegypti descriptione. [Pocock. 190.]

CMXV.

CMXV.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 62 implens. Exhibet Librum, hoc praenotatum titulo : signorum manifestorum, hoc 'est, temporum declaratio \ Agitur ibi de Arabum et Barbarorum annis, de mensibus, diebus, horis, de temporis diurni et nocturni in singulis climatibus quantitate, de siderum ortu et occasu, de orbe signifero, ejusque proprietatibus, de annis et mensibus solaribus cum lunaribus componendis, de poli elevatione cujusque loci invenienda. Accedunt duae tresve tabulae. Auctor vocatur abu abdalla mohammed ben abdalla ben amru movAddeb<sup>b</sup>. [PoCock. 249.]

CMXVL

Codex bombycinus, scriptionis destitutus aera, foliorum 210. Tractatum complectitur tripartitum, Constellationes duplici forma repraesentantem, prout nempe in coelo et in globo visuntur. Pars prima stellas boreales, earumque nomina, longitudinem, latitudinem, magnitudinem exponit. In secunda eae considerantur stellae, quae in Zodiaco sunt. Tertia stellas australes continet. stellarum summa 1022. Auctoris nomen abulhasan abdalrahman ben OMAR ALsUFI ALBEZAZ<sup>c</sup>. [Pocock.257.]

CMXVII.

Codex bombycinus, non una exaratus manu, foliis 115 constans. Eo continetur Opus quinquepartitum, et sic inscriptum: Arcanum abditum de Arcanis siderum. Pars prima agit de generalibus Artis magicae principiis; secunda, de siderum natura atque viribus; tertia, de telesmatibus, amuletis, praestigiis, incantamentis, quatenus cum lege divina et religione non pugnant; quarta, de stellarum invocandarum ratione ; quinta, de magiae usu. CompOsuit FAKHREDDIN MOHAMMED BEN Omar ALRAZi<sup>e</sup>, qui anno Hegirae 616 obiisse fertur. [Hunt. 544.]

CMXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 763, christi 1361, exaratus, quo comprehenduntur:

1°. ABI ABDALLA MOHAMMED BEN musa ALKHovAREZMI de Algebra et Comparatione Compendium, 34 folia complens. Multa ibi problemata, ad rem haereditariam, mercatoriamque Spectantia.

2°. GEMALEDDINI ABI ABDALLA MOHAMMED BEN AHMED BEN OMAR ALHARAI ALMOZT AHFI<sup>h</sup> Introductio' in Arithmetica, 19 foliis constans.

3°. Tractatus, Epistola dictus, de Algebra et Comparatione, 22 folia implens. Auctoris nomen non comparet.

4°. Liber decem foliorum, agens, sub Prolegomenorum titulo, de Algebrae et Comparationis elementis. Hujus auctor ABU ABDALLA ALHosAIN BEN AHMED<sup>m</sup>. [Hunt. 214.]

CMXIX.

Codex bombycinus, parum polite exaratus, foliis 217 constans. Ibi occurrunt euclidis Elementorum Libri xv. versi

## 200 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

versi ab Isaac ben Honain, a Thabet ben Corra Harranita recensiti; sed duos posteriores, qui Hypsicli tribuuntur ab aliquibus, interpretatus Costha ben Luca est. Initio nonnulla desiderantur. [Hunt. 435.]

### CMXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 979, christi 1571, exaratus, quo continentur:

1°. PTOLEMAEI Almagestum sive syntaxis magna, in Compendium ab Abu Abdalla Mohammed ben Ahmed Alhazemi Alsaïdi missa, foliis 20 constans.

2°. Ali ben Ibrahim ben Alshather, Damasceni, Problematum Meta hoc est, Tractatus Astronomicus, figuris instructus, agens per 45 folia de Mundi sphaera, de Orbibus coelestibus, de signis Zodiaci, de Planetarum motibus et passionibus, de solis et Lunae eclipsibus, de stellarum magnitudinibus et distantibus, de figura terrae, ejusque divisione, de longitudine locorum et latitudine, de temporum cognitione. [Hunt. 547.]

### CMXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 607, christi 1212, exscriptus, folia 64 complens. Complectitur Tractatum de sphaera, Certa Demonstratio inscriptum, in duas tributum partes, quarum prior praecipit de sphaera coelesti, continens capita viginti duo; altera sphaeram terrestrem capitibus quatuordecim exponit. Accedunt undeviginti figurae, et tabulae quatuor. salutatur auctor Alkhoraki. [Hunt. 215.]

### CMXXII.

Codex bombycinus, anni nota destitutus, foliorum 53. Eo comprehenditur Compendium de Harmonica seu Musica, Nobilis Tractatus inscriptum in quinque Libros, plura complectentes capita divisum, quorum primus agit de sonis, eorumque natura et proprietatibus; secundus, de intervallis, rationibus et proportionibus; tertius, de consonantiis et dissonantiis; quartus, de consonantiarum modis et generibus; quintus, de tonorum casibus et periodis. Notae Musicae et tabulae adjectae sunt. Auctor est Safieddin AbdalmuMen albagdadi<sup>8</sup>. [Marsh. i 15.]

### CMXXIII.

Codex bombycinus, splendide, non annotato anno, exscriptus, foliis 112 constans. Tractatum continet scientiarum sol inscriptum, ubi sermo sit de Nominum divinorum excellentia et mysteriis, de Angelorum potentia et officiis, de literarum Arabicarum, notarumque Magicarum, vi atque potestate, de siderum orbiumque coelestium in illas influxu, itemque de iis, quae ad veram Alchymiae cognitionem ducunt. Intexuntur preces supersticiosae, sigilla, amuleta, telesmata, quibus diaboli fugari, morbi tolli et arceri, occulta detegi, honores acquiri, possunt. Composuit Ahmed Albuni qui, secta Malekita, origine Coraithita suit. [Laud.A.io8.]

### CMXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 794, christi 1391, exaratus, folia 128 complens. Ibi reperitur Opus Astronomicum, cum figuris, in Partes quatuor distinctum, quod hunc prae se fert titulum: Cognitionis scopus. Pars prima prolegomena continet. secunda ordinem, situm, motum, formam, magnitudinem, aliaque phaenomena et accidentia,

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 201

dentia, siderum considerat. Tertia de globi terrestris figura, divisione, et quae eo pertinent disserit. Quarta agit de distantiarum cognoscendarum ratione. Auctor est MAHMUD BEN MASUD ALSHIRAZI<sup>a</sup>, qui anno Hegirae 710 decessisse fertur. [Marsh. 133.]

### CMXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 970, christi 1562, exaratus, folia 238 implens. Exhibet Operis, cui Regionum et Urbium Mirabilia titulus, Partem illam, qua disseritur de Religionibus, ceremoniis, precibus, adorationibus, jejuniis, peregrinationibus sacris, virtutibus moralibus, morte; de coelis, sideribus, eclipsibus, tempestatibus, meteoris; de regnis, regionibus, urbibus, aedificiis, plantis; de animalibus, quadrupedibus, piscibus; de Angelis et daemonibus. De auctore non constat. [Marsh. 120.]

### CMXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 400, christi 1009, exaratus, foliis 209 constans. Ibi occurrit abdalrahman ben omar, vulgo abulhosain alsufi<sup>i</sup> dicti, de numero, ordine, nomenclatura constellationum, in quas stellae fixae sunt distributae, et de stellis, harumque longitudine, latitudine, magnitudine, Tractatus, hunc prae se ferens titulum: Liber de Astrorum Figuris. Figurae descriptae sunt prout in coelo et globo visuntur. Totum qui descripsit opus, est BEN ABDALRAHMAN BEN OMAR BEN MOHAMMED<sup>e</sup>, auctoris filius. [Marsh. 144.]

### CMXXVII.

Codex bombycinus, luculente, non commemorato anno exaratus, folia 126 efficiens. Complectitur takieddini mohammed ben maruf<sup>f</sup>, qui Damasci anno Hegirae 932 natus, de Horologiis in superficie plana delineandis Tractatum, anno Hegirae 975, christi 1567, compositum, ac Flos animae suaveolens nuncupatum, cum Commentario, quem SERAGEDDIN OMAR ALFARES<sup>h</sup> CURI<sup>h</sup>, shapheita, anno Hegirae 980 elucubravit, ac Margarita inscripsit. Accedunt figurae et tabellae. [Marsh. 136.]

### CMXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 876, christi 1471, exaratus, cui folia 300. Eo continetur Alphabetum Regionum, hoc est, Operis Historico Geographici, istoc titulo insigniti, quod composuit jacut alhamavi<sup>k</sup>, absolvitque Halebi anno Hegirae 621, Volumen secundum, disserens de regnis, provinciis, oppidis, maribus, lacubus, montibus, fluviis, aliisque compluribus, quae magis memoratu digna variis in regionibus visuntur. Incipit ab Ovara, quod est nomen aquae aut montis in Temimitarum territorio. [Marsh. 131.]

### CMXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 877, christi 1472, exscriptus, foliorum 296. Exhibet Lexici Geographici praecedentis Volumen tertium, quod initium sumit a sexta Alphabeti litera, scilicet a loco, cui Holahel nomen<sup>l</sup>. [Marsh. 132.]

### CMXXX.

Codex bombycinus, nitide, absque anni mentione, exaratus, foliis 80 constans. Ibi

## 202 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

Ibi repraesentatur Liber, cum inconismis, de Optica. qui hunc praefert titulum: Lumen pupillae oculorum, et Flos horti aspectuum. Constat tribus partibus, plura capita complectentibus. Prima radium directum, secunda reflexum, tertia refractum, considerat: praemissa solis, cerebri item et oculi, descriptione. Composuit takleddin ben maruf<sup>b</sup>, seculi Hegirae decimi scriptor. [Marsh. 119.]

CMXXXI.

Codex chartaceus, peregrina scriptus manu, quo continentur:

1°. Centiloquium ptolemael pelusioTAE, cum interpretatione anonymi Persica, 49 foliis constans. Inscibitur: Liber Fructus, qui nimirum colligi potest: ex omnibus ptolemael libris Astronomicis.

2°. Foedus et Conditiones, quas mohammed Legatus Dei Christianis scripsisse dicitur. Habet libellus quinque paginas.

3<sup>o</sup>. Poema mysticum, Turcice scriptum, de Rege et Mendico, 62 folia complens. [Marsh. 264.]

CMXXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 877, christi 1472, exaratus, foliorum 320. Eo comprehenditur Thesauri Geographici, cui Regionum Alphabetum titulus, Volumen quartum, ubi regna, oppida, maria, provinciae, insulae, montes, lacus, fluvii, tumuli, ordine recensentur alphabetico, initio a sava ducto, Auctor salutatur jacut alhamavi. [Marfli. 151.]

CMXXXIII.

Codex bombycinus, folia 288 complens. Complectitur praecedentis Alphabeti Volumen quintum, quod ultimum est. Initium sit a Camar. Mirifice laudat auctor Heratam urbem in Chorasana, ubi anno Hegirae 614. commoratum se fuisse ait. [Marsh, 152.]

CMXXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 768, CHRIsTI 1366, exaratus, complectens foliis 63 Tractatum Astronomicum, figuris instructum, quem abulhasan ALI BEN IBRAHIM BEN MOHAMMED BEN ABDALRAHMAN ALANsARI, Vulgo IBN ALsHATHER<sup>g</sup>, composuit, atque sio inscripsit: Problematum Meta<sup>h</sup>. Constat Libris duobus, quorum prior, in triginta capita diductus, agit de Planetis, eorum orbibus, cursibus, passionibus, quantitate, parallaxi, de stellis fixis, earum motibus, magnitudinibus, distantiiis, de eclipsi, ejus causa, duratione. In altero per duodecim capita differitur de Globo terraqueo, circulo aequinoctiali, longitudine et latitudine, signorum ascensione, temporum cognitione. Auctor in celeberrimo Ommiadarum templo horarum signator fuit. [Marsin 39-]

CMXXXV.

Codex bombycinus, litera Africana exaratus, foliis 16 constans. Ibi occurrit brevis regionum quarundam mariumque descriptio, cum tabulis et circulis. Circuli orbis coelestes, et plagam illam, ad quam orantes se convertunt, repraesentant. Tabula prima ad menses Arabum, penultima ad menses Romanorum pertinet; ultima de cognoscendo precum tempore inscribitur. Auctor est ALI BEN AHMED ALsAFACOsI Malekita, qui operi huic anno Hegirae 979, CHRIsTI

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

CHRISTI 1571, finem imposuit. [Marsh. 294.]

CMXXXVI.

Codex chartaceus, non una scriptus manu, quo continentur:

i°. Liber de Astrolabio, seu de ejus construendi, ac utendi methodo, absque auctoris nomine, capitulis sexaginta quatuor distinctus, et foliis 24 constans. Titulum habet: Tractatus de scientia Astrolabio,

2°. Vocabularium Arabicum, cum interpretatione Persioa, folia 15 complens.

3°. Encomium mohammedis, Persice conscriptum, folia 33 efficiens.

4°. septem Anathemata Arabum, seu septem veterum Poetarum Poemata. Agmen ducit caab ben zohair. [Marsh. 263.]

CMXXXVII.

Codex bombycinus, imperita exaratus manu, folia 62 complens. Complectitur Calendarium Arabicum, cum tabulis, ubi de eventibus magis memorabilibus, de temporum singulis rebus convenientium electione, de tempestatum et aeris, secundum curfum Lunae, constitutione, de mensium annorumque initiis, de festis, Chalipharum item nativitatibus. [Marsh. 296.]

CMXXXVIII.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 62 complens. Ibi reperitur Liber, cum figuris, Problematum Meta<sup>h</sup> inscriptus, agens de Orbibus coelestibus, de stellis, illarumque motibus, magnitudinibus, distantis, de eclipsibus, de lignorum ascensionibus, de climatibus, de longitudinibus et latitudinibus, de dierum noctiumque quantitate.

Composuit all ben Ibrahim ben mohammed ben alshather<sup>c</sup>, sacrae et publicae orationis, quae in Omniadatum templo celebratur, praeco. [Marsh.290.]

CMXXXIX.

Codex chartaceus, nitide exaratus, quo comprehenduntur:

i°. Fragmentum Geographiae abulfedae, Apameae sultani, triginta foliis constans.

2<sup>0</sup>. Vocabularium Persico-Turcicum, auctore shahidi<sup>l</sup>, carmine; ubi vocabula Turcica alternis vocabulis Persicis exponuntur. folia 38 habet.

3<sup>0</sup>. Canticum syriacum s. ephraemi de Amore sapientiae, cum versione Latina, cujus initium : Deus largire doctrinam. sequuntur ejusdem preces. Continet liber decem folia.

4<sup>0</sup>. Apollonii pergaei de sectionibus conicis Libri tres posteriores, nimirum quintus, sextus, septimus. Figuris carent. [Marsh.453.]

CMXL.

Codex chartaceus, undecim voluminibus constans, quo continentur:

i°. Opus Astronomicum, a cothbeddino eX ibn alafrah almogrebi<sup>e</sup> Almagesto decerptum, folia 38 efficiens.

2°. mohammed abdalaziz alhashemi Epistola, Declarativa dicta, ad abulfAdhl giAAfar ben almoctafi billa, 12 folia implens. Agitur ibi de Radicum quadratarum surdorum ratione.

3°. Abu hamed Ahmed ben mohammed ben AlhosAin AlsAgani<sup>s</sup> de Horologiis



204 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

Horologiis in superficie Astrolabii delineandis liber, 16 folia continens. Nectuntur ei tres de Astrolabio libelli.

4°. Tractatus de tempore, eclipsibus, planetis, iride, 14 folia complens. Auctor est ABU OBAIDALLA ABDALVAHED BEN MOHAMMED ALHURGIANI.

5°. Excerpta ex thabet ben corra, ex euclide, aliisque, ad Arithmetica et Geometria pertinentia. Constat liber 18 foliis.

6°. Epistola abunasr ad abulrihan<sup>b</sup> de Tabulis Astronomicis et Radiorum projectione, 13 folia complectens.

7°. Tractatus Astronomicus, ex ptoLEMAEI Almagesto conflatus, foliis 32 constans. Auctor vocatur althusi.

8°. Quinque libelli, ad Geometria pertinentes, et 12 folia efficientes. Primum, ubi de circuli in septem aequales partes divisione agitur, kemaleddin abulmaali musa ben junos<sup>c</sup> conscripsit.

9°. Excerpta ex athireddin alabhari de sectionibus circuli tractatu, "Mentis auxilium" inscripto. Habet liber 13 folia.

10°. Tractatus de tribus orbibus Mercurii, illorumque centris et cursibus, 18 folia efficiens. Composuit abu saAD ALsABI".

11°. AHMED BEN MOHAMMED BEN alseri<sup>f</sup> de mendorum et errorum, in Tabulis Libri septimi et octavi Almagesti occurrentium causa, 17 folia habens. [Marsh. 713.]

CMXLI.

Codex bombycinus, anno Hegirae, 640, christi 1242, exaratus, foliorum 181, ubi reperiuntur:

i°. Opus Astrologicum, quinquepartitum, agens, sub Introductionis<sup>8</sup> titulo, de orbis signiferi qualitatibus essentialibus et accidentalibus, de planetarum natura, viribus et proprietatibus, de iis, quae planetis accidunt, quatenus considerantur vel in se ipsis, vel cum aliis, de conjunctionibus, de sortibus, Auctor est: abulsacr abdalaziz ben OTHMAN IBN ALI ALCOBAISI<sup>h</sup>.

2°. Tractatus de Thematis natalitii pro quovis tempore dato erectione, decem solis constans. Auctoris abest nomen.

3°. Tractatus de Astrologicis interrogationibus et iudiciis, in quatuordecim capita divisus, et 24 folia complens. Hunc sAHAL BEN BAsHAR\* Composuit.

4°. Tractatus de diei et noctis quantitate, ad datum tempus, et latitudinem loci, cognoscenda, sexaginta quatuor capita, et 6 folia continens. Auctoris nomen subtitetur.

5°. AbULCAsEM ALKERMANI<sup>i</sup> de Astrologiae iudiciariae fundamentis opusculum, tria folia efficiens.

6°. Liber per modum quaestionis et responsionis de Astrolabii usu et fabrica, 15 folia complectens.

7°. Liber anonymi de Globi usu, quadraginta capitibus, et 14 foliis constans. sequuntur alchindi, aliorumque.

que, Libelli, ad Astronomiam et Geometriam pertinentes.

8°. Liber abilHasan ali ben radhvan ben ali ben giafar almisri, Medici, de quibusdam potionibus, ad quarum scilicet usum frequentissime necessitas cogit, octo folia implens. Subjiciuntur Excerpta ex galeno de Sanitate tuenda, et ex alexandro de Urina.

9°. Catalogus Medicamentorum compositorum, in plerisque Aegypti et Syriae Nosocomiis receptorum, quae collegit abulfadhl davud ben abilbaian, inque duodecim capita distribuit. Constat 16 foliis.

io°. Liber de Arithmetica, Medulla dictus, 14 folia efficiens. Subjunguntur capitula Astrologica. [Marsh. 663.]

CMXLII.

Codex bombycinus, foliis 87 constans. Tractatum complectitur de Orbium coelestium arcanis, et literarum Arabicarum virtutibus, cui titulus: Subtilitates Significativae. Est opus mysticum, idemque superstitiosum, quo literarum ordo, significatio et transpositio, non solum ad sensus reconditos, sed et ad mira quaedam patrandae valere dicuntur: auctore mohieddin abulabbas ahmed albuni, Coraishita. [Marsh. 262.]

CMXLIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 675, christi 1276, exaratus, folia 160 complens. Ibi exhibentur apollonii Pergaei<sup>h</sup> Conicarum Sectionum Libri VII. ex recensione nasireddin althusi. Primus habet figuras sexaginta; secundus sexaginta tres; tertius quinquaginta sex; quartus quinquaginta quatuor; quintus septem supra septuaginta; sextus triginta tres; septimus quinquaginta. Priores quatuor helal ben abi helal alhimsi interpretatus est; reliquia thabet ben corrah alharrani versi. Filii MusAE emendarunt. [Marsh. 667.]

CMXLIV.

Codex bombycinus, foliis 184 constans. Complectitur Ephemerides et Tabulas Astronomicas: ubi de motibus Planetarum, de Stellarum ascensionibus et distantibus, de inveniendis Arabum, Persarum, Graecorum, Coptorum, epochis. Auctor est nagimeddin abu abdalla mohammed ben mohammed almisri [Marsh. 672.]

CMXLV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 789, christi 1387, exaratus, folia 138 efficiens. Continet Tractatum Geographico-Historicum de Mesopotamia, oppidisque ejus Amida, Racca, Roha, Miafarkin, Harran, Serugi, Mardin, necnon arcibus et balneis, Regibus item et Praefectis. Desinit in anno Hegirae 679. Recentior manus hunc praefixit titulum: Collectio Urbium ex jacut alhamavi. Collectoris nomen abest [Marsh.333.]

CMXLVI.

Codex bombycinus, initio truncus, quo comprehenduntur :

1°. Opus Astrologicum de Genituris, cum iconibus, folia quadraginta complens. Hermeti Sapienti tribuitur.

2°. Liber de Sortilegiis et Divinationibus, partim soluta, stricta partim, oratione conscriptus. Habet folia 57. [Marsh. 300.]

## 206 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

### CMXLVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1002, christi 1593 exaratus, foliis 86 constans. Exhibet ibn alvardi Geographiam, ex variis auctoribus collectam, quae hunc prae se fert titulum: Mirabilium Margarita <sup>a</sup>. Constat Prolegomenis, quatuordecim sectionibus, Corollario. Prolegomena distantias locorum, regionum provinciarumque magnitudinem, et alia ad Geographiam mathematicam spectantia explicant, praemissa Globi terrestris pictura. In Sectionibus agitur de urbibus et tractibus, de finibus et maribus, de insulis, earumque memorabilibus, de rebus magnam admirabilitatem habentibus, de fluviis celebrioribus, de montibus altis et magnis, de lapidum proprietatibus, de mineris et gemmis, de plantis et fructibus, de granis, de oleribus, de feminibus, de varii generis herbis. Corollarium extremum mundi diem considerat, et quae eum antecedere debent. Conscripsit auctor hoc opus in gratiam shahini arcis Alepensis praefecti. [Marsh. 653.]

### CMXLVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 691, christi 1291, exaratus, folia 89 complens. Ibi occurrit Liber ad Astrologiam judiciariam pertinens, cum Tabulis, complectentibus siderum et domorum coelestium significationes; provinciarum civitatumque, signis Zodiaci subjectarum, longitudes et latitudes; stellarum fixarum loca; et denique omnes planetarum conjunctiones. Titulus illi est: Revolutiones annorum in ordine ad nativitates. Composuit ahmed ben mohammed ben abdaljalil alshagiari c. [Hunt. 437.]

### CMXLIX.

Codex bombycinus, absque anni mentione exscriptus, foliis 172 constans. Complectitur in euclidis Elementorum Geometricorum Libros quindecim Commentarium, Explanatio dictum quem nasireddin althusi conscripsit. Prologus ait, in Exemplari alhegiagi figuras 468, in thabeti autem 478 reperiri. [Marsh 373.]

### CML.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1035, christi 1625, exaratus, folia 90 complens. Eo Opus comprehenditur superstitiosum, in quinque partes diductum, cui titulus : Arcanum abditum de Scientia Orbium coelestium et Siderum. Pars prima agit de Magiae praestantia et principiis; secunda de astrorum natura, illorumque in sublunaria corpora influxu ; tertia de telesmatibus, amuletis, incantamentis, praestigiis, quatenus cum religione consistere possunt; quarta, de stellarum invocandarum ratione; quinta, de artis magicae usu. Auctor vocatur fakhreddin alrazi. [Marsh. 212.]

### CMLI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 971, christi 1563, exaratus, foliorum 64. Continet Opus, Telesmatum Liber inscriptum, agens de telesmatibus, amuletis, variis arcanis, quibus bona procurari, mala propulsari, mira item et insolita patrari, possunt; de iis Alcorani versibus, qui ad morborum curationes plurimum valere praedicantur; de precatiuncularum quarundam superstitiosarum, e viris nonnullis eximia sanctitatis laude insignibus collectarum, efficacia. Composuit ibn vahshia. [Hunt. 75.]

### CMLII.

207 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

CMLII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 887, christi 1482, transcriptus, foliis 117 constans. Comprehendit Tractatum Geographicum, Rerum mirabilium et peregrinarum Thesaurus appellatum, cujus auctor ibn alvardi, Mauritanus. Ibi autem de Globo terraqueo, provinciis, urbibus, maribus, insulis, fluminibus, fontibus, puteis, montibus, lapidibus, mineris, gemmis, oleribus, fructibus, animalibus, avibus, et iis, quae sub mundi finem eventura sunt, disseritur. [Pocock. 323.]

CMLIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 871, christi 1466, exaratus, quo comprehenduntur :

i°. Liber de TheSauris, quos Rex Persiae phiruz deposuit ac recondidit, inveniendis ac detegendis, 97 folia complens. Titulum habet: Mysteriorum Solutio. Subticetur auctoris nomen.

2°. Tractatus de Palae annuli magicae, cujus adminiculo incantamenta confiunt et praestigiae, fabrica et usu, 36 folia efficiens. [Hunt. 288.]

CMLIV.

Codex chartaceus, absque anni exaratus mentione, folia 46 implens. Ibi repraesentatur Tractatus de Machinis hydraulicis, ex philone et archimede Graecis collectus, idemque quatuor atque quadraginta iconismis instructus, cui hic praefigitur titulus: Liber de ponderum vi, et globulorum catenis, et rotis aquariis, et vasis seu haustis, et similibus. Collegit quidam iran. [Marsh. 669.]

CMLV.

Codex chartaceus, anno a christo nato 1607, scriptus, complectens Indicem Geographicum, hoc est, Nomina regionum, civitatum, fluminum, insularum, montium, locorum omnium, quorum apud Geographum Nubiensem facta mentio est, collecta, et ordine alphabetico digesta, auctore guil. bedwello. folia, quae scripturam continent, pauca sunt. [Seld. 3204, 71.]

CMLVI.

Codex bombycinus, fine truncus, foliis tamen 50 constans. Complectitur Tractatum de Geomantia sive de Arte ex punctis divinandi, quae in terra per manum exarantis fiunt, et in certas figuras disponuntur. Inscribitur : Dostderiorum Scopus. Auctor est abu nasr ben tarKhan alfarabi, Cujus mors ad annum Hegirae 343 refertur. [Marsh. 216.]

CMLVII.

Codex bombycinus, anni nota carens, 40 folia complens. Continet Tabulas Astronomicas secundum menses Arabum, Persarum item et Graecorum. Nullum de auctore verbum. [Marsh. 374]

MATHEMATICI et GEOGRAPHI.

IN QUARTO.

CMLVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 635, CHRISTI 1237, exaratus, foliis 210

208 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

210 constans. Ibi repraesentantur euclidis Elementorum Libri xv. quorum decem et tres priores vertit isaac ben honain, recensuit thabet ben corrah ; duo autem posteriores, qui hic hYpsicLI tribuuntur, interpretatus costa ben luca est. Figurae adjunctae sunt. [Thurst. 3978, 11.]

CMLIX.

Codex bombycinus, formae oblongae, foliorum 268. Exhibet Operis, Literatorum Societas dicti, partes posteriores duas: ubi de anima rationali juxta pYthagorae et Suphitarum doctrinam, de intellectu et intelligibili, de siderum revolutionibus, illorumque in corpora influxu, de Mundo, quatenus ille homo est magnus, de resurrectione, extremo judicio, de legibus divinis, religionibus, via ad Deum ducente, animae immortalitate, de Prophetia, Deo, Angelis. [Pocock. 261.]

CMLX.

Codex bombycinus, punctis diacriticis destitutus, quo continentur :

- 1°. AuTOLYci Liber de Sphaera, quae movetur, figuris duodecim, foliis quinque constans.
- 2°. Theodosii Sphaericorum Libri tres, figuras 59, folia 25, complectentes.
- 3°. Archimedis Liber de Circuli dimensione, figuras tres, folia tria, continens.
- 4°. Aristarchi Liber de magnitudinibus et distantiiis Solis ac Lunae, cum septemdecim figuris, 6 folia efficiens.
- 5°. Euclidis Data, cum nonaginta quinque figuris; interprete IsaaCo, quem thabet emendavit. Liber 15 folia habet.
- 6°. Thabeti Liber Determinatorum cui figurae triginta sex, folia sex sunt. Geometrica continet problemata.
- 7°. Archimedis Assumpta sive Lemmata, Arabici juris facta a thabet ben corrah Liber constat 7 foliis.
- 8°. Musaidum, qui sunt Mohammed, alhasan et ahmed, de Figurarum dimensione liber, 12 folia implens. [Marsh. 709.]

CMLXI.

Codex bombycinus, folia 95 complens. Ibi exhibentur Tabulae Astronomicae ad Mohammedanorum usum, qui ad obeunda singulis diebus quinque suae precationis munia, et jejunia celebranda, omnia temporum momenta religiose observant: auctore shemseddin Abu abdalla mohammed ben mohammed alkhali, qui Damasci in templo Ialbagi temporum et horarum signator et annotator fuit. [Marsh, 95.]

CMLXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1048, christi 1638, exaratus, foliis 70 constans. Eo continetur shemseddini mohammed ben mohammed ben ahmed, cujus pater vulgo ibn algazal, ipse autem sebth Almardini, vocatur,

vocatur, Directio Studiosorum, hoc est, Commentarius in Tractatum arithmeticum, quem shehabeddin ahmed ben ali ben emad, cujus Pater vulgo ibn alhaim appellatur, conscripsit, et Adminiculi titulo insignivit. [Hunt. 57°.]

CMLXIII.

Codex chartaceus, vetus, folia 150 implens. Exhibet Compendium Geographicum, Tractus et Provinciae inscriptum, agens de regnis, regionibus, defertis, locis periculosis, septem climatibus, oppidis, emporiis, maribus, montibus, fluviis, incolis, vectigalibus, tributis. Auctor est abulcasem ben haucal. [Hunt. 538.]

CMLXIV.

Codex bombycinus, quem mohammed ben jusof ben abdalCader ben mohammed Damiatensis, qui in Collegio Sultani almalek alashraf barsebai horarum annotator fuit, anno Hegirae 988, christi 1580, exscripsit. Ibi reperitur Tractatus, Cum figuris, de omnium Instrumentorum Astronomicorum constructione et usu, sexaginta sex sectionibus, foliis 97 Constans, titulumque hunc prae se ferens: Principia et Fines. Composuit anno Hegirae 561 abu nasr samuel ben jahia ben abbas Mauritanus; almansuri Scholiis illustravit. [Hunt. 539.]

CMLXV.

Codex Chartaceus, anno Hegirae 1006, CHRIS TI 1597 exaratus, folia 160 efficiens. Complectitur Tractatum Geographicum, qui Operis, Rerum Creatarum mirabilia inscripti, pars est tertia. Dissertitur ibi de regionibus, maribus, insulis, fluviis, fontibus, puteis, montibus, oleribus, animalibus, plantis, mineris, defertis. Auctor vocatur abu HAMED ALANDALUSI [Hunt. 565.]

CMLXVI,

Codex bombycinus, non una scriptus manu, quo continentur:

i°. Almodhaffer ben jaHia, qui vulgo alshemuli vocatur, Institutio Arithmetica sive de Numerorum disciplina tractatus, foliis 34 constans.

2°. Libellus duplex de dividenda ex lege haereditate, novem folia complens. Alter in dialogi compositus morem est. Auctorum nomina absunt.

3°. Gelaeddini almahali in anonymi de distribuendis haereditatis bonis tractatum, Regia via dictum, Commentarius, 20 folia continens.

4°. Commentarius in shehabeddini ahmed ben alhaim Oblectamentum Arithmeticum sive de Numerorum scientia tractatum, 50 folia efficiens. Commentator salutatur shehabeddin ahMED BEN MOHAMMED, VULGO ALGAZI

5°. MoHAMMED ben faKhreddin ben cais alordHi Commentarius in proxime

210 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

proxime dictum algazi. commentarium, titulum Animadversionum prae se ferens, et folia 103 implens.

6°. Poema de Algebra et Comparisonibus, Jasminicum ab auctoris nomine ben jasmin appellatum, adjunctum habens Commentarium, quem shehabeddin ahmed ben alhaim Aegyptius conscripsit. Constat 66 foliis, quorum postrema duo de ponderibus et mensuris agunt.

7°. Commentarius in ben alhosain albarini de Testamentis et Haereditatum divisionibus Poema, quod hoc titulo gaudet: Subtilitates momentosae. Auctor commentarii jahia ben takieddin ismael alfardhi Shapheita. Liber habet 78 folia. [Hunt. 194.]

CMLXVI.

Codex chartaceus, anno AErae Diocletianae 1258, christi 1541, exaratus, foliis 225 constans. In eo habetur Operis Literatorum Societas inscripti, Pars secunda, agens per septemdecim Epistolas de rerum naturalium scientia, de coelo et mundo, de generatione et corruptione, de meteoris, de metallis, de natura, illiusque operationibus, de plantis, de animalibus, de corporis compositione, facultatibusque animae, de sensu et sensibilibus, de siderum influxu, de microcosmo, de animae ortu, de intellectus humani limitibus, de vita et morte, de praemio et poena, de linguarum diversitate, ejusque causis. Recensuit soliman algazzi, Philosophus, Monachus, misitque in Aegyptum ad Amicos suos. [Pocock. 178.]

CMLXVII.

Codex chartaceus, multiplici scriptus manu, ubi reperiuntur:

10. Cadhi zadeh alrumi in algiagmini de Sphaera compendium Commentarius, figuris triginta, foliis 65 constans. Exaratus est anno Hegirae 1009, christi 1600.

2°. Propositiones triginta quinque, ex euclidis Elementis excerptae, atque Figurae fundamentales appellatae, auctore alsamarcandi. Habet liber novem folia.

3°. Abi abdalla mohammed ben ibrahim Aleppini, Hanbalitae, Liber memorialis, agens per quinque folia de Medio Geometrico, hoc est, de eo, quod in Geometricis demonstrationibus fundamenti locum habet.

4°. Logistica mohammed sebth almardini, Veritatum Subtilitates inscripta, 23 folia efficiens.

5°. Tractatus de Tabulae Sexagenariae usu, Fulgens unio dictus, cui folia quinque. Auctor est ezeddin abdalaziz alvafai.

6°. sheMseddini mohammed ben ahmed ben abdalrahim almezzi de Quadrantis perfecti fabrica et usu Tractatus, capita 35, folia 12 continens.

7°. Ejusdem Tractatus de Quadrantis truncati descriptione et usu, capita decem, folia octo complectens°.

8°. Almardini Flores sparsi sive de modo memorati Quadrantis usu libellus, cui capita sunt viginti, folia quinque.

9°. Opusculum moHammed ben moHammed

20 6 CODICES MANUS CRIPTI ARABICI.

HAMMED BEN ABIBEKR ALTIZINI a Alepentis de Quadrante perfecto, Capita duodecim, folia octo comprehendens.

10. Liber de Astrolabii construendi et utendi methodo, Capitibus nonaginta, foliis 30 constans, Coniposuit omnia BEN ABDALAZIZ BEN ABILSALAT b, Siderum spectator.

11. Ali ben isa Organopoei de Planisphaerio tractatus, folia decem et tria complens,

12°. SHEMSEDDIN MOHAMMED BEN AHMED BEN ABDALRAHIM ALMEZZI de eodem argumento libellus, sex folia implens.

13. Tractatus, Facilis via dictus, de compositione et resolutione, sive Methodo, qua Tabulae Astronomicae confici debent. folia 28 efficiens. Hujus auctor SHEHABEDDIN BEN ALMAGIDI.

14°. Tabulae anonymi Chronologicae. Tabulae Geomanticae. Decem sectiones ben almagidi de temporum per Quadrantem cognitione. [Hunt. 193.]

CMLXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 973, christi 1565, transcriptus, foliis 60 constans, quo comprehenditur Tractatus de Clepsydris versatilibus, in partes tres distinctus, titulumque hunc prae se ferens: Stellae fulgentes. Pars prima Clepsydras arenarias describit; secunda agit de variis Clepsydrarum aquariorum speciebus; tertia Clepsydras, rotis aut ferreis, aut aereis, aut ligneis, instructas exhibet. Adjunguntur iconismi. Salutatur auctor alcadhi takieddin ibn ALCADHI, Vulgo EFENDI DAMIATH. [Hunt.557.]

CMLXIX.

Codex chartaceus, anno Hegirae 982, christi 1575, exaratus, folia 255 complens. Complectitur Librum de Astrologia genethliaca, ex hermete hermetum, abumasharo, plAtone, khattano, galeno, aliisque conflatum: ubi multa de genituris, hominum temperamentis, moribus, casibus, morbis, hostibus, fortuna. De auctore non constat. [Marsh. 96.]

CMLXX.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 128 implens. Ibi occurrit Tractatus de Instrumenti Astronomici, quod Universale nuncupatur, praestantia et constructione, deque Problematum Astronomicorum per illius usum resolutione, in quinque Sectiones, plura capita complectentes, distinctus : auctore abu mahmud hamed ben alkhadhar alhogendi. Accedunt octodecim figurae. [Hunt. 566.]

CMLXXI.

Codex chartaceus, varia scriptus manu, ubi reperiuntur :

i°. Commentarius in ibn abILregIal Carmen de Astrologia judiciaria, anno Hegirae 1052, christi 1642 exaratus, foliis 77 constans. Auctor est ahmed ben alKhathib alcasantini<sup>1</sup>.

2°. Tractatus quadripertitus de Judiciis Astrologicis, ex Zodiaci signis, Stellarum et Planetarum observationibus, folia 21 complens. Composuit ahmed ben tamarbai, inscripsitque : Sequelae experientia nixae.

3°. Abdal-



212 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

3°. ABDALRAHMAN ALSALEHI BEN MOHAMMED ALGIAUHARI EliXir, hoC est, de mystica literarum Arabicarum virtute libellus, sex folia efficiens.

4°. Opusculum, sub Magni commodi titulo de cognoscendo Nili statu, ejusque incremento, per duo folia disserens. Hujus auctor ABDALAZIZ ALVAFAI.

5°. Othman alfui Carmen Lamiat de variantibus Alcorani Lectionibus secundum decem Lectorum insignium placita, 10 folia complectens.

6°. Stricturae Arithmeticae : auctore SHEHABEDDINO BEN OMAD ALHAIM. Liber habet novem folia.

7°. Sebth almARDrNi de Quadrante truncato, ejusque usu, Tractatus, Sufficiens dictus, cui folia 10.

8°. Libellus de Sextante Astronomico, quatuor foliis constat. Auctor vocatur EZZEDDIN ALVAFAI

9°. Ibn abi shaker Mauritani de Chataiorum et Igurorum Epocha Tractatus, cum tabulis, 13 folia implens.

io°. Liber, Oculorum oblectamentum inscriptus, de Quadrantis Astronomici usu, 17 folia efficiens. Publici juris fecit ABDALAZIZ ALVAFAI.

11°. ABDALRAHMAN ALTAGIURI de temporum cognoscendorum ratione Tractatus, novem folia continens.

12°. Expositio Paschatis Christi, cum tabulis, auctore abulkhair mohammed altahan alamiuni k. Octo foliis constat.

13. Methodus Festa Christianorum inveniendi, sex folia complens. Confecit khedher alcabani. [Hunt.192.]

CMLXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 972, christi 1564, exaratus, foliorum 170. Continet Opus Geographicum, Regionum repraesentatio dictum, agens de maribus, lacubus, fluminibus celebrioribus, montibus, climatum mensuris, denique ordine alphiabetico de regnis et urbibus. Litera est inconcinna, inelegansque. Altum de auctore silentium. [Marsh. 596.]

CMLXXIII.

Codex bombycinus, magnani prae se ferens antiquitatem, folia 66 complens. Exhibet eam Astrologiae judicariae partem, quae de Orbis habitabilis statu, Regum rebus, urbium principiis et excidiis, imperiorum et regnorum fatibus, ubi et quando bella, seditiones, diluvia, pestilentiae, et similia contingant, divinat. Inscibitur: Conjunctionum Judicia Auctor est ibn avshia. [Hunt. 226.]

CMLXXIV.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 70 efficiens Complectitur Tabulas Astronomicas motuum quinque Planetarum, Saturni nempe, Jovis, Martis, Veneris et Mercurii, ad meridianum Damasci accommodatas : auctore mohammed ibn aLattar [Laud.A.50.]

CMLXXV.

213 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

CMLXXV.

Codex bombycinus, luculente, absque anni mentione, exaratus, foliis 200 constans. Eo comprehenditur Astrologia judiciaria, in capita septem diducta, cui haec est inscriptio : Horti floridi et Deambulationes jucundae. Caput primum agit de Orbibus coelestibus, illorumque motibus; secundum de Planetis, horumque judiciis; tertium de stellis fixis, illarumque proprietatibus ; quartum de domiciliis Lunae, sideribusque ad occasum vergentibus; quintum de meteoris et quatuor elementis; sextum de seculo, tempore, annis, mensibus, noctibus, diebus; septimum de Mohammedanorum, Persarum, Coptorum, judaeorum, Festis et Solennitatibus. Figuris et auctoris nomine caret. [Hunt. 335.]

CMLXXVI.

Codex bombycinus, folia, quorum nonnulla loco mota, 75 efficiens. Ibi reperitur Tractatus de Sphaera, Certa Demonstratio inscriptus, qui capita habet triginta sex, quorum viginti duo Sphaeram coelestem exponunt; quatuordecim ad explicandam Sphaeram terrestrem pertinent, occurrentibus utrobique figuris. Illius auctor behaeddin abu mohammed AlKhorAkIc. [Bern.3.]

CMLxxvii.

Codex chartaceus, musteus, complectens foliis 58 Librum, Studiosorum Directio dictum, quo nimirum bedREDDIN MOHAMMED SEBTH ALMARDInI Tractatum illum de Arithmetica, quem SHEHABEDDIN AHMED BEN ALI BEN EMAD ALHAIM<sup>f</sup> Conscripsit, et Adminiculum appellavit, explicat. Opus constat praefatione, tribus partibus, corollario. Praefatio figurarum valorem et enuntiationem considerat. Pars prima agit de Elementis numerorum integrorum ; secunda, de Elementis numerorum fractorum ; tertia, de Radicis quadratae e dato numero extractione. Corollarium Proportiones exponit. [Pocock. 90.]

CMLXXVIII.

Codex bombycinus, anni expers notae, quo comprehenduntur :

i°. Liber, hunc ridiculum prae se ferens titulum : danielis Prophetae Narratio. Continet per quindecim capita, et 56 folia, variarum rerum praedictiones ex Stellis, Planetis, EclipSibus, Halonibus, annorum ingressu.

20. Tractatus de Sirii sive Canis majoris ortu, et inde ferendis judiciis ac prognosticis, 26 folia efficiens. Hermeti hermetum tribuitur. [Marsh. 513]

CMLXXIX.

Codex bombycinus, nitida exscriptus litera, foliis 70 constans. Complectitur Tractatum de Sphaera utraque, coelesti nempe et terrestri, qui inscriptionem hanc habet: Problematum Meta\ Figurae egregie delineatae sunt. Composuit ali ben ibrahim ben mohammed ben alshather <sup>k</sup>. [Marsh. 501]

CMLXXX.

Codex bombycinus, nitide, absque anni exaratus mentione, ubi reperiuntur :

1°. AviCENNAE ad abulhosain ahmed alsahali Epistola de terrae in medio

214 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

medio Universi situ, decem sectiones, et septem folia complectens.

2°. Ejusdem Epistola, qua ad abilrihan de Coelo et Mundo Quaesita respondet, 18 foliis constans.

3°. Mohammed ben abdalrahim AlAsuI Epistola ad omar ben ibrahim alkhaiami decreatione Mundi, et praecipue hominis, hujusque ad Deum colendum obligatione, sex folia efficiens. Subjungitur Libellus duplex, ad Ontologiam pertinens, auctore ibrahIm alkhaiami.

4°. Tractatus AvicENNAE de Oratione, ejusque conditionibus, sectiones tres, folia septem continens. Sequitur Libellus duplex de existentia Dei, ejusque cognitione: auctore zineddin ben ali.

5°. AvicENNAE Comentarius in tres postremas Suratas, septem folia complens.

6°. Ejusdem Epistolae duae ad abi said ben abilkhair, prior de sepulchrorum visitatione et precum ratione, altera de vitae subsidiis.

7°. Ejusdem in Librum quendam Theologiae titulo insignitum commentarius, 15 foliis constans.

8°. Ejusdem de apparentibus corporum distantiiis libellus, tria folia implens.

9°. Ejusdem Epistola, qua tribus quaestionibus, sibi propositis, de Ente, de non Ente, de Uno, satisfacit.

io. Ejusdem Tractatus de Philosophiae divisione, septem folia efficiens.

ii°. Ejusdem Liber de unitate et attributis Dei, 13 folia complens.

12°. Ejusdem de amore Tractatus, 12 folia continens. [Marsh. 536.]

CMLXXXI.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 200 efficiens. Complectitur Opus Magicum, in quinque partes distributum, et hoc titulo praeditum: Arcanum abditum de Arcanis siderum. Pars prima disserit de Magiae utilitate et principiis; secunda, de siderum natura et viribus; tertia, de telesmatibus, amuletis, praestigiis, incantamentis; quarta, de stellarum invocatione; quinta, de praxi. Auctor est fakhreddin alrazi. [Marsh. 125.]

CMLXXXII.

Codex bombycinus, polite, non commemorato anno, exaratus, ubi occurrunt:

i°. Compendium Astronomicum de methodo, qua Ephemerides conficiuntur, foliis quadraginta, undecim capitibus constans, et titulum hunc prae se gerens: Intelligentis lucrum, et via ad calculandos motus. Caput primum agit de celebrioribus aeris; secundum, de septem siderum vagorum cursibus; tertium, de essentialibus et accidentalibus stellarum qualitatibus; postremum, de cognoscenda quinque planetarum latitudine. Accedunt figurae quatuor, et tabulae divinatoriae tres. Auctor salutatur sHeHabeddin aHmed ben almagidi

2°. Tractatus Astrologicus de revolutionibus annorum mundi, et inde ferendis judiciis, capita xxxiii. folia 87 continens. Composuit mohieddin jahia ben ahmed ben abilsh aker. Mauritanus. [Marsh. 548.]

CMLXXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 991, christi 1583, exaratus, foliis 158 constans. Comprehendit Opus Geogra-

CODICES MANUS CRIPTI ARABICI. 215

Geographicum, Rerum Mirabilium Thesaurus inscriptum, cujus aucto<sup>r</sup> ibn alvardi. Ibi de Globo terraqueo, maribus, insulis, fluminibus, urbibus, fontibus, montibus, plantis, oleribus, fructibus, seminibus, gemmis et mineralibus, varii generis herbis, iis denique, quae extremum diem antecessura sunt, disseritur. [Marih. 339.]

CMLXXXIV.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 31 efficiens. Complectitur eam Operis de Asterismis partem, quae de iis agit stellis, quae sunt in Eridano, Libra, Lepore, Auriga, Virgine, Capricorno, Sagitta, Leone. Auctor salutatur abulhosaIn alsuphi. [Hunt. 273.]

CMLXXXV.

Codex chartaceus, non ita pridem exaratus, quo continentur:

1°. AviCENNAE de Musica Liber, quindecim sectionibus, quadraginta foliis constans.

2°. Abdalmumin alarmui de Periodis Musicis Tractatus, capita quindecim, folia octo et triginta complectens

3°. Chronicon Persicum, ab Orbe condito ad annum usque Hegirae 674 decurrens, disserensque per 62 folia de antiquis Patriarchis et Prophetis, de quatuor veterum Persidos Regum dynastiis, de Chaliphis, de variis dynastiis, quae Abbasidarum temporibus ortum habuere. Auctor illius abu said abdaLLa aLbeidhavi <sup>d</sup>. [Marsh. 161.]

CMLXXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 639, christi 1241, exaratus, quo continentur :

i°. Tractatus, Curiositas dictus, de Algebra, et modo per eam operandi, variasque quaestiones solvendi, foliis 51 constans. Composuit alhasan een alhAreth Alhobubi,

2\*. Liber octo foliorum, praecipiens de methodo, qua cumuli frumenti, in area congesti, pondus et mensura, antequam ponderetur et mensuretur, facile cognosci potest. Auctoris abest nomen.

3°. ABIBEK<sup>r</sup> aLKargi de Algebra Liber, 12 folia efficiens. [Seld. 3234, 22.]

CMLXXXVII.

Codex chartaceus, peregrinam redolens manum, cui folia 56. Eo continentur apoLLonii pergaei Conicarum Sectionum Libri tres posteriores, nempe quintus, sextus, septimus, breviori methodo demonstrati: auctore abulhosain abdaLmaLeK ben mohammed aLshirazi <sup>h</sup>, Persa. Figurae desiderantur. [Marsh. 207.]

CMLXXXVIII.

Codex chartaceus, eadem, qua prior, exaratus manu, foliis 23 constans. Complectitur Notas in apolloni pergaei de Conicis Sectionibus Libros, quintum, sextum, septimum\*. Adjectae sunt sex figurae. [Marsh. 208.]

CMLXXXIX.

Codex bombycinus, polite exaratus, foliis 387 constans. Complectitur Opus quadripertitum, Literatorum Societas dictum, disserens de Arithmetica, Geometria, Astronomia, Musica, Geographia,

## 216 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

phia, Logica, materia prima, forma, tempore, loco, motu, coelo et mundo, generatione et corruptione, meteoris, metallis, lapidibus, plantis, animalibus, corporis humani fabrica, sensu et sensibilibus, ortu animae, morte et vita, praemio et poena, anima rationali, amore divino, resurrectione, extremo iudicio, mundi destructione, legibus divinis, variis religionibus, magia. Auctor umagiriti. [Marsh. 189.]

### CMXC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 771, christi 1369, exaratus, cui folia 148. Eo continetur Tradatus, ad Astrologiam Telefmaticam pertinens, titulumque hunc prae se ferens : Sapientis Scopus. Constat quatuor partibus, quarum prima agit de horoscopis, sub quibus telesmata rebus applicari consecrarique debent; secunda, de siderum in characteres magicos influxu, illorumque ad incantamentum invocandorum ratione; tertia, de trium elementorum ad operationes magicas cum planetis concurrente vi; quarta, de Curdorum, Nabathaeorum et Ethiopum, incantandi arte. Salutatur auctor almagiriti, qui in Praefatione ait se, Librum alterum, qui Gradus Sapientis inscribitur, et totidem habet partes, anno Hegirae 348 absolvisse. [Marfli. 155.]

### CMXCI.

Codex bombycinus, caractere Africano, tineosus, foliorum 132. Continet Libri, cui Principia Finibus juncta titulus, Tomum secundum, ubi per varias sectiones agitur de Astrolabiorum, Quadrantum, Sextantum, aliorumque instrumentorum, fabrica et usu. Initium ducitur ab instrumentis sphaericis: postrema quatuor capita problematum Geometricorum resolutiones exhibent. Auctoris nomen abu ali almarakashi c. [Marsh. 154.]

### CMXCII.

Codex bombycinus, litera Mauritanica exaratus, foliis 196 constans. Ibi reperitur Commentarius in Quadripartitum PTOLEMIEIDE Apotelesmatibus et Astrorum Iudiciis, in partes duodecim distinctus, qui hunc prae se fert titulum: Explanatio Tetrabibli. Composuit abulhasan ali ben radhvan ben ali ben giaafar<sup>6</sup> Medicus. [Marsti.206.]

### CMXCIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 631, christi 1232, exaratus, folia 82 efficiens. Complectitur Itinerarium, Vice et Regiones inscriptum, ubi, praemissa de figura Terrae sphaerica dissertatione, ipsa describuntur regna, provinciae, locorum intervalla, mundi mirabilia, viatorum hospitia, itemque orbis ille pro quaque regione situs, ad quem precantes se convertere debent. Auctor est obaidalla ben abdalla ben khordadaba s. [Hunt. 433.]

### CMXCIV.

Codex bombycinus, absque anni exaratus mentione, folia 125 complens. Opus continet Geographicum et Historicum, ab abulhasan ali ibn alhosain ibn ali alhodeli<sup>h</sup> conscriptum, inscriptumque : Prata aurea et Gemmarum fodinae. Disseritur ibi de Creatione, Patriarchis, prophetis, gentibus variis, de terra, regnis, provinciis, septem

CODICES MANUSCRIPTI. ARABICI. 217

tem climatibus, maribus, montibus, astris, fluminibus, insulis, orbis mirabilibus, de Paganismo, Regibus, Chaliphis, principibus. Desinit in anno Hegirae tercentesimo tricesimo sexto. [Marsh. 183-]

CMXCV.

Codex bombycinus, anni expers notcae, foliis 185 constans. Eo comprehenduntur Tabulae Astronomicae, itemque Gnomonicae seu umbrarum, nec non Chronologicae, epocharum scilicet celebriorum, quae sunt Mohammedana, Persica, Graeca et Coptica. Liber praefatione caret. Auctor est negimeddin abu abdalla mohammed ben mohammed almisri [Marsh. 672.]

CMXCVI.

Codex bombycinus, splendide, non annotato anno, exaratus, folia 190 implens. Complectitur Opus, quod hunc prae se gerit titulum: Quaesita Astrologica. Agitur ibi, per capita varia et sectiones, de Judiciis astrorum sive praedictionum astrologiarum scientia. Conscripsit abu jusof jacub ben ali alcasrani c. [Marsh. 211.]

CMXCVII.

Codex bombycinus, litera lectu facili exaratus, foliis 214. constans. Ibi reperitur Ars divinatoria per literas, figuras, nomina et puncta, cui inscriptio est talis: Detectio Arcanorum. Ex hoc Libro, si auctori fides, tempora vitae, horae mortis, momenta nativitatis, somniorum significationes et visionum, quicquid singulis diebus, mensibus et annis, eventurum est, fures et latrones, victoria et clades, tempestates et terrae motus, defossi thesauri, facile cognosci possunt. Tribuitur Prophetae edris, qui enoch est. [Marsti. 228.]

CMXCVIII.

Codex bombycinus, anni carens nota, quo comprehenduntur:

i°. Institutiones Astronomicae, cum Tabulis, quas Salehinae dicuntur, ab auctoris nomine, qui salutatur, abdalrahman alsalehi. Agitur ibi de Planetarum motibus, conjunctionibus, eclipsibus, itemque de quatuor aeris celebrioribus, Mohammedana nempe, Persica, Graeca et Coptica. Liber folia 110 habet.

2°. Tractatus acephalus, idemque Persicus, de Siderum cursu, locisque eorum secundum longitudinem et latitudinem, folia 10 habens. [Hunt. 284..]

CMXCIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 880, christi 1475, exaratus, foliis 170 constans. Ibi repraesentatur Liber, ex Poetis et soluta orationis scriptoribus conflatus, agens, sub Selenographiae titulo, de Lunae phasibus, nominibus, encomiis, domiciliis, varietate menstrua, magnitudine, distantia, influxu in inferiora, luce. Initio desiderantur nonnulla. Auctor est abubekr ben abdalla albadari h. [Hunt. 493.]

M.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1028, christi 1618, exaratus, folia 78 efficiens. Exhibet Tractatum Astrologicum, Sideralis Scientia inscriptum, disserentem de siderum proprietatibus, ortu et occasu, de domiciliis lunae,

## 218 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

lunae, eorumque nominibus, de Zodiaci divisione et qualitate, de coelorum ac stellarum in haec inferiora influxu, de meteoris, pluviis, inundationibus, ventis. Composuit ibn cotaiba aldainuri. [Marsh. 531.]

### MI.

Codex chartaceus, litera Africana anno Hegirae 771, christi 1369, exaratus, foliorum 102. Eo continetur abilabbas ben albenna Exegesis Arithmetica hoc est, Tractatus de numerorum scientia, proportionibus, variorum problematum per Algebram resolutione, adjuncto Commentario, quem abubekr ibn zakaria<sup>b</sup> conscripsit. Initium desideratur. [Marsh. 354-]

### MII.

Codex bombycinus, luculente exaratus, folia 80 complens. Continet Tractatum Genethliacum, Nativitatum Judicia inscriptum, ubi, per decem et sex sectiones, disseritur de femine, horoscopo, educatione, partus tempore, aetate, rebus post nativitatem accidere solitis, nati felicitate, temperamentis, moribus, universo hominis statu, studiis, inclinationibus ad virtutes et vitia, parentibus, matrimonio, fratribus. Composuit abu mashar giaafar ben moammed albalkhi [Hunt. 546.]

### MIII.

Codex chartaceus, foliis 64 constans. In eo exhibetur Arabiae descriptio, Arabice ac Latine, ex abulpheda, et ejusdem Arabiae descriptio, Graece ac Latine, ex ptolemaeo, prelo, ut videtur, aptata. In principio haec occurrit nota: Non minus arida, et inculta est, haec Abulfedae descriptio, quam ipsa Arabia Petraea. J.Gravius. [Grav.3785,13.]

### MIV.

Codex chartaceus, anni nota carens, ubi habentur:

i°. Tractatus de Literarum Alphabeti Arabici arcanis proprietatibus, signorumque Zodiaci ad horoscopum conficiendum cognitione, folia 23 complens. Auctoris nomen abest.

2°. Libellus, Africae partem describens, Italice. Tres habet paginas. [Seld. 3279, 670]

### MV.

Codex bombycinus, non una exaratus manu, quo continentur:

i°. Tractatus Astrologicus, ex lingua Syriaca in Arabicam ab anonymo conversus, qui hunc prae se fert titulum: Signa et Argumenta de Impressionibus sublimibus, ex hermete, danielle et dhulcarnain, excerpta. Disseritur ibi de Solis et Lunae eclipsibus et halonibus, de fulgure, fulmine, tonitru, de ventis, nubibus, pluvia, grandine, iride, stella cadente, terrae motu, aeris mutationibus, annorum mundi conversione. Capita xxii. folia 73, habet.

2°. Geomantia, Excerpta de Scientia arenaria nuncupata, folia 22 complens.

3°. Astrologia Genethliaca, Collectanea appellata, folia 34 efficiens.

4°. Compendium Theologiae Scholasticae, Commentario, Acumina dicto, illustratum, cui folia 20. Utriusque auctOr SHEMSEDDIN MOHAMMED ALBASATHi, Malekita. [Hunt. 456.]

### MVI.

## CODICES MANUSCRIPTI. ARABICI.219

MVI.

Codex chartaceus, a s. clerico exaratus, cui folia 102. Complectitur abulphed, e Geographiae, tribus voluminibus descriptae, et cum aliis Exemplaribus collatae, volumen primum, agens de climatibus, maribus, lacubus, fluminibus, montibus, Arabia, Aegypto, Africa, Insulis Hispanicis. [Cler. 3919, 1.]

MVII.

Codex chartaceus, foliis 72 constans. Continet ejusdem Geographias Volumen secundum: in hoc sermo sit de Insulis maris occidentalis, syria, Mesopotamia, Parthia, Chorestan, Perfide. [Cler. 3920, 2.]

MVIII.

Codex chartaceus, folia 130 complens. Exhibet ejusdem Geographias Volumen tertium, disserens de Carman, sagestan, sinda, Indiarum regione, sinarum regione, Insulis maris orientalis, Graecia, Armenia, Aethiopia, aliisque ditionibus. In calce leguntur Turcicae quaedam narrationes. [Cler. 3921, 3.]

MIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 930, christi 1523, exaratus, quo continentur:

i°. shehabeddin abilabbas ahmed ben emad alacahasi<sup>a</sup>, shapheita, Manuctio ad Numeros Legis, hoc est, Commentarius in illa Jurisprudentiae loca, quae expressum numerum habent, foliis 214 constans.

2<sup>o</sup>. Carmen de Nominibus divinis, quatuor folia efficiens. [Marsti. 34.0.]

MX.

Codex chartaceus, 73 folia efficiens. Ibi leguntur additiones et variantes lectiones, ad abulphed, e Geographiam spectantes, quae collectae a s. clerico sunt. [Cler. 3922, 4.]

MATHEMATICI et GEOGRAPHI.

IN OCTAVO

MXI.

Codex bombycinus, imperita exaratus manu, ubi occurrunt:

i°. Tractatus de scientia numerorum, foliis 21 constans. Composuit alhasan ben mohammed alnisaburi, qui vulgo nidham<sup>d</sup> salutatur.

2<sup>o</sup>. Tractatus de eodem argumento, 28 folia complens. Nullum de auctore verbum. Caput primum de Numeris integris; secundum de Numeris, fractis; tertium, quod ultimum est, de Numeris astronomicis, praecipit.

3<sup>o</sup>. Carmina incerti auctoris, Perfice conscripta. Liber novem folia efficit. [seld. 3256, 44.]

MXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli florenis 26 emptus, quo comprehenduntur:

i°. Nasireddin mohammed ben mohammed ben alhasan althusi\* in euclidis Elementorum Libros xv. Commentarius, foliis 90 constans.

2°. Tractatus de Anima, tria capita, folia tria, continens. Caput primum de animae substantia; secundum, de animae immortalitate; tertium, de animas post hanc vitam aut felicitate aut miseria. Auctoris nomen abest.

3°. Avicennae Almagestum seu Magnae Constructionis Mathematicae Opus, 118



220 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

118 folia complens. Exaratum est anno Hegirae 671, christi 1272.

4<sup>o</sup>. Fragmentum Perficum, ad judicia de Ascendentibus pertinens, cui paginas tres. [March. 621.]

MXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 892, CHRIS TI 1484, exaratus, ubi reperiuntur:

i<sup>o</sup>. Opus Geographicum, disserens per 116 folia de Globo terraqueo, regionibus, urbibus, maribus, insulis, fluminibus, fontibus, puteis, montibus, lapidibus, plantis, oleribus, animalibus, avibus, atque iis, quae sub mundi finem eventura sunt. Titulum hunc prae se fert: Rerum mirabilium et peregrinarum Thefaurus. Composuit ibn alvardi.

2<sup>o</sup>. Abdalaziz ben ahmed ben said aldairini<sup>b</sup> Monile margaritis sparfum, hoc est, Poema de Resurrectione extrema, signisque, quae eam antecedere debent, tria folia efficiens.

3<sup>o</sup>. Liber historicus, Vas facchariferum inscriptus, constans praefatione, septem capitibus, conclusionem. Ibi de numeri septenarii, in iis maxime, quae ad Aegyptum pertinent, praestantia disseritur, idque foliis 70. Opus a shehabeddin ahmed ben jahia ben abibekr altelmesani, Vulgo abu hagela dido, anno Hegirae 757 contextum, et alnaseo Aegypti sultano dedicatum. [seld. 3281, 69.]

MXIV.

Codex bombycinus, tineofus, mutilus initio, cui folia 122. In eo habetur Tractatus Arithmeticus, praecipiens de numeris integris et fractis, illorumque additione, multiplicatione, divisione, de proportionibus et radice quadrata, denique de regulis, ad Geometricum calculum pertinentibus. Titulo et auctoris nomine caret. [Marsh. 367.]

MXV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 704, christi 1304, exscriptus, idque Alexandriae caractere Africano. Complectitur Compendium Geographicum, in Climata septem divisum, agens per 80 folia de regnis, provinciis, urbibus celebrioribus, insulis, montibus, promontoriis, maribus, paludibus, fluviis. Inscibitur: **Extensio Terrae** in longitudine sua et latitudine. Exscriptor vocatur abdalvahed alsalem altunesi<sup>5</sup>. Auctor est alhakim almagrebi\ [seld. 3288, 76.]

MXVI.

Codex bombycinus, polite, absque anni mentione, exaratus, foliis 185 constans. Opus continet superstitiosum, sic inscriptum: Arcana in proprietatum siderum scientia latentia'. Disseritur ibi de Telesmatibus, de artibus magicis, de variis amuletorum generibus, de precum ad astra dirigendarum formulis. Composuit fakhreddin alrazi. [seld. 3278, 66.]

MXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 835, christi 1431, exaratus, folia 60 complens. Exhibet Institutiones, cum Tabulis et Figuris, ad Gnomonicam sciothericam pertinentes, et hunc titulum prae se ferentes: **Columna memorialis** <sup>k</sup>. Liber est autographus, agitque de umbrae solaris annotatione in Planis inclinatis, horizontalibus, verticalibus, convexis;

CODICES MANUSCRIPTI. ARABICI. 221

vexis; de delineatione parallelorum diurnorum, longitudinis dierum et noctium; de signorum Zodiaci ortu et occasu. Auctor salutatur abdalrahman BEN MOHAMMED, vulgo IBN ALMOHALlebi \*. [Hunt. 494.]

MXVIII.

Codex bombycinus, densus et decorus, foliis 500 constans.] Ibi repraesentatur Opus anonymi Astronomicum, Memoriae adminiculum dictum, adjuncto Commentario, cujus auctor mohammed ben ahmed alkhafari <sup>c</sup>. Liber exaratus est anno Hegirs 932, christi 1525. Accedunt figurae. [Hunt. 483.]

MXIX.

Codex bombycinus, fine decurtatus, folia 84 efficiens. Continet Librum superstitiosum, Fontes veritatum et Expositio viarum inscriptum, atque in triginta capita distinctum, ubi inter alia disseritur de iis, quae cibi et potus vicem supplere possunt, de secretis aliorum indagandis, de suffumigationibus et incantamentis, de putrefactionibus, quarum ope plurima animalium genera producuntur, de stropholis et ellychniis, de tinclilibus et soporiferis, de philtris et poculis amatoriis, de contusione et liquefactione metallorum, de rerum hominumque occultatione, de feminibus, e quibus statim plantae sobolescunt, de cognoscenda lapidum natura, de morborum curatione.

Composuit abulcasem aliraci<sup>e</sup>. [seld. 3289, 77.]

MXX.

Codex bombycinus, anno Hegirs 681, christi 1282, Cairi exaratus, foliis 170 constans. In eo occurrit Ojjus quadripertitum, dialogorum conscriptum forma, quod hunc prae se gerit titulum: **Introductio ad Elementa scientiae Sideralis**. Pars prima agit de Geometria; secunda, de Arithmetica; tertia, de Mundi sphaera, ejusque partibus, et partium ordine, numero, loco, magnitudine, figura, motu, aliisque accidentibus; quarta, de judiciis astrorum. Auctor est abulrihan mohammed ben ahmed albiruni <sup>g</sup>, qui anno Hegirae 421 obiisse fertur. [Marsh. 572.]

MXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1015, christi 1606, exaratus, folia 240 complens. Complectitur Librum Geographicum, ab ibn alvardi conscriptum, et sic inscriptum: **Mirabilium Margarita**<sup>s</sup>. Disseritur ibi de urbibus, provinciis, finibus, maribus, insulis, monumentis, fluviis, fontibus, puteis, montibus, lapidibus, mineris, gemmis, plantis, fructibus, granis, oleribus, animalibus, avibus, variis herbis, resurrectionis die, terrae mutatione, coeli complicatione. Praemittitur Globi terrestris pictura. [Mar/h. 612.]

MXXIf.

Codex bombycinus, Persico scriptus caractere, folia 160 implens. Eo continetur Donum shahiticum <sup>h</sup>, hoc est, Opus Astronomicum, Veziro emir shah mohammed dedicatum: ubi de figura, forma et dispositione, totius mundi, de orbium coelestium numero, situ, revolutione, de siderum distantis et magnitudinibus, de dierum et noctium varietate, de eclipsibus. Auctor est mahmud ben masud alshirazi <sup>k</sup>, qui anno Hegirae 710 deceflit. [Marfli. 616.]

222 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

MXXIII.

Codex bombycinus, scriptionis destitutus aera, ubi reperiuntur:

1\*. Almagidi Veritatum detectio, hoc est, Liber de Arithmetica astronomica, et Tabula sexagenaria, 23 foliis constans.

2°. Ejusdem Donum amicis oblatum<sup>0</sup>, sive Tractatus de invenienda in precantium usum Meccana plaga, 6 folia complens.

3<sup>0</sup>. Ejusdem Hortus floridus, sive Tractatus de Quadrantis, qui Arcanus nuncupatur, fabrica et usu, 8 folia habens.

4<sup>0</sup>. Ejusdem Opinionum butyrum, sive Tractatus de temporum cognitione, et lunae phasi, 7 folia continens.

5<sup>0</sup>. Ejusdem Directio perplexi, sive Tractatus de dierum et noctium longitudinis annotandae ratione, 11 folia implens.

6°. Tractatus de Astronomia chronologica, 20 folia efficiens. Hujus auctor ahmed alnagiaiki\*.

7<sup>0</sup>. Almezzi Pratum floriferum<sup>6</sup>, hoc est, Liber de Quadrante astronomico, ejusque constructione et usu, 9 folia complectens.

8°. Libri duo de eodem argumento, quorum priorem, qui 5 foliis constat, almagidi conscripsit, alterius, cui folia 26, auctor est almaracashi.

9<sup>0</sup>. Libellus de Epochis Arabum, syrorum et Coptorum, 6 folia efficiens. De auctore non constat.

io°. Tractatus de cognoscendo precum tempore, 20 folia complens. Composuit abu amran mosa<sup>h</sup>. [Marsh. 601.]

MXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 592, christi 1195 exaratus, foliis paf, fim transpositis 120 constans. Ibi repraesentatur Opus anonymi, cujus titulus: Institutio de cognoscenda Kebla, et figendis Antistitum locis'. Prima pagina ex ezeddino alvafai stellarum quarundam nomina exhibet. Deinde in sequentibus methodus traditur, qua Meccana plaga, ad quam Mohammedani precationis tempore convertere se tenentur, facile ubique locorum inveniri potest. sequuntur tabulae, longitudines et latitudines urbium celebriorum continentes. Libri possessor shemseddin mohammed fuit. [Marsh. 592.]

MXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 945, christi 1538, exaratus, quo continentur:

i°. Opus anonymi, ad Astrologiam judicariam spectans, et foliis 20 constans. Initium desideratur.

2<sup>0</sup>. Tractatus anonymi de Constellationibus, 26 folia complens. Accedunt icones.

3<sup>0</sup>. Liber de Coeli et Terrae arcanis, 12 folia efficiens. Hunc prae se fert titulum : Volumen adami<sup>k</sup>.

4°. Collectanea, ad Astrologiam judicariam et Magiam pertinentia. [Marsh. 589.]

MXXVI.

Codex bombycinus, non una exaratus manu, ubi occurrunt:

i°. Tractatus anonymi de Harmonica

CODICES MANUSCRIPTI. ARABICI. 223

nica seu Musica, quindecim capitibus, 32 foliis constans. Adjunctae sunt tabulae et figurae.

2°. Tractatus de Musica, ex Graecorum libris excerptus, partes quinque, folia 84 complectens. Auctoris nomen abest.

3°. Tractatus de Musica, capita quindecim, folia 38 continens. Hujus auctor ABDALMUMIN ALARMUI.

4°. Avicennae de Musica Liber, 12 folia efficiens \ [Marsh. 521.]

MXXVII.

Codex bombycinus, polita exaratus litera, foliis 71 constans. Complectitur Librum, hoc praeditum titulo: Commentarius in Summarium de Sphaera. Pars prior agit de orbibus coelestibus, de sideribus, horumque magnitudine, distantia, motu, accidentibus. Posterior terrae considerat figuram, partemque ejus habitabilem, climata. Summarium mahmud ben mohammed ben omar algiagmini Perfice conscripsit. Interpres et commentator est cadhi zadeh rumi. [Marsti. 68.]

MXXVIII.

Codem bombycinus, anno Hegirae 889, christi 1484, exaratus, cui folia 234. Continet Opus Arithmeticum, agens de Numeris integris, de Numeris fractis, de Numeris geometricis, de Numeris astronomicis. Figurae nonnullae adjectae sunt mathematicae. Titulus est: Commentarius in Arithmeticam Solarem \ Auctoris nomen latet. [Seld. 3248, 36.]

MXXIX.

Codex bombycinus, duplici scriptus manu, quo comprehenduntur:

i°. Opus de Sphaera coelesti et terrestri, foliis, situ passim exesis, 12 constans. Accedunt duodecim figurae; pro reliquis spatia relicta. Nec titulus libri comparet, nec auctoris nomen. Ultimum caput de siderum distantibus disserit.

2°. Tractatus de variis Juris quaestionibus, ad haereditates relatis, 102 folia complens. Auctor est serageddin mohammed ben abdalrashid alsegiavendi<sup>1</sup>. [Pocock. 46.]

MXXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 733, christi 1332, exaratus, quo continentur:

i°. Alaeddin ben alshather, sacrae et publicae orationis, quae in celeberrimo Omniadarum templo celebratur, praeconis, de Quadrantis, qui ab ipsius nomine alaeus nuncupatur, constructione et usu, tractatus, capitibus l. foliis 57 constans,

2°. Ejusdem de calculandis astrorum motibus libellus, hunc prae se titulum ferens : Proportionis sexagenariae usus. Habet paginas sex, 3°. Tractatus de Quadrantis, qui Universalis appellatur, fabrica et usu, 22 folia complens. Inscribitur : Donum auditoribus oblatum. Auctor est ali ben ibrahim ben mohammed bcn alhemam alansari Sequitur oratio, pio Mohammedano recitanda. [Seld. 3276, 61.]

MXXXI.

## 224 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

### MXXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1012, christi 1603, exaratus, foliorum 42. Complectitur Munus amicis datum, hoc est, Librum, ubi disseritur de Arithmeticae astronomicae regulis, de aeris Mohammedana, Graeca et Coptica, de precum tempore, de coeli seu mundi situ, qui inter orandum respici debet, de horoscopo. Constat praefatione, septem capitibus, conclusione. Composuit MOHAMMED BEN MOHAMMED BEN ABILKHAIR ALARMIUNI<sup>b</sup>, Malekita. [Marh. 62.]

### MXXXII.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 61 complens. Ibi reperitur Tractatus bipartitus, hoc praenotatus titulo: Cogitationum Partus de Dierum et Noctium statu. Pars prima de annis et mensibus Arabum, aEgyptiorum et Graecorum, praecipit. In altera Tabulae exhibentur astronomicae ad Mohammedanorum imprimis usum, utpote qui ad obeunda singulis diebus quinque suae precationis officia, et jejunia celebranda, omnia temporum momenta religiose observent. Auctor est mohammed BEN OMAR BEN SADIK BEN OMAR ALBEKRI, Vulgo ALFAVANISI. [Seld. 3311, 99-]

### MXXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 720, christi 1320, exaratus, foliis 84 constans. Ibi illa exhibetur Astrologiae pars, quae ex astrorum qualitibus et motibus, ortibus et occultationibus, itemque lunae mansionibus, pluvias, inundationes, frigora, calores, tonitrua, siccitates, ventos, aliasque aeris mutationes, colligit ac praedicat. Titulus libri: Siderum occasus. Auctor salutatur abu mohammed abdalla ben moslem ibn cotaiba aldainuri [Hunt. 480.]

### MXXXIV.

Codex bombycinus, nitide exscriptus, quo comprehenduntur:

i°. Liber de Lunae phasibus, cum Tabulis motuum Solis et Lunae, 24 foliis constans. Inscibitur: Expositio argumentorum. Auctoris nomen latet.

2°. Tractatus de proportionis sexagenariae usu, 18 folia complens. Hunc prae se fert titulum : Margarita lucida <sup>h</sup>. Adjicitur eo pertinens tabula. Auctor est alvafai.

3°. Carmen, Jasminum dictum, de Algebra et comparationibus, tria folia efficiens. Nullum de auctore verbum.

4°. Commentarius anonymi in segiavendi librum de Algebra et comparationibus, 25 folia implens <sup>k</sup>.

5°. Tractatus de mystica literarum Arabicarum virtute, 10 folia continens. Titulus ejus: Conclusiones [Marsh. 636.]

### MXXXV.

Codex bombycinus, oblongus, ubi reperiuntur :

i°. Liber de Tabulae sexagenariae constructione et usu, 33 folia complens. Auctor est shehabeddin ahmed alhalabi <sup>n</sup>, publicae precationis in Ommiadarum templo praeco.

2°. Tabulae

CODICES MANUSCRIPTI. ARABICI. 225

2°. Tabulae; sinuum, declinationum, sagittarum, umbrarum, quas mohammed ben mohammed ben abibekr altizini <sup>a</sup> anno Hegirae 896 collegit, ediditque. [Marsh. 75.]

MXXXVI.

Codex bombycinus, nitidis exaratus literis, complectens foliis 105 Opus, Juncta Margaritarum Series <sup>b</sup> inscriptum, ubi Sermo sit de Mysterio maximo, in Scientia membranas latente. Membrana intelligitur ea, super qua ali et giafar res omnes, ab ineunte Hegira ad finem mundi eventuras, figuris et characteribus mysticis expresserunt. Plena tamen, perfectaue characterum illorum explanatio, mehedo cuidam, prope mundi finem nascituro, dicitur reservata. Composuit kemaleddin abu salem mohammed ibn thalha<sup>c</sup>. [Marsh. 519.]

MXXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 822, christi 1419, exaratus, ubi occurrunt:

i°. Compendium Arithmeticum, praecipiens per 86 folia de Numeris integris, de Numeris fractis, de radicis quadratae et cubicae e dato numero extractione. Auctoris nomen abest.

2°. Tractatus Persicus de Astrolabii, quod Septentrionale vocatur, constructione et utendi ratione, 92 foliis constans. Conscripsit gelali seu gelaleddin.

3°. Tractatus de Astrolabii, quod Universale appellatur, fabrica et usu, 16 folia efficiens. Multas habet figuras. Auctor est mohammed ben ahmed albiruni <sup>g</sup>. [Marsh, 701.]

MXXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 731, christi 1330, exaratus, foliorum 60. Ibi exhibetur abi ali alhasan ben ali ben mohammed ben ibrahim almeruzi Mundus intelligibilis hoc est, Tractatus Astronomicus, tripartitus, disserens per varias sectiones de orbium coelestium positu, siderumque motu, de terrae figura, parteque ejus habitata, de temporibus, illorumque cognoscendorum ratione. Accedunt figurae. [Marsti ,93-]

MXXXI.

Codex bombycinus, oblongus, in quo habentur:

i°. Tabulae, ad inveniendas Arabum, Graecorum et Coptorum, Epochas pertinentes. Construxit mohammed ben mohammed ben abibekr altizini publicae orationis in Ommiadarum templo praeco.

2\*. Tabulae, ex quibus dierum et noctium per singulas anni tempestates longitudo, festorum et nundinarum solennium dies, celebriorum item urbium longitudo et latitudines, cognosci possunt. Auctor est abu abdalla mohammed alkhalili Hanaphita. [Seld. 3312, 100.]

MXL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 918, christi 1512, exaratus, foliis 80 constans. Complectitur Librum, Gemma Supellex inscriptum, ubi, praemissa in Arabum, Graecorum et Coptorum, Epochas disquisitione, disseritur per septemdecim capita de puncto verticali, de dierum et noctium longitudo,

226 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

dine, de tabularum usu. Sequuntur tabulae eo pertinentes. Auctor est shemseddin ben abilfatah alsufi",  
e Shapheitarum facta. [Seld.3313,101.]

MXLI.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, quo continentur:

i°. Collectanea, ubi de nominibus Dei, de mystica literarum Arabicarum proprietate, de fiderum invocatione, per 33 folia disseritur.

2° Anonymi Tractatus Turcicus de Quadrante Astronomico, ejusque fabrica et usu, 26 foliis constans.

3°. Fragmentum Turcicum de Astrolabio, quatuor paginas implens. Sequuntur duae paginae de mansionibus Lunas, Arabice.

4°. Libelli quatuor, quorum primus agit de Quadrante Perfecto; secundus, de Quadrante Geometrico; tertius, de Quadrante Truncato; quartus, de Instrumento, quod Circulus aEquantis inscribitur. Horum auctor mohammed almardini. [Seld 3309, 97-]

MXLII.

Codex bombycinus, oblongus, ubi reperiuntur:

i°. Opus de Quadrantis Astronomici, Destur dicti, constructione et usu, capitibus lx. foliis 50, constans. Titulum habet: Margaritae sparsae. Auctor est abu abdalla gemaleddin almardini<sup>b</sup>, horarum in urbe Cairensi observator. Idem opus bis hoc in codice occurrit.

2°. zlneddini abulberkat<sup>h</sup> Stellarum fixarum tabula, novem folia efficiens.

3°. Liber de Tabulae sexagenariae usu, 20 folia complens. Inscribitur Summus Gradus. Composuit abulfatah mohammed ben mohammed almisri.

4°. Tabulae, ad Siderum altitudines et ad Calendarium, pertinentes. [Marsh. 39\*1

MXLIII.

Codex bombycinus, anno Hegirs 1029, christi 1619, exaratus, foliorum 6. Complectitur Librum, Compendium brevissimum dictum, qui tractatus est de Quadrantis septentrionalis sive ad septentrionem conditi fabrica et usu, quindecim capitibus constans. Auctoris nomen abest. [Grav. 3799,27.]

MXLIV.

Codex bombycinus, initio mutilus, foliis 130 constans. Eo comprehenditur Opus, hoc praenotatum titulo : Commentarius in Compendium Geometricum avicennae. Sed titulus ille est mendax : namque agitur ibi de Arte, bene differendi modum tradente. Nullum de auctore verbum. [Marsh. 603.]

MXLV.

Codex chartaceus, foliis, quorum non pauca scriptura carent, 100 constans. Exhibet Tabulas Astronomicas, ad siderum scilicet latitudines, et ad altitudinum circulos, spectantes. Praefatio desideratur. [Marsh. 38.]

MXLVI.

Codex bombycinus, anni expers notae, foliorum 10. Ibi repraesentatur Tractatus

CODICES MANUSCRIPTI. ARABICI. 227

tatus de Superficiebus sphaericis, octo sectiones, quae Uniones vocantur, complectens. Prima inscribitur de parabolis; secunda, de orbium delineatione ; tertia, de horizonte ; quarta, de circulis parallelis; quinta, de punctis verticalibus; sexta, de aequatoris divisione; septima, de stellis capiti imminentibus, octava, de horis. Auctor est abulrihan mohammed ben ahmed albiruni <sup>b</sup>. [Seld. 3297, 85.] MXLVII.

Codex chartaceus, foliis 64 constans. Continet Tabulas, Notis numeralibus praeditas, quarum usus non indicatur. Paginae quaedam vacuae sunt. [Pocock. 58.]

LEXICOGRAPHI et GRAMMATICI IN FOLIO.

MXLVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 686, christi 1287, exaratus, foliis 260 constans. Ibi reperitur Dictionarii Arabici, in duos Tomos distincti, et Linguae Puritas nuncupati, Tomus prior, auctore abu nasr ismael ben hamed algiauhari <sup>a</sup>, in urbe Regni Turcarum Farab, quae Otrar hodie dicitur, nato. Is linguam Arabicam in Assyria et aEgypto didicit. Obitus illius ad annum Hegirae 398 refertur. [Laud. A. 178.]

MXLIX.

Codex bombycinus, polite exscriptus, folia 266 implens. Complectitur praecedentis Dictionarii Tomum alterum. Exemplar est, optimum. Auctor, etsi gente Turca, eos in linguae Arabicae cognitione processus fecit, ut Linguae Antistes dici meruerit. Hinc et ipsum Opus saepe Linguae Diadematis titulo insignitur. [Laud. A. 179.]

ML.

Codex bombycinus, anno Hegirae 911, christi 1505, exaratus, folia 317 efficiens. Eo continetur Lexicon Arabico-Persicum, in capita lxxxiv. dif tributum, inscriptumque : Linguae Arabicae Interpres. Ibi nomina et verba ordine digeruntur alphabetico, habita ratione trium vocalium. Opus ad utramque linguam perdiscendam per Utile. Auctor est ali ben nasrat ben davud <sup>s</sup>. [Laud. A. 116.]

MLI.

Codex bombycinus, splendide, non annotato anno, exaratus, foliis 268 constans. Ibi repraesentatur Dictionarii celeberrimi, in duo Volumina digesti, et Camus sive Oceanus appellati, Volumen prius, quod definit in decima septima Alphabeti litera. Auctor est magededdin mohammed ben jacub, cognomento alphiruzabadi, a patria Phiruzabad, notissimo urbis Shirazi castro ; unde aliquando etiam alshirazi nuncupatur. [Laud. A. 155.]

MLII.

Codex bombycinus, folia 239 complens. Exhibet antecedentis Dictionarii Volumen alterum. Natus est auctor anno Hegirae 729 ; et pene nonagenarius anno 816 vivere desiit. [Laud. B135-]

MLIII.



MLIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 981, christi 1573, exaratus, foliis 374 constans. In eo occurrit Lexicon Arabicum Turcice explicatum : auctore ekhteri ben shemseddin alcarahisari. Ex giuhario, aliisque celebrioribus Lexicographis, dicitur collectum. Ordo literarum servatur directus. [Laud. A. 157.]

MLIV.

Codex bombycinus, nitide anno Hegirae 952, christi 1545, exaratus, complectens foliis 345 Dictionarium Arabico-Persicum, peculiari methodo Poetarum usui accommodatum, ac Canon prudentiae appellatum : auctore abulfadhl hobaish ben ibrahim ben mohammed altaflisi, Medico. OpUS ex quinquaginta celebrioribus Lexicographis collectum. [Seld. 3173, 40.]

t

MLV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 875, christi 1470, exscriptus, folia 411 complens. Complectitur giuharii Lexicon Arabicum, a mohammed ben ahmed ben nagededdin ben gemaleddin Hanaphita in compendium contractum, inscriptumque: Epitome Puritatis Linguae [Seld. 377, 44-]

MLVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1038, christi 1628, exaratus, foliis 690 constans. Ibi reperitur Dictionarium Linguae Arabicae amplissimum, quod mohammed ben jacub ben mohammed alphiruzabadi composuit, ac Camus sive Oceanus inscripsit. Opus absolutum est Meccae, dedicatumque ben abbaso, Arabiae Felicis Principi [Laud. B. 128.]

MLVII.

Codex chartaceus, quo comprehenduntur:

i°. Syllabus vocum trilaterarum, quae pro triplici vocali primae radicalis, tres distinctas habent significationes, ordine digestus alphabetico: auctore cothrobo, qui anno Hegirae 216 obiisse fertur. Constat Poema quinque foliis.

2°. Vocabularium Hispanico-Arabicum, cum Syllabario Arabico, 36 folia complens. Libri sequentes impressi sunt.

3°. Geometria speculativa thome bravardini, recoligens omnes conclusiones Geometricas, studentibus Artium et Philosophiae aristotelis valde necessarias, simul cum quodam Tractatu de Quadratura circuli noviter edito. Par.

4°. Elementale Geometricum, ex euclidis Geometria a joanne voegelin Haylpronensi ad omnium Mathematices studiosorum utilitatem decerptum. Par. 1530.

5°. Magistri antonii trombete in Tractatum Formalitatum scoti sententia. Ven. 1502.

6°. Formalitates antonii syreti de mente ejusdem scoti : nec non stephani burliker, cum novis additionibus et concordantiis Magistri mauricii Hibernici in margine. Ibid.

7°. Conradi peutingeri Inscriptiones Augustanae revisae. Mog. 1520.

8°. Rob. grosthead Episc. Linc. Opuscula Philosophica. Ven. 1514.

9°. Adolphi oconis Inscriptiones veteres, in Hispania repertae. Heidelbergae 1596.

io°. Jo. bapt. riccioli Geographicae Crucis fabrica et usus. Bonon. 1643.

ii°. Frid.

CODICES MANUSCRIPTI. ARABICI. 229

11. Frid. Spanheimii Laudatio funebris frederici henrici Principis Auriaci. Leidae 1647.

12. Liturgia Judaeorum Paschalis, Hebraice, et ejus Versio Hispanica, cum picturis. Ven. 1629. [Seld 3339, 9.]

MLVIII.

Codex bombycinus, nitide, non commemorato anno, exaratus, foliis 330 constans. Complectitur Lexicon Arabico-Turcicum, ex celebrioribus lexicographis collectum, directoque literarum ordine dispositum: auctore mustafa ben shemseddin alcarahisari, vulgo ekhteri<sup>1</sup>. Ad oras plurimae conjectae notae. [Seld. 3176, 43.]

MLIX.

Codex bombycinus, concinne compactus, folia 550 complens. Ibi exhibetur Dictionarium Arabicum, quod mohammed ben jacub alhiruzabadi composuit, ac Camus sive Oceanus appellavit. Exaratum est eleganter anno Hegirae 1012, christi 1603, sed infida manu, pluribus passim omisiis. Auctor in Arabia diu vixit studiorum gratia, Meccaeque Lexicon hoc absolvit, et quidem primam ejus partem anno Hegirae 768. [Laud. B. 144.]

MLX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 942, christi 1535, exaratus, ubi continentur :

i°. Lexicon Arabicum, Perfice expositum, vocibus singulis secundum trium vocalium ordinem dispositis, auctore luthfalla halimi,. Constat foliis 150.

20. Vocabularium Arabico-Turcicum, folia 80 complens. Titulum hunc prae se fert: Puerorum Studia. Excripsit saleh ben hamza alcarahisari. [Pocock. 130.]

MLXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 850, christi 1446, exaratus, foliis 670 constans. Continet Dictionarium Arabicum, ordine alphabetico, et quidem recto, digestum, atque hoc titulo praenotatum: Impedimentorum remotio. Ibi voces obscuriores et difficiliores, quae in Traditionum libris occurrunt, per clariores et faciliores exponuntur, positae grandi litera Radicibus ipsis in margine. Praestantissimi operis auctor est ben alathir. Exscriptor vocatur mahmud ben jusof ben fakhreddin alharavi<sup>h</sup>. [Pocock. 220.]

MLXII.

Codex bombycinus, nitide exscriptus, folia 166 complens. Ibi exhibetur Dictionarii Arabici, Puritas Linguae nuncupati, Volumen primum, quod definit in Re, decima A<sup>J</sup>phabeti litera. Illius auctor abu nasr ismael ben hamad algiauhari. [Pocock. 340.]

MLXIII.

Codex bombycinus, nitidissime, absque anni mentione, exaratus, complectens foliis 340 Lexicon Arabico-Turcicum, ex giauhario, phiruzabadio, aliisque optimae notae Lexicographis collectum : auctore ekhteri ben shemseddin alcarahisari<sup>1</sup>. Subjungitur quinque paginarum libellus, ubi voces Persicae, in Arabicam linguam receptae explicantur. [Pocock. 364.]

## 230 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

### MLXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 723, CHRiSTi 1322, exaratus, folia 280 efficiens. Eo continetur Lexici Arabici, quod Puritas Linguae appellatur, Tomus tertius, qui ultimus est. Initium sit a Kaf, vicesima prima Alphabeti litera. Auctor algiauhari salutatur. [Pocock. 367.]

### MLXV.

Codex bombycinus, duplici scriptus manu, foliis 355 constans. Ibi reperitur Dictionarium Arabicum, anno Hegirae 602, christi 1205, partim, partim anno Hegirae 849, christi 1445, exaratum, quod ahmed ben phares ben zakaria alrazi <sup>b</sup> composuit, et Compendium appellavit. Lexicon nostro ordine Radicum conscriptum est. Auctor cum giauhario aetate conjunctus fuit. [Pocock. 30i.]

### MLXVI.

Codex bombycinus, nitide exaratus, folia 500 complens. Exhibet Lexicon Arabicum, Linguae Puritas inscriptum, auctore abu nasr ismael ben hamad algiauhari <sup>d</sup>. Vixit is in Mesopotamia et Syria, postea in Chorasani, ubi Opus suum edidit anno Hegirae 390. [Seld. 3179, 46.]

### MLXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 654, christi 1256, exaratus, ubi occurrunt:

i<sup>o</sup>. Dictionarium Arabicum, Mogreb nuncupatum, folia 173 complens. Illius auctor almotharezi <sup>f</sup>.

2'. Ejusdem Grammatica, in quatuor sectiones divisa : prima de Literis agit; secunda, de Nominibus; tertia, de Verbis; quarta, de Particulis. Liber constat 12 foliis.

3<sup>o</sup>. Carmen Grammaticum, ab ahmed ben mohammed almeldani conscriptum, et anno Hegirae 512 Commentario ab ipso illustratum, folia 20 complens.

4<sup>o</sup>. Khalil ben ahmed Libellus quo per duas paginas in id inquiritur, quamobrem pro Verborum paradi-gmate usurpetur.

5<sup>o</sup>. Tractatus de Rhetorica; Figuris et Schematibus <sup>h</sup>, 15 folia efficiens. Composuit abulhasan nasr ben alhasan alfergani Sequitur fragmentum de Verborum inflexione. [Pocock. 383.]

### MLXVIII.

Codex bombycinus, nitide, non consignato anno, exscriptus, folia 88 complens. Lexicon exhibet Arabicum, in capita viginti octo, quae singula in totidem abeunt sectiones, distributum ; quod, quia in voce definit, pro primo operis habendum Tomo est. Radices in margine litera rubra conscribuntur. Auctoris nomen non comparet. [Pocock. 365.]

### MLXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 569, christi 1173 exaratus, foliis 258 constans, quo comprehenditur Dictionarii Arabici, Linguae Diadema inscripti, Pars ultima, quae a voce incipit. Lexicon illud alias Linguae Puritas inscribitur; idque secundum diversa ipsius exemplaria, quorum tria vulgatissima sunt. Auctor salutatur abu nasr algiauhari. [Pocock. 380.]

### MLXX.

CODICES MANUSCRIPTI. ARABICI. 231

MLXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 986, christi 1578, Damasci exaratus, cui folia 322. Continet Opus apud Arabes celeberrimum, Liber viro erudito sufficiens nuncupatum, differens de rebus ad Grammaticam pertinentibus, idque per capita octo, ubi plurima ex Alcorano, Poetis et Grammaticis, proferuntur et illustrantur testimonia: auctore ben hesham, qui anno Hegirae 708 Cairi natus, anno 761 fato functus est. [Pocock. 289.]

MLXXI.

Codex bombycinus, anno Hegira: 968, christi 1560, exscriptus, folia 250 complens. Ibi reperitur Lexicon Arabicum, ex giuhari, zamakshari et motharezi, collectum, et Vocabulorum Collectio appellatum, in quo primum de Verbis, quae in certas dividuntur classes, deinde de Nominibus, sit. sermo. Auctoris nomen omisum est. [Pocock. 377.]

MLXXII.

Codex bombycinus, caractere Africano exaratus, folia 200 efficiens. Complectitur Dictionarii Arabici, vulgo Almuhakem, hoc est, verum et certum dicti, Tomum decimum, qui, ducto a litera Shin initio, ad vocem abrumpitur. Opus tali digestum artificio est, ut quaecunque Radices per metathesin literarum ex una oriuntur, eae ad unum caput referantur, v. g. Exponitur primum dein mox tandem et sic deinceps. Auctor vocatur abulhasan ali ben ismael ben saida alandalusi <sup>d</sup>. [Pocock. 166.]

MLXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 993, christi 1584, splendide exaratus, foliis 440 constans. Ibi repraesentatUr magededdini mohammed ben jacub ben mohammed phiruzabaditm Dictionarium, Camus sive Oceanus nuncupatum, cui partes sunt duae. Prima, quae anno Hegirae 768 dicitur absoluta, secundum Alphabeti ordinem primae syllabae ; altera secundum ordinem ultimae procedit. [Pocock. 358.]

MLXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 669, christi 1250, transcriptus, folia 100 complens. Eo comprehenditur Onomastici Arabici, tres in Tomos distincti, Tomus primus, desinens in Shin, decima tertia Alphabeti litera. Opus inscribitur : Verborum Arabicorum curatio a vulneribus<sup>B</sup>. Auctor est abu abdalla mohammed ben nas hvan ben said alhimiari, qui tertio Hegirae seculo vixisse fertur. [Hunt. 8.]

MLXV.

Codex bombycinus, foliis 126 constans. Exhibet praecedentis Onomastici, phrasibus stichisque Poetarum passim illustrati, Tomum tertium, qui occipit a Cas, vicesima prima Alphabeti litera. In frontispicio scribitur Tomus secundus, sed falso. [Hunt. 9.]

MLXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1090, christi 1679, exaratus, foliorum

## 232 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

liorum 226. Continet Dictionarium Arabicum, ordine alphabetico dispositum, et Candelabrum lucens, inscriptum, quod eo pertinet, ut voces et phrases difficiliore, quas in alrapHaEI Compendii Grammatici Expositione majore occurrunt, facilius excuti et intelligi possunt. Ullus auctor abulabbas ahmed BeN bedreddin ben mohammed ben ali alphaiumi <sup>b</sup>. Alphaium est: urbs aEgypti superioris, Heracleopolis olim dicta. [Hunt. 99.]

### MLXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirge 497, christi 1103, exscriptus, foliis 168 constans. Complectitur Lexici Arabici, Puritas Linguae inscripti, Tomum tertium, qui incipit a Radice media Aleph, et in terminatur. Salutatur auctor abu nasr ismael ben hamad algiauhari <sup>d</sup>. [Pocock. 308.]

### MLXVIII.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 564 complens. In eo reperitur Dictionarium celeberrimum, Arabice explicatum, et Camus sive Oceanus <sup>e</sup> nuncupatum ; cujus Radices literis rubris, Capita aureis, Sectiones caeruleis, pinguntur: auctore mohammed ben jacub alphiruzabadi, qui anno Hegirae 817 obiisse fertur. [Seld.3178, 45-J

### MLXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 675, christi 1276, exaratus, cui folia 174. Ibi occurrit zineddini abi ZAKARIA JAHIA BEN MOTI BEN ABDALnuri de Grammaticae Arabicae praeceptis Tractatus, Aphorismi Grammatici nuncupatus, cum Commentario, Expositio fructuosa dicto, quem geMALEDDIN HOSAIN BEN AIAZ, Vulgo ibn elias <sup>l</sup>, Grammaticus, conscripsit, absolvitque anno Hegirae 674. In Opere centum Grammatici laudantur, quinquaginta libri citantur. [Marih.

### MLXXX.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1090, christi 1679, nitide exaratus, folia 200 implens, comprehendensque Lexici giauharii Compendium ad explicandas voces difficiliore, in Alcorano et Traditionum libris occurrentes, titulo Excepta ex Puritate Linguae, audlore mohammed ben abibekr ben abdalcader alrazi <sup>k</sup>, qui fuas addit observationes. [Marsti. 203.]

### MLXXXI.

Codex bombycinus, foliis 325 constans, quo continetur mohammed ben jacub ph1ruzabadite Oceani sive Thesauri Linguae Arabicae, in duos Tomos digesti, Tomus prior, qui definit in voce media Ie. [Marsti. 199.]

### MLXXXII.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 250 efficiens. Complectitur praecedentis Oceani <sup>m</sup> sive Thesauri Linguae Arabicae Tomum alterum, qui a Radice incipit. [Marsh. 200.]

### MLXXXIII.

MLXXXIII.

Codex chartaceus, luculente, non annotato anno, exscriptus, folia 243 complens. Ibi Dictionarium exhibetur Arabicum, Praeparatio ad prudentiam inscriptum, et Duci exercitus abulmodhaffero atez ben khovarezmshah dedicatum, quod in partes abit quinque. Prima agit de nominibus; secunda, de verbis; tertia, de praepositionibus seu particulis; quarta, de inflexione nominum; quinta, de verborum conjugatione. Interpretatio Perfica et Latina accedit, sed perpaucis in locis. Auctoris nomen supprimitur. [Marsh. 412.]

MLXXXIV.

Codex bombycinus, anni expers notae, foliis 236 constans, quo continetur anonymi Commentarius in Grammaticam insignis Grammatici mahmud ben omar alzamakshari c, hunc prae se ferens titulum : Supplementum Tractatus Grammatici Liber Distinctionum inscripti. Dividitur opus in sectiones quatuor, quarum prima agit de Nominibus; secunda, de Verbis; tertia, de Particulis; quarta, de Promiscuis. Obiit zamakhshari anno Hegirae 538, christi 1143, annos natus unum et septuaginta. [Marsh. 436.]

MLXXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 990, christi 1582, exaratus, folia 650 complens. Complectitur orbi notum Oceanum, hoc est, Linguae Arabicae Thesaurum, cujus nempe auctor mohammed ben jacub alphiruzabadi. [Seld. 3174, 41.]

MLXXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 670, christi 1271, exaratus, quo continentur :

i°. Grammatica Arabica, notis marginalibus instructa, Caphia sive Sufficiens inscripta : auctore gemaleddin abu amru ben othman, cognomento ben alhageb, qui annos 75 natus, Alexandriae anno Hegirae 646 e vivis deceflit. Liber habet folia 49.

2°. Ezzi alzengiani Tasrif sive de Verborum Arabicorum inflexione Tractatus, 17 folia efficiens. Mortuus auctor anno Hegirae 655. [Marsh. 291.]

MLXXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 668, christi 1269, exaratus, foliis 366 constans. Ibi repraesentatur Tribunal Prudentiae, hoc est, Lexicon Arabicum, in usum imprimis Poetarum concinnatum, quod sex Libris absolvitur. Primus agit de Verbis Perfectis; secundus, de Surdis; tertius, de Similibus; quartus; de Triliteris; quintus, de Quadriliteris; sextus, de Hamzatis: praemisso singulis de Nominibus et Infinitivis tractatu. Auctor est isAAc ben ibrahim alfarabi<sup>h</sup>. [Pocock. 227.J

MLXXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1039, christi 1629, splendide exaratus, folia 510 complens, quo comprehenditur mohammedis ben jacub phiruzabadite Camus sive Oceanus, hoc est, Lexicon Arabicum, Arabice explicatum. Liber in frontispicio et postremo folio fulgentissimo coruscat auro; praeterea ad singula capita sex globulis

234 CODICES MANUSCRIPTI. ARABICI.

globulis aureis conspicitur ornatus. [Hunt.54.]

MLXXXIX.

Codex bombycinus, foliis 174 constans. Complectitur Dictionarium Arabico-Persicum, Fontium Corona inscriptum, auctore abu giaafar ahmed ben ali ben ahmed almocri albaihaki<sup>b</sup>, qui totus est in congerendis nominibus infinitivis. In calce ista occurrit nota : Haec sunt, quae ex Camuso excerptimus anno Hegirae 902. [Marsh. 123.]

MXC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 678, christi 1279, exaratus, folia 230 implens. Eo continetur Commentariorum in Grammaticam, Liber Distinctionum didam, Tomus primus. Grammaticam illam conscripsit giaralla abulcasem mahmud ben omar alzamakshari<sup>4</sup>, insignis Grammaticus, ac Mohammedicae legis peritus, qui natus est in oppido Khuarezmia Zamakhshar anno Hegirae 467. Commentator salutatur ben jaish. [Hunt. 152-]

MXCI.

Codex bombycinus, anno Hegirs 1504, christi 1644, exscriptus, foliis 333 constans. Complectitur ben jacub phiruzabaditie Dictionarii, Camus sive Oceanus appellati, partem primam, desinentem in Ain, quae octava decima Alphabeti litera est. [Hunt. 55.]

MXCII.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, 300 folia complens. Ibi occurrit ben hamad giauharii Dictionari, Puritas Linguae nuncupati, Pars secunda, quae, incipiens a radice terminatur in octava decima Alphabeti litera, quae Ain est. [Pocock. 397.]

MXCIII

Codex bombycinus, anno Hegine 681, christi 1282, exaratus, foliis 150 constans. Exhibet Commentariorum in giaralle alzamakshari Grammaticam, Liber Distinctionum dictam, Tomum tertium, qui est ultimus. Praecipitur ibi de particulis et orationis partibus. Auctor est ben jaish. [Hunt. 151.]

MXCIV.

Codex chartaceus, polite, non indicato anno, transcriptus, folia 325 complens, complectensque Dictionarium Arabicum, Perfice et Turcice explicatum, quod hunc prae se fert titulum : Præparatio ad prudentiam. Dividitur in partes quinque, quarum prima de nominibus; secunda, de verbis; tertia, de adverbis; quarta de nominum declinatione; quinta, de conjugatione verborum. Auctoris nomen non comparet. Ait tamen huncce Librum a se in gratiam abulmodhaffer attez ben khuarezmshah conscriptum. Fuit is Dux in Persarum Regis exercitu. [Marsh. 666.]

MXCV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 897, christi 1491, exaratus, foliis 190 constans, quo continetur Commentarius in Grammaticam ben alhagebi, inscriptam Caphia, titulo Fructus uberes, auctore ibrahim ben mohammed ben arabshah alesfaraini Cingitur opus variorum notis. [Marsti. 668.]

MXCVI.

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 235

MXCVI.

Codex bombycinus, luculente exscriptus, folia 282 efficiens. Ibi repraesentatur Lexici, Puritas Linguae dicti, Pars ea, quae tres literas, nimirum complectitur. Auctor est giauharius. [Pocock, 387.]

MXCVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 701, christi 1301, exaratus, foliis 194 constans. Complectitur zineddini abi zakaria ben abdalnuri, qui seculo Hegirae sexto floruit, de Grammatica Tractatum, Aphorismi Grammatici nuncupatum, cum Commentario, Fructuum perceptio dicto, quem ben aiaz, seculi Hegirae septimi scriptor, conscripsit. Liber passim a tineis erosus. [Hunt. 149.]

MXCVIII.

Codex bombycinus, nitidis exaratus literis, quo comprehenditur Dictionarii, Puritas Linguae inscripti, cujus auctor giauharius, Tomus tertius, incipiens a radice in desinens. Habet folia 400. [Pocock. 384.]

MXCIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 590, christi 1193, exaratus, quo continetur Dictionarii, Puritas Linguae nuncupati, Tomus quartus, qui est ultimus. Efficit folia 314. [Pocock.]

i°. Ahmedis ben mahmud ben omar algiondi Commentarii, Clavis appellati, in gearallae alzamakshari Tractatum Grammaticum, Liber Distinctionum dictum, Tomus prior, 170 foliis constans.

2°. Libellus de vocibus trilateris, quae ob variam apicum motionem, variam sortiuntur significationem, tria folia efficiens. [Laud. B. 125.]

MCI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 601, christi 1204, exaratus, folia 260 complens. Ibi reperitur Dictionarii Arabici, in duos Tomos digesti, et loquentiae Fundamenta inscripti, Tomus posterior, incipiens a litera quam aliae directa ferie, qualis nempe in Latinis Lexicis vulgo observatur, excipiunt: auctore gearalla alzamakshari [Hunt. 251.]

MCII.

Codex bombycinus, polite exaratus, foliis 200 constans. Exhibet Dictionarii Arabici, Puritas Linguae nuncupati, cujus auctor abu nasr algiauhari, Tomum primum, literas Elif et Be complectentem. Constat Opus Tomis duodecim. [Hunt. 313.]

MCIII.

Codex bombycinus, eadem, qua prior, exaratus manu, folia 212 complens. Continet Dictionarii Arabici, Puritas Linguae appellati, Tomum secundum, qui quatuor literas, nimirum complectitur. [Hunt. 3H-]

MCIV.



236 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

MCIV.

Codex bombycinus, eadem, qua prior, exaratus manu, folia 220 efficiens. Complectitur Dictionarii Arabici, Puritas Linguae inscripti, Tomum tertium, qui literas comprehendit. [Hunt. 315.]

MCV.

Codex bombycinus, eadem, qua superior, exscriptus manu, folia 208 implens. Exhibet Dictionarii Arabici, Puritas Linguae nuncupati, Tomum quartum, complectentem Re, quae decima Alphabeti litera est. [Hunt.316.]

MCVI.

Codex bombycinus, eadem, qua superior, exscriptus manu, foliis 204 constans. Repraesentat Dictionarii Arabici, Puritas Linguae dicti, Tomum quintum, qui literas et exhibet. [Hunt. 317.]

MCVII.

Codex bombycinus, eadem, qua superior, exscriptus manu, folia 218 complens. Ibi reperitur Dictionarii Arabici, Puritas Linguae inscripti, Tomus sextus, qui literas quinque, videlicet continet. [Hunt. 3i8.]

MCVIII.

Codex bombycinus, eadem, qua praecedens, exaratus manu, foliorum 216, ubi continetur Dictionarii Arabici, Puritas Linguae appellati, Tomus septimus, qui literas habet. [Hunt. 3»9-]

MCIX.

Codex bombycinus, eadem, qua praecedens, exaratus manu, foliorum 173. Eo comprehenditur Dictionarii Arabici, cui Puritas Linguae titulus, Tomus octavus, qui literas exhibet. [Hunt. 320.]

MCX.

Codex bombycinus, eadem, qua praecedens, manu transcriptus, foliis 244 constans, quo continetur Lexici Arabici, quod Puritas Linguae inscribitur, Tomus nonus, literam complectens. [Hunt. 321.]

MCXI.

Codex bombycinus, eadem, qua antecedens, manu exscriptus, complectens foliis 242 Dictionarii Arabici, cujus Puritas Linguae titulus, Tomum decimum, continentem literam cum parte [Hunt. 322.]

MCXII.

Codex bombycinus, eadem, qua antecedens, manu exaratus, folia 230 complens. Ibi occurrit Lexici Arabici, Puritas Linguae inscripti, Tomus undecimus, qui literas et exhibet. [Hunt. 323.]

MCXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 609, christi 1212, exaratus, folia 172 efficiens. Complectitur Dictionarii Arabici, Puritas Linguae nuncupati, Tomum duodecimum, qui ultimus est. [Hunt. 324.]

MCXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 989, christi 1581, exaratus, foliis 160 constans. Ibi occurrit Opus, Dicta familiaria hoc est, Scholia in difficiliora Dictionarii, Camus sive Oceanus in-

inscripti, vocabula continens, auctore mohammed bedreddin alcarafIa, Malekita. [Pocock. 221.]

LEXICOGRAPHI et GRAMMATICI IN QUARTO.

MCXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 956, christi 1549, exaratus, folia 356 complens. Exhibet giaharii Dictionarium Persice explicatum, et Sinceritas Linguae nuncupatum: auctore abulfadhl mohammed ben omar ben khaled, Vulgo giemaL aLcarshi e. Subjicitur nominum Persicorum, in Arabicam linguam receptorum, explanatio. [Hunt. 474.]

MCXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 994, christi 1585, Meccae exscriptus, foliis 270 constans, quo continetur Lexici Arabici, Eloquentiae Fundamenta dicti, Pars prima, desinens in quae decima quinta Alphabeti litera est. Plurima ibi tum Rhetorum, tum Poetarum loca et testimonia, singulis dictionibus accommodata reperias. Auctor est giaraLLa aLzamaKhshari. [Hunt. 471\*]

MCXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 645, christi 1247, Cairi exaratus, folia 180 efficiens. Complectitur Dictionarium Arabicum, recta literarum ferie dispositum, Mogreb nuncupatum, ubi difficiliora tantum vocabula explicantur: auctore naser abilmocarem almotharezi, id est Phrygione, qui vitae cursum anno Hegirae 610 absolvisse fertur. Complura ibi ex Poetis et Traditionum libris testimonia. Intermedia aliquot folia desiderantur. [Hunt. 434-]

MCXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 662, christi 1263, exaratus, folia 206 complens. Comprehendit Lexicon Arabicum, secundum Infinitivorum formas digestum, quod hoc praenotatur titulo: Tribunal Prudentiae. Opus in duas dividitur Partes; priorem duntaxat hicce codex exhibet. Auctor est abu ibrahim isaac ben ibrahim alfarabi [Hunt. 281.]

MCXIX.

Codex chartaceus, Aleppi anno Hegirae 1037, Christi 627, exaratus, foliis 315 constans. Ibi exhibetur magededdini mohammed ben jacub firuzabaditae Dictionarii, Camus sive Oceanus dicti, et in quatuor Tomos digesti, Tomus primus, desinens in Re, quae decima Alphabeti litera est. Exscriptor salutatur zineddin ben ahmed ben ali alhalabi Exemplar correctissimum. [Pocock. 138.]

MCXX.

Codex chartaceus, eadem, qua antecedens, exaratus manu, folia 320 complens. Continet ben jacub firuzabaditae Dictionarii, Oceanus inscripti, Tomum secundum, qui ducto initio a Re, terminatur in Ta, decima sexta Alphabeti litera. [Pocock. 139.]

MCXXI.

MCXXI.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1038, christi 1628, exscriptus, folia 325 implens. Comprehendit ben jacub Piruzabaditae Dictionarii, Oceanus appellati, Tomum tertium, qui desinit in Lam, quae vicesima tertia Alphabeti litera est. [Pocock. 140.]

MCXXII.

Codex chartaceus, eadem, qua superior, manu exaratus, folia 308 efficiens. Exhibet ben jacub firuzabaditae Dictionarii, Oceanus nuncupati, Tomum quartum, qui ultimus est. [Pocock. 141.]

MCXXIII.

Codex bombycinus, tineis mancipatus, foliis 204 constans. Ibi reperitur Lexici Arabici, secundum varias Nominum et Infinitivorum formas dispositi, et Tribunal Prudentiae appellati, Pars posterior. In initio et fine quae desiderabantur, recentior supplevit manus. Salutatur auctor alfarabi. [Hunt. 276.]

MCXXIV.

Codex chartaceus, litera nitidissima exaratus, quo continentur:

1°. Fundamenta Linguae Persicae, Arabice explicata, cum Nomenclatura, in viginti octo sectiones distributa. Liber 30 folia continet.

2°. Fundamenta Linguae Turcicae, Arabice explanata, cum Nomenclatura, in viginti quatuor sectiones divisa. Liber folia 48 complet.

3°. Fundamenta Linguae Mogolicae, Arabice exposita, cum Nomenclatura, in viginti quinque sectiones distincta. Liber folia 14 efficit. [Marsh. 238.]

MCXXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 956, christi 1549, exaratus, ubi reperiuntur :

1°. Compendium Dictionarii Arabici giaharii, cum observationibus ad verba et nomina irregularia spectantibus foliis 216 constans. Inscritur: excerpta ex Puritate Linguae. Auctor salutatur abubecr ben abdalcaher alrazi.

2°. Lexicon Arabico-Turcicum, Eximia Dictionum congeries inscriptum, folia 170 complens. De auctore non constat. [Hunt. 204.]

MCXXVI.

Codex chartaceus, duplici scriptus manu, foliorum 158. Continet Compendium Lexici Arabici ismaelis ben hamad algiahari, diversum ab eo, quod alrazi edidit. Radices in margine repraesentantur. Literae sunt inconcinnae et vacillantes. Auctoris nomen subtitetur. [Marsin 388.]

MCXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 785, christi 1383, exaratus, quo comprehenduntur:

1°, glrallae alzamakhari Dictionarium Arabicum, Persice explicatum, et Praeparatio ad Prudentiam inscriptum, cui partes sunt quinque. Prima agit de nominibus; secunda, de verbis; tertia, de particulis; quarta, de nominum declinatione; quinta, de verborum conjugatione. folia 172 efficit.

2°. Tractatus de Verborum Arabicorum inflexione, novem folia complens. [Pocock. 195.]

MCXXVIII.

MCXXVIII.

Codex bombycinus, vetus, anno Hegirae 466, christi 1073, exaratus, foliis 227 constans. Eo continetur Tractatus de Grammatica, Verborum Inflexio in scriptis, cum Commentarii, Famulus dicti, Parte prima. Grammaticae auctor abu othman becr ben mohammed bakia almazeni. Commentator vocatur abulfatah othman ben ginni. Subjunguntur Sex folia, ad Orthographiam pertinentia. [Pocock. 154.]

MCXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 968, christi 1560, Constantinopoli exaratus, folia 296 efficiens. Complectitur Dictionarium Arabico-Turcicum, ex celebrioribus Lexicographis collectum, et in varias sectiones distinctum, cujus auctor mostafa ben shemseddin alcarahisari nomine ekhteri celebris. [Maesti. 353.]

MCXXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 925, christi 1519, exscriptus, folia 261 complens. Lexicon exhibet Arabicum Turcice explicatum, cum charta pura, in eaque accurata interpretatione j. golii : ubi de verborum radicibus, et nominibus infinitivis, certas in classes distributis. Operis titulus: Scala Linguae. Ignoratur auctor. [Marsh.466.]

MCXXXI.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 52 implens. Complectitur Commentarium in tractatum Grammaticum masudi ben oMar altastazani, titulo Scholia\ auctore nasireddin allacani, qui Commentario ultimam manum anno Hegirae 901 imposuit. [Laud. A. 67.]

MCXXXII.

Codex bombycinus, literis minutis, sed elegantibus exaratus, complectens foliis 175 Dictionarium Arabicum Turcice explicatum, quod ex optimae notae Lexicographis collectum dicitur : auctore Mostafa ben shemseddin alCarahisari, qui Vulgo ekhteri salutatur. [Laud. A. 54.]

MCXXXIII.

Codex Chartaceus, anno Hegirae 961, CHRiSTi 1553, exaratus, folia 82 Complens. Exhibet Onomasticon Arabicum, Sufficiens dictum, in plura capita diductum, quibus Nomina et Synonyma ad viros, mulieres, camelos et equos, bellum et arma, feras, leones, dorcades, boves silvestres, struthiocamelos, aves, apes, locustas, serpentes, deserta, campos, arenas, montes, excelsa loca, lapides, diversoria, ventos, nubes, fulmina, pluvias, torrentes, plantas, arbores, potum et cibum, unguenta, vestitum, spectantia comprehenduntur. Accedunt rariora vocabula ordine alphabetico, cum narratione de iis, quae viro cuidam cum vetula quadam acciderunt. Auctor est abu isaaC ibn ibrahim ibn ismael ben abdalla Tripolitanus. [PoCock. 87.]

MCXXXIV.

Codex ChartaCeus, anni expers notae, foliorum 72. Complectitur Tractatum de rebus ad Grammaticam pertinentibus,

## 240 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

bus, Commentario illustratum, qui hunc prae se fert titulum : Gutta stillans et Rubigo detersa Utriusque auctor ben hesham alansari. [Pocock. 150.]

### MCXXXV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 979, christi 1571, exaratus, foliis 166 constans. Ibi reperitur Onomasticon Arabicum, ex giuhario, ex alrazi, aliisque collectum, et Persice explicatum, cui titulus Promptuarium Nominum \ De auctore non constat. [Marsh. 2 27.]

### MCXXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 903, christi 1497, exaratus, quo continentur :

1°. Tractatus de Grammaticae Institutionibus, tribus Partibus, 14 foliis constans, cui titulus Sufficiens. Pars prima agit de Nomine; secunda, de Verborum doctrina ; tertia, de Particillis. Auctor est FaKhreddin ahmed ben hosain giaralla.

2°. Mohammedis ben abdalrahim ben mohammed alomri almilani in eandem Grammaticam Commentarius, 80 folia complens.

3°. Gf.MALEDDINI mohammed ben abdalгани alardabili in eandem Grammaticam Commentarius, folia 50 efficiens. [Hunt. 332.]

### MCXXXVII.

Codex bombycinus, luculente, non commemorato anno, exaratus, foliis 530 constans. Ibi repraesentatur Dictionarium Arabicum, Turcicum explicatum, auctore mostafa ben shemseddin alCarahIs ari, VUlgo ekhteri s. E Celebrioribus autem Lexicographis Orientalibus dicitur Collectum. [Marsh, 219.]

### MCXXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 986, CHRISTi 1578, exaratus, folia 92 complens. Complectitur Onomasticum Arabicum, varias in sectiones distinctum, cui adjungitur interpretatio Turcica interlinearis. Titulus et auctoris nomen desiderantur. [Laud. A. 87.]

### MCXXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 998, christi 1589, exaratus, folia 330 efficiens. Comprehendit Commentarium in loca, quae ben hesham in Libro suo, Viro cordato Sufficiens dicto, e variis Scriptoribus, Poetis praesertim, citat et laudat : ubi de rebus partim ad Grammaticam, partim ad Philologiam spectantibus, per octo capita disseritur. Auctor est gelaeddin alsoiuthi, Shapheita. Obiit is anno Hegirae 911. [Pocock. 56.]

### MCXL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 847, christi 1443, exscriptus, ubi occurrunt:

i°. Poema de Arte bene loquendi sive Grammatica, foliis 22 constans. Illius auctor abu mohammed alcasem ben ali alhariri albasri Grammaticus. In opere primum agitur de Nominibus; deinde de Verbis; postremo de Particulis.

2°. Expositio vel Commentarius anonymi in idem Poema, 74 folia efficiens. [Marsh. 486.]

### MCXLI.

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 241

MCXLI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 622, christi 1225, exaratus, foliorum 200. Eo Continentur Dictionarii Arabici, Puritas Linguae inscripti, Pars secunda, quae incipiens a Radice media Elif desinit. Auctor giaharius. [Hunt. 536.]

MCXLII.

Codex bombycinus, anni destitutus nota, foliis 286 constans, quo comprehenditur Scala Linguae, hoc est, Lexicon Arabicum, Turcice explicatum, absque praefatione, et auctoris nomine. [Marsh. 337.]

MCXLIII.

Codex bombycinus, non una exaratus manu, quo comprehenduntur :

i°. Observationes anonymi ad Grammaticam pertinentes. Constat libellus quatuor foliis.

2°. Opus Grammaticae Arabicae praecepta complectens, titulo Fax, cui capita quinque, folia 20. Illius auctor borhaneddIn almotharezI alkhuArezmI

3°. Tractatus de Particulis, titulo Centum regentes, auctore abdalcaher ben abdalrahman algiorgIanI. Octo continet folia.

4°. Opus de Grammaticae Institutionibus, 36 folia complens, titulumque hunc prae se ferens: Locus ubi animi quiescunt. Auctor est ahmed ben ali ben masud<sup>h</sup>.

5°. Tractatus anonymi de Verborum Arabicorum inflexione, 16 folia efficiens.

6°. Libelli tres de eodem argumento; primus 16, secundus c, tertius 10 folia, continet. [Marsh.495.]

MCXLIV.

Codex chartaceus, imperita scriptus manu, foliis, quorum non pauca vacua, 90 constans. Complectitur Librum, Expositio dictum, quo nimirum abi abdallae mohammed ben davud aLsanhagi Grammatica, Agrumia vel Gjarumia nuncupata illustratur, auctore quodam abdaLrahman. [Marsh.617.]

MCXLV.

Codex bombycinus, luculente, non consignato anno, exaratus, folia 24 complens. Ibi exhibetur Grammatica, Caphia nuncupata, illis utilis tantum futura, qui aliquam Arabicae linguae peritiam jam sunt consecuti: auctore gemaLeddIn abu amru othman, Vulgo ibn aLhageb. Is supremum diem anno Hegirae 946 obiit. [Laud.B.105.]

MCXLVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 979, christi 1571, exaratus, foliis 155 constans, quo continetur Commentarius in Grammaticam Caphia, titulo vaphia, auctore rocneddin alast arabadi, cujus obitus in annum Hegirae 717 cadit. Tres illius circumferuntur Commentarii in Caphiam. Primus nempe site major, medius, quem hicce exhibet codex, et minimus. Medius, neglectis duobus aliis, omnium, qui Grammaticae Arabicae operam dant, manibus teritur. [Marsh. 555.]

MCXLVII.

Codex chartaceus, non ita pridem scriptus,

## 242 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

scriptus, folia 351 implens. Complectitur Lexici Arabici, Camus Sive Oceanus nuncupati, Partem, cum interpretatione Latina. Initium sit a litera Shin, finis in Se. [Seld. 3306, 94.]

### MCXLVIII.

Codex bombycinus, nitidis exaratus literis, folia 26 efficiens. Exhibet Vocabularium Arabico-Persicum, sed imperfectum. Inscribitur : Mille voces. Nullum de auctore verbum. [Marsh. 385.1

### MCXLIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 850, chrIstI 1446, exscriptus, foliis 205 constans. Ibi repraesentatur Lexicon Arabicum, ordine alphabetico dispositum, ubi vocabula difficiliora et obscuriora, quae in Traditionum libris occurrunt, explicantur, sub titulo tali: Eximia Dicta Prophetae, et Sociorum, et Sectatorum Collegit abdallathif ben jusof ben mohammed Bagdadenlis. [Seld. 3188.55.]

### MCL.

Codex chartaceus, folia 195 efficiens. Complectitur Observationum Grammaticarum, quae tribus constant Voluminibus, Volumen primum, Arabice et Latine. Complures paginae scriptura carent. [Lamb. 3910.1.]

### MCLI.

Codex chartaceus, foliis 120 constans. Comprehendit Observationum Grammaticarum, proxime memoratarum, Volumen secundum. [Lamb. 3911. 2.]

### MCLII.

Codex chartaceus, folia 240 habens Exhibet Observationum Grammaticarum antecedentium Volumen tertium [Lamb. 3912. 3.]

## LEXICOGRAPHI Et GRAMMATICI IN OCTAVO.

### MCLIII.

Codex bombycinus, anni carens nota, ubi continentur:

i°. Opus, Commentario munitum, de sermonis Arabici puritate et peritia, folia 121 complens. Titulum hunc prae se fert: Auri micae. Utriusque auctor GEMALLEDIN IBN HESHAM ALANSARI.

2°. Ejusdem notae in Tractatum de rebus ad Grammaticam pertinentibus, cui nimirum titulus: Gutta roris. Constat liber 12 foliis.

3°. ISagoge sive Introductio ad logicam, septem paginas efficiens. Auctoris nomen abest:. [Pocock. 84.]

### MCLIV.

Codex bombycinus, luculente, non annotato anno, exaratus, folia 280 implens. Eo comprehenditur Dictionarii Arabici, recto literarum ordine dispositi, quod hoc praenotatur titulo : Confluxus vocum insolentium, et Fons rerum expetendarum, Tomus tertius sive ultimus, incipiens a Gain, quae undevicesima Alphabeti litera est. Ibi vocabula

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 243

bula difficiliora et obscuriora, quae in libris, Pseudoprophetae dicta factave continentibus, occurrunt, facilioribus et magis obviis exponuntur. Auctor salutatur abulhasan abdalgafar ben ismael ben abdalgafar alfarsi, a quo operi anno Hegirae 526 ultima imposita manus. [Hunt. 277.]

### MCLV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 963, Christi 1555, exaratus, foliis 225 constans. Complectitur lexicon Arabico-Turcicum, cxgiauharii Dictionario collectum, atque sic inscriptum: Puritatis Linguae Interpres. Auctoris nomen incompertum. [Pocock. 48.]

### MCLVI.

Codex bombycinus, vetus, anno Hegirae 373, christi 983, exaratus, foliorum 280. Exhibet Dictionarii Arabici, Tribunal Prudentiae nuncupati, Tomum secundum, ubi de verborum radicibus, ac nominibus infinitivis. Illius auctor ben ibrahim isaac ben abi horaira alfarabi. [Hunt. 228.]

### MCLVII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1007, christi 1598, exaratus, folia 22 efficiens. Continet Tractatum Grammaticum, tres in Partes divisum, quarum prima agit de Nominibus; secunda, de Verbis; tertia, de Particulis. Paginae quaedam scriptura carent. De auctore non constat. [Seld.3285.73.]

### MCLVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 714, christi 1314, exaratus, foliis 156 constans. Complectitur Commentarium in Grammaticam, Capbia nuncupatam, titulo Vaphia, auctore Rocneddin astarabadi. Commentarius hicce secundus de tribus est, quos idem auctor in eundem Librum conscripsit. [Pocock. 49.]

### MCLIX.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, quo continentur :

1°. Alhosaini algiarbardi Grammatica, Sufficiens dicta, cum Commentario, cujus auctor mohammed ben ABDALRAHIM BEN MOHAMMED ALOMRI almilani. Habet liber folia 83.

2°. MASUDI BEN OMAR ALCADHI Alastazani in alzungiani Compendium de Verborum inflexione Commentarius, folia 50 complens. [Marsh. 235-3]

### MCLX.

Codex bombycinus, splendide, absque anni nota, exaratus, folia 93 efficiens. Ibi reperitur Tractatus de rebus ad Grammaticam spectantibus praestantissimus, cui nimirum Caphia titulus. Illius auctor GEMALEDDIN ABU AMRU OTHMAN, VULO BEN ALHAGEB. [Laud. B. 53.] MCLXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 792, christi 1389, exaratus, foliis 122 constans. Complectitur Lexici Arabico Persici, quod Praeparatio ad Prudentiam inscribitur, Partem secundam, exhibentem solorum verborum formas et constructiones tali dispositione, quae Poetis inserviat. Voces Persicae litera rubra pinguntur. De auctore non constat. [Seld.Sup. 3252.40.]

### MCLXII.



## 244 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

### MCLXII.

Codex bombycinus, vetus, folia 52 complens. Exhibet Tractatum Grammaticum, ab abulhasan ali ben moHAMMED BEN IBRAHIM ALDHARIRI cohondozi conscriptum, inque tres sectiones divisum, quarum prima de Nomine; secunda, de verborum inflexione; tertia, de Particulis, agit. [Laud. B.49-]

### MCLXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 975, christi 1567, exaratus, folia 270 implens. Ibi repraesentatur Opus, Gemmata Monilia inscriptum, quo varia veterum Poetarum et Grammaticorum testimonia, quae in Tractatu quodam Grammatico occurrunt, explicantur et illustrantur: auctore nasiREDDIN ALAINI c. [Marsin 577.]

### MCLXIV.

Codex bombycinus, anni notae expers, quo comprehenduntur:

1°. Commentarius in Tractatum Grammaticum, cui titulus Verborum inflexio, ab ezeddino alzungiani editum, qui anno Hegirae 655 obiisse fertur. Commentarii auctor saadeddin altastazani e. Liber foliis 56 constat.

2". Grammatica, Sufficiens dicta, agens per 18 folia de Nomine, Verbo et Particula. Auctoris nomen abest. [pocock. 278.]

### MCLXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 913, christi 1057, exaratus, foliorum 106. Complectitur Lexicon Arabicum, Arabice, interdum Turcice et Persice, explicatum, quod Enchiridion appellatur: auctore mulana zirek arshi. Descripsit Hashem ben mulana jusof nahgiavani. Sequuntur quinque folia, ad Arithmetica pertinentia Persice. [Marsh.532.]

### MCLXVI.

Codex bombycinus, splendide exaratus, foliis 40 constans. Comprehendit Tractatum de rebus ad Grammaticam spectantibus, inscriptum, Verborum Arabicorum inflexio. Auctor salutatur alzungiani. [Laud. B. 96.]

### MCLXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 992, christi 1584, exaratus, complectens foliis 143 Tractatum Grammaticum, Commentario munitum, et in capita septem divisum, quorum primum agit de Verbis perfectis; secundum, de Verbis surdis; tertium, de Verbis hamzatis; quartum, de verbis similibus; quintum, de verbis concavis; sextum, de verbis defectivis; septimum, de verbis dupliciter imperfectis. Inscibitur: Verborum inflectendorum capita. Nomen auctoris incompertum. [Laud. A. 53.]

### MCLXVIII.

Codex bombycinus, eleganter exaratus, quo comprehenduntur:

1°. Ahmed ben ali ben masudi Oblectamentum animorum hoc est, Opus Grammaticae Institutiones complectens, et folia 53 complens.

2\*. Tractatus de Grammaticae regulis, Verborum inflexio inscriptus, foliis 21 constans. Illius auctor alzungiani.

3°. Liber

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 245

3°. Liber incerti scriptoris de Verborum inflexione, 22 folia efficiens, [Laud. D. 18.]

MCLXIX.

Codex bombycinus, anni nota carens, 22 folia implens. Exhibet Opus, quo ahmed ben ALi ben mAsudi Grammatica illustratur, inscriptum, Commentarius in Oblectamentum animorum. Auctoris nomen non comparet. [Marsh. 644.]

MCLXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1018, christi 1609, exaratus, ubi continentur:

i°. Opus Grammaticae praecepta complectens, inscriptum, quies animorum, cum Scholiis marginalibus et interlinearibus, auctore ahmed ben ALi ben masud c. Constat foliis 40.

2°. Alzengiani Verborum inflexio sive Grammatica, 16 folia complens. Accedunt notae marginales et interlineares.

3°. Anonymi Tractatus de Verborum inflexione, 17 folia implens.

4°. Anonymi Liber de Verborum inflexione, 10 folia efficiens. [Marsh. 37-]

MCLXXI.

Codex chartaceus, anni notae expers, foliorum 18, quo comprehenditur Tractatus de Verborum Arabicorum inflexione, in capita triginta quinque divisus, qui Turcice partim explicatur. Altum de auctore silentium. [Seld. 3295, 83.]

MCLXXII.

Codex bombycinus, nitide, non consignato anno, exaratus, folia 56 complens. Complectitur Vocabularium Arabicum, Persice et Turcice explicatum, in varias sectiones distributum, auctore anonymo. [Pocock. 264.]

MCLXXIII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1079, christi 1668, exaratus, foliis 122 constans. Ibi repraesentatur Tractatus de rebus ad Grammaticam pertinentibus, inscriptus Gutta roris et AErugo expolita, cum Commentario, Acumina dicto. Utriusque auctor abu abdalla mohammed ben juSof ben abdalla ben hesham alansarI. [Marsh. 20.]

MCLXXIV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1033, christi 1623, exaratus, folia 86 efficiens. Exhibet Commentarium in Grammaticam Agrumia dictam, titulo Expositio Agrumiae, auctore khaled ben abdalla alazhari. [Pocock. 20.]

MCLXXV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 936, christi 1529, exaratus, quo continentur:

i°. Glossarium Alcoranicum, singula vocabula Arabica secundum Suratarum seriem Persice explicans. Habet folia 97.

20. Tractatus de vi et efficacia formulae Bisimilla, qua libri Mohammedanorum incipiunt, 10 foliis constans.

30. Libelli tres Theologici, quorum primus, Persice conscriptus, quatuor paginas efficit. [Laud. A. 35.]

MCLXXVI.

246 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

MCLXXVI.

Codex bombycinus, luculente exaratus, ubi reperiuntur:

10. Ben aLhagebI Caphia sive de Grammaticae praeceptis Tractatus, 70 folia complens. Cingitur notis marginalibus.

2°. Opus de rebus ad Grammaticam pertinentibus, Candelabrum inscriptum, cujus auctor abubekr ALGIORGIANI. Constat foliis 48.

3°. Tractatus de Particulis, Centum regentes dictus, auctore AbdALcAher ben abdaLrahMan aLgiorgiani. Paginas 15 efficit. [Pocock. 24.]

MCLXXVII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 888, CHRiSTI 1483, exaratus, quo continentur:

i°. Grammatica Arabica, Persice explicata, foliis 42, sectionibus sex, constans. illius auctor abu LMekareM omar ben otHman ben HosaIn aLgIanzi Latinae notae accedunt.

2°. Vocabularium Arabico-Persicum, viginti paginas efficiens. [Pocock.28.]

MCLXXVIII.

Codex chartaceus, anni nota carens, folia 128 implens. Complectitur Commentarium in Grammaticam Agrumia nuncupatam, qui hoc praenotatur titulo:

Accurata expositio vocabulorum Agrumiae. Auctor est khaled ben abdalla ben abibekr alazhari f. [Marsh. 637-]

MCLXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 945, christi 1538, exaratus, quo continentur:

i\ Gemaleddini abi amru othman ben alhagebi Caphia sive Grammatica, initio trunca, folia tamen 60 complens. Praemittitur Alphabetum cum Syllabario.

2°. Opus de rebus ad Grammaticam pertinentibus, Candelabrum inscriptum, cujus auctor abubekr abdalcaher ben abdaLrahman aLgiorglanl Constat liber quinque capitibus, 36 foliis.

3°. Ejusdem Tractatus de Particulis, Centum regentes dictus, folia decem efficiens. [Thurst. 4014. 47.]

MCLXXX.

Codex chartaceus, anno Hegirae 950, christi 1543, exaratus, ubi occurrunt:

i°. Anonymi Commentarius in ben alhagebi Grammaticam, inscriptus Expositio Caphiae, cui folia 102.

2°. Libellus sex foliorum, complectens Quaestiones et Responsiones, ad Dictionis definitionem pertinentes. [Thurst. 4010.43.]

MCLXXXI.

Codex bombycinus, duplici exaratus manu, quo comprehenduntur:

1°. Carmen de rebus ad Grammaticam pertinentibus, cum Commentatario, foliis 70 constans. Praeatio et auctoris nomen absunt.

2°. Tractatus anonymi de Logica, Introductionis titulo praenotatus, cui paginae 16. [Marsh. 692.]

MCLXXXII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1023, christi 1614, exaratus, ubi exhibentur:

i°. For-

Formatio verbi Nasara, Nominumque ab eo, cum explicatione Turcica, folia 13 complens.

<sup>20</sup>. Carmen Turcicum, ubi de Sultani selim chan laudibus variae Aves, ut luscinae, ciconiae, pavones, psittaci, inducuntur loquentes. Efficit paginas 24. [Laud.A.i8.]

MCLXXXIII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1004, christi 1595 exaratus, foliis 92 constans. Complectitur Tractatum anonymi de Grammatica, Commentario illustratum, sed initii experte. Adjungitur Fragmentum Turcicum, ad Orthographiam pertinens. [Marsta 505.]

MCLXXXIV.

Codex chartaceus, formae oblongae, folia 50 efficiens. Ibi reperitur Collectionum ad Lexicon Arabicum spectantium, quae quatuor Tomis comprehenduntur, Tomus primus. [Lamb.3914. 5]

MCLXXXV.

Codex chartaceus, oblongus, foliorum 280. Exhibet Collectionum ad Lexicon Arabicum spectantium Tomum secundum. [Lamb. 3915. 6.]

MCLXXXVI.

Codex chartaceus oblongus, foliorum 260. Comprehendit Collectionum ad Lexicon Arabicum spectantium Tomum tertium. [Lamb. 3916. 7.]

MCLXXXVII.

Codex chartaceus, oblongus, foliorum 300. Continet Collectionum ad Lexicon Arabicum spectantium Tomum quartum. Latina adjecta est interpretatio. [Lamb. 3917. 8.]

MCLXXXVIII.

Codex bombycinus, anni nota carens, 74 folia complens. Eo comprehenditur Tractatus de Grammaticae regulis, hunc prae se ferens titulum: Verborum Arabicorum inflexio. Auctor est ezzeddIn alzengI anI. [LaUd. A. 26.]

MCLXXXIX.

Codex bombycinus, belle compactus, foliis 70 constans. Complectitur Librum, quo vocabula Arabica communiora Persice et Turcice exponuntur. Capita habet duodeviginti. [Grav. 3797. 250]

MCXC.

Codex chartaceus, foliis 16 constans. Ibi repraesentatur Alphabetum Arabicum, cum Syllabario vocalibus instructo. Frontispicium auro coruscat. [Seld Sup 33<sup>o</sup> 91]

MCXCI.

Codex chartaceus, principii expers, folia 12 complens. Exhibet Tractatum Grammaticum, tres in partes distinctum, quarum prima de Nominibus; secunda, de Verbis perfectis et imperfectis; tertia, de Particulis. Auctoris nomen latet. [Laud. A. 75.]

MCXCII.

Codex chartaceus, foliis 16 constans. Ibi reperitur Alphabetum Arabicum, cum Syllabario vocalibus instructo. Frontispicium auro fulget. [Grav.3795.23.]

MCXCIII.

Codex chartaceus, folia 23 efficiens. Exhibet verbi Nasara flexionem. Paginae aliquot scriptura carent. [Lamb. 3918.9.]

POETAE IN foliO.

MCXCIV. Codex bombycinus, litera Mauritanica anno Hegirae 684, christi i 285, exaratus,

## 248 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

exaratus, foliis 312 constans. Eo continetur Commentariorum, quibus Margaritae pretiosae titulus, in Poema anonymi de recto et concinno Alcorani legendi modo, quod Votorum praesidium appellatur, Tomus secundus, auctore abu abdalla mohammed ben hAsAn almocri AlfAsi. Initium operis sit a Vacca, quae Sura est secunda. [Hunt. 138.]

### MCXCV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1020, christi 1611, polite exaratus, folia 115 complens. Complectitur Opus Poeticum, Commentario illustratum, ubi varia vario de rerum argumento carminum genera occurrunt, auctore abulola ahmed ben abdalla ben soliman alenukhi almaarri, a quo operi Ignis excussi nomen inditum, ea de causa quod in ipso juventutis calore ad illud scribendum animum appulisset. Commentator abu zakaria jahia ben all altabrIzi appellatur. [Hunt. 42.]

### MCXCVI.

Codex bombycinus, absque scriptionis aera exaratus, foliis 183 constans. Exhibet Poemata varia, titulo Divan, quibus mohammedis Pseudoprophetae, Chalipharum nonnullorum, Regum et Principum, virorum item pietate et doctrina insignium, encomia canuntur: auctore abulmodhaffer mohammed ben abilabbas aHmed ben moavia, vulgo abiurdi dicto, ab urbe scilicet Abiurd in Chorasana, ubi natus est. Is ab othmano tertio Mohammedanorum Chalipha genus duxisse ferebatur. Obiit in urbe Hispahana anno Hegirae 507. [Laud. A. 152.]

### MCXCVII.

Codex bombycinus, luculente, non consignato anno, exscriptus, folia 64. complens. Ibi reperitur Opus, Hortus floridus inscriptum, hoc est, Poema, a sheh abeddino abu giaafar ahmed ben jusof ben malek alroaini alandalusi algranathI almalekI conditum, et secundum varias rhythmorum carminumque formas dispositum ; quod almalek alnaser MohAmmed ben kelaun alsalehI, Mamlucorum Turcicorum Regis decimi, qui anno Christi 1340 mortuus, laudes et res gestas continet. Auctor anno Hegirae 777 fertur obiisse. [Hunt.406.]

### MCXCVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1015, christi 1606, exaratus, folia 358 efficiens. Complectitur Syntagma Poeticum, Scholiis, quibus Observationes luculenta titulus, munitum, ubi ea veterum ac recentiorum Poetarum testimonia, quae in Libro Expositio Clavis Eloquentiae dicto occurrunt, proseruntur et illustrantur: auctore abdalrahim alabbasi. Multa ibi ad morum doctrinam relata, multa ad delectandum animum accommodata. Agmen ducit amralkeis, abulola claudit. Opus a mohammed ben zaitun alarihavi descriptum. [Laud.A.121.]

### MCXCIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 833, christi 1429, splendide exaratus, folia 330 complens. Eo continetur Commentarius in abi temam habib ben aus althai Poetae praestantissimi Opera,

## CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 249

Opera, ex veterum Poetarum Arabum Scriptis collecta, et concinnata, atque sic inscripta: Carmina heroica ad recentiorum Poetarum methodum accommodata: auctore abu ali ahmed ben mohammed ben AlhosAIn AlmerzuKI Hispahanensi. Fato concessit ABu temam anno Hegirae 232. [Pocock.330.]

### MCC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 988, christi 1580, exaratus, folia 328 efficiens. Exhibet Poema toto Oriente longe celeberrimum, inscriptum Lamiat Alagiam, ad imitationem antiquissimi Poematis Lamiat Alarab, cujus singuli versus in literam Lam desinunt: auctore Abu IsmAel AlhosAIn ben Ali, vulgo althograi, qui ibi de fortunae inconstantia, corruptisque seculi fui moribus, conqueritur. Accedit Commentarius locupletissimus sAphAditae. [Laud. A. 105.]

### MCCI.

Codex bombycinus, absque anni exaratus mentione, foliis 350 constans. Complectitur Poema de Grammatica, a zineddino Abu zaKaria jahia ben mothi ben abdalnur almagrebi qui Cairi anno Hegirae 628 obiit, conditum, et ab abu giafar ahmed ben jusof ibn mAleK AlroAini AlAndAlusi AlgrAnAthi, commentario illustratum, quod ideo Alpha dicitur, quia singuli ejus versus in literam Alef exeunt. [Pocock. 329.]

### MCCII.

Codex bombycinus, nitide, absque anni mentione, exaratus, folia 288 complens. Ibi reperitur Commensarius tAkieddini Abubekr ben hogiah alhamavi in Poema, Res mirabilis dictum, quod mohammed ben albarezi aLgiohnl Shapheita, ad imitationem celeberrimi illius Carminis, cui Borda titulus, in mohammedis laudem anno Hegirae 725 composuit. Commentarius ille totius Arabicae Theologiae thesaurus habetur, et lucubrationum ezeddini aLmosuLi et safieddini ALH0LL1 supplementum. [Pocock.169.]

### MCCIII,

Codex bombycinus, anno Hegirae 873, christi 1468, exscriptus, foliis 160 constans. Eo comprehenditur Commentarii in althograi Poema, Lamiat Alagiam nuncupatum, quod totius Orientis applausum tulit, Pars prima, auctore sala,eddino khalil ben abiK alsafadi, qui anno Hegirae 764 Damasci obiisse scrtur. Exscriptor vocatur ali ben mohammed ben ali ben jusof alazhari. Poema pocockii studio Latine prodiit. [Pocock. 318.]

### MCCIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 837, christi 1433, exaratus, folia 78 efficiens. Complectitur Carmina varia, ad Politicam et morum doctrinam pertinentia, cum Paraphrasti Persica. Carmina illa ali Pseudoprophetae genero tribuuntur, et sic inscribuntur: Lumina Mentis. Prima pagina desideratur. [Pocock. 269.]

### MCCV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 814, christi 1411, Cairi exaratus, foliis

## 250 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

foliis 140 constans. Ibi reperitur Commentarius Doctoris daud ben mahmud ben mohammed AlrumI AlcAisArI in Carmen, ab abu HAFs omar ben alI ALSAADI, VUlgO IBN AlfAREDH, qui Cairi anno Hegirae 632 obiit, in Monachorum Suphitarum laudem conditum, quod ea de causa appellatur Taiah, quia singulos ejus versus litera Te claudit. In praefatione sermo sit de Theologiae mysticae principiis et objecto, de revelationibus et prophetia, de essentia Dei et attributis, denique de imperii administratione. Opus qui descripsit vocatur JUSOF BEN ABDALLA ALTHAeArIj [Pocock. 224.]

### MCCVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 875, CHRISTI 1470, exaratus, folia 212 complens. Continet Opus, quo Carmen thograi, Lamiat Alagiam nuncupatum, exponitur, idque sub tali inscriptione : Pars secunda Comentarii, Pluvia late diffusa dicti. Auctor in Commentario hocce totius sermonis Arabici elegantias exhibet. Vocatur is salaheddin mohaMMed alsAfAdI. [Pocock. 267.]

### MCCVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 584, christi 1188, exscriptus, folia 190 efficiens. Ibi repraesentantur Carmina de vario rerum argumento, ab Abu teMAM, qui tertio ineunte Hegirae seculo floruit, collecta, atque sic inscripta: Heroica juxta recentiorum Poetarum methodum et genium Opus in capita decem dividitur; habetque in margine Scholia brevia, rubris literis conscripta, quorum auctor ignoratur. [Pocock. 163.]

### MCCVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 679, christi 1280, exaratus, foliis 250 constans, ubi continetur in abulthaib almotanabbi, Arabicorum Poetarum sacile principis, Carmina, commentariorum Pars secunda, auctore aBULHASAN ALI BEN AHMED BEN Mo, HAMMED ALvAHEDi, qui supremum diem anno Hegirae 468 obiisse fertur. folia nonnulla recentiori manu suppleta sunt. [Pocock. 218.]

### MCCIX.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 168 complens. In eo habetur abu zAkAriae jAhiA ben mothi ben AbdAlnur AlzAvAvi Hanaphitae Poema de Grammaticae Arabicae regulis, inscriptum Margarita pretiosa, munitumque Commentario, quem abu giAAfAr Ahmed ben jusof ibn malek AlroAini AlAndAlusi AlgrAnAthI conscripsit. Opus duobus constat tomis; prior duntaxat hoc in codice exhibetur. [Marsh. 417.]

### MCCX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 991, christi 1583, exaratus, foliis 115 constans. Complectitur Poema, Lamiat Alagiam nuncupatum: ibi Poeta in sui aevi mores graviter invehitur. illius nomen Abu ismael alhosAin ben ali ben mohammed ben abdalsamad aLesfahani, VUlgO aLthograI

Grai Accedit Commentarius, Gutta pluviae late diffusae inscriptus, in cujus prologo althograi vita, una cum operibus quibusdam ab eo editis, describitur Expositor vocatur mohieddin abdalcaAder ibn mohammed aLfaIumi Shapheita. [Marsh. 204.]

MCCXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1044, christi 1634, exscriptus, folia 260 efficiens. Ibi continetur Liber, exhibens Commentarium, Illustratio" dictum, in Carmina, quibus Ignis excussus titulus. Carminum auctor abuloLa ahmed ben soliman altenukhi, qui in oppido Emessae, nuncupato Maarrah, in Syria natus anno Hegirae 363, contracta ex variolis anno 467 caecitate, obiit anno 449. Commentatoris nomen abest. [Pocock.325.]

MCCXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 785, christi 1383 exaratus, foliis 284 Constans. Ibi reperiuntur Poemata varia, in singulas alphabeti Arabici literas desinentia, et de rebus ad Theologiam, morum doctrinam, politicum regimen, spectantibus differentia, quibus hic praesigitur titulus: Syntagma Mysteriorum, et Campus Dictorum. Auctor est abdalmanaem ben omar ben hasan algass anI alandalusI Conjectae sunt quaedam ad oras codicis notae. [Marsh. 470.]

MCCXIII.

Codex bombycinus, concinne et scriptus et compactus, folia 128 complens. Continet Poemata, in voces similiter cadentes desinentia, atque hunc titulum prae se ferentia, Pars secunda Collectionis Carminum moralium Carmen primum, cujus singuli versus litera Lam clauduntur, conditum in Pseudoprophetae laudem est. Opus praefatione caret. Auctor salutatur ibn nobatah almisri. [Marsh. 273.]

MCCXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1040, christi 1630, exaratus, folia 32 implens. Eo continetur anonymi CommentariUs in Poema quoddam, Mocaddema nuncupatum, ubi de recta et castigata legendi Alcorani ratione. Poematis illius, quod 108 versibus constat, auctor shemseddin abulhosaln mohammed ben mohammed algezeri Shapheita, qui anno Hegirae 733 obiit. Commentarius, cui Subtilitates perspicuae titulus, anno Hegirae 883 conscriptus. [Laud. A. 135.]

MCCXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 906, christi 1500, exaratus, quo continentur:

i°. Tractatus de Prosodia et Arte metrica, ab abu zakaria jahia ben ali alkhatib altabrizi, qui anno Hegirae 530 obiit, compositus, inscriptusque: Pedum in Carmine mensura. Constat foliis 82.

2°. Quaesita anonymi et ReSponsa, ad JuriSprudentiam pertinentia. Habet liber paginas 46. [Marsh, 303.]

MDDXVI.



## 252 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

### MCCXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 731, christi 1330, exscriptus, folia 200 complens. Complectitur Carmina varia, ex disertissimorum Poetarum scriptis ab anonymo collecta, ubi de Religionis Mohammedicae praestantia, ortu, progressu, incrementis; de iis, quibus homines a vitiis deterreri, et ad virtutem consecrandam impelli possunt; de virorum quorundam illustrium rebus gestis; de amore. Agmen ducit abd4lla ben abibekr ben mohammed ben ahmed alcarshI. OpUS et scholiis et praefatione caret. [Marsh.272.]

### MCCXVII.

Codex bombycinus, luculente, non annotato anno, exaratus, foliis 86 constans. Exhibet Opus Poeticum, varia continens Poeseos genera, quae congecit, et Divan appellavit, abu navas alhasan ben hani, qui Ahvazae in Persia anno Hegirae 145 natus, obiit Bagdadi anno 195. Carminum, quae ibi leguntur, alia sunt laudativa, alia satyrica, alia amatoria; quaedam ad canum et accipitrum descriptionem spectant; in nonnullis de virtute praecipitur. [Marsh. 652.]

### MCCXVIII.

Codex bombycinus, initio abreptis aliquot foliis mutilus, folia 247 implens. Ibi occurrit Florilegium Poematum varia de materia, cum Commentario, cujus auctor ignoratur. Poemata illa ab abu temam, qui tertio Hegirae seculo floruit, dicuntur collecta, editaque sub titulo tali: Carmina heroica ad recentiorum Poetarum methodum accommodata. Liber anno Hegirae 991 in cujusdam hosaini possessione fuit. [Pocock. 165.]

### MCCXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 750, christi 1349, exaratus, foliis 95 constans. Complectitur Commentarium in septem Moallacat, hoc est, in septem veterum Poetarum paganorum Poemata, Eucleatio inscriptum : auctore abulabbas ahmed ben abdalla alansari alandalusi<sup>6</sup> Grammatico, qui ait in calce. Septem haec carmina colligendi occasio, ut opinio fert, haec fuit. Cum Arabes convenirent in Okadh, atque ibi agones poeticos instituerent, Rex illud carmen, quod sibi plurimum aridebat, suspendi et asservari in gazophylacio suo jubebat. Quod ad illam attinet sententiam, quae vult, illa in Caaba fuisse suspensa, nullus omnino hujus rei historicorum meminit. [Pocock. 164.]

### MCCXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 608, christi 12ii, exaratus, folia 180 efficiens. Continet Opus Poeticum, inscriptum Divan, varia carminum genera complectens, quorum aliqua ad amores, nonnulla ad deflenda suprema, reliqua ad complurium Principum, virorumque literis clarorum, laudes referuntur: auctOre NAGEMEDDIN ABILGANAIM MOHAMMED BEN ALI BEN ALMOALEM. Praefatione liber caret. [Marsh. 516.]

### MCCXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 591, christi 1194, exaratus, cui folia 217 sunt. Complectitur Opus Poeticum, Divan dictum, exhibens Carmina encomiastica, funebria, amatoria, itemque satyrica: quorum auctor abulthaib ahmed ben alhosain, poetarum Arabicorum facile princeps, qui Cuphae

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 253

Cuphae anno Hegirae 303 natus est. Is vulgo, ob vaticinium et propheticum munus, quod sibi delirans vindicasse videtur, almotanabbi vocatur. Exscriptoris nomen abu nasr said ben hebatalla ben ibrahim b. [Maestl. 345.]

MCCXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 886, christi 1481, exaratus, quo comprehenduntur :

1°. Poemata Theologica et Mystica, juxta rhythmorum sive similiter Cadentium syllabarum seriem et ordinem disposita, quibus haec est inscriptio : Hoc est Divan mohammedis ben alvefai\ Constat opus, Scholiis cinctum, foliis 182.

2°. Preces variae e diversis Alcorani locis collectae. Liber octo paginas habet. [Hunt. 3745, 8.]

MCCXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 736, christi 1335, exscriptus, folia 78 complens. Ibi reperiuntur sex Poemata, Moallacat dicta. Ideo id nomen illis inditum, quod ad templi Meccani januam appendi solerent. Primi auctor amralkeis ; secundi, nabega ; tertii, alamcama ; quarti, zohair ; quinti, tharaPha ; seXti, antara. Accedit Commentarius, cujus auctor ignoratur. [Marsh. 335.]

MCCXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 671, christi 1563, exaratus, foliis 260 constans. Complectitur Librum, comprehendentem Carmina probrosa et maledica, quibus Poetae pagani ferezdek et giarir insectati se mutuo Sunt. Titulum hunc prae se fert: Satyrce omnes ferezdeki ct giaririACcedit Commentarius historicus, cujus auctor abu AbdALLA mohammed ben alabbas AllazIdI<sup>8</sup>. [pocock. 39o.]

poetae IN QUARTO.

mCcxxv.

codex bombycinus, anno Hegirae 979, christi 1571, exaratus, quo continentur :

i°. Opus poeticum, Divan sive Poematum Collectio inscriptum: auctore aminAlbuLa abuLfetah mohammed AbdaLLa sebt aLtaavidhi, qui Bagdadi anno Hegirae 584 obiit. Is Chaliphas, Reges, Principes, Veziros, viros tam pietate quam doctrina conspicuos, sibi laudandos sumsit. Liber folia 122 habet.

2°. Carmina laudatoria, lugubria et amatoria, titulo Divan, auctore aLCadhi abuLCasem hebataLLa ben mohammed aLsaadi. primUS, cujus Celebratur laus, est m. saladinus. Essicit liber 130 folia. [Marsh. 236.]

mCcxxvi.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1006, christi 1597, exaratus, ubi reperiuntur :

1°. shehabedIni ahmed bem hagiari alhalt amI alansari Munus Meccanum hoc est:, Commentarius in Poema, cui Hamziah titulus, foliis 240 constans. Non est diversum a sequenti.

2°. Poema

## 254 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

2°. Poema de virtutibus et miraculis Pseudoprophetae, ideo Hamziah dictum, quod singulos ejus versus Hamza claudat. Illius auctor sherfeddin abu ABDALLA MOHAMMED BEN SAID BEN HAMAD BEN ABDALLA BEN SANHAGI BEN HELAL, VUlgo ALBUZIRI, Cujus obitus ab ascalonita in annum Hegirae 694 conjicitur. Sequuntur duo Carmina similis argumenti.

3°. Ejusdem albuaziri Poema in laudem mohammedis, Borda nuncupatum, cum Commentario, quem geLALEDDIN ALMAHALI CONscripsit. Liber folia 18 habet.

4°. Carmina mystica et moralia, a MOHIEDDIN ABDALCADER ALKILANI et shemseddin almalhi e condita. Esfcit liber 32 paginas.

5°. Carmen, in quo caab ben zohair ben abi solma Prophetam laudat. [Laud. C. 37.]

### MCCXXVII.

Codex chartaceus, varia scriptus manu, quo comprehenduntur:

1°. Carmina religiosa, quibus subjicitur nominum Dei et attributorum expositio, cum precibus. Continet liber 32 folia.

2°. Tractatus Persicus de Theologiae mysticae capitibus sive Sanctitatis gradibus, foliis 42 constans. Incipit a gradu septimo.

3°. Opus, excerptiones ad religionem, et morum doctrinam, spectantes complectens. Habet folia 162. [Thurst. 3973-6.]

### MCCXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 763, CHRIsTI 1361, exaratus, ubi reperiuntur:

i°. Carmina, ex Opere Poetico safleddInI alholI desumpta, quorum primo, quod auctor in aetate puerili fudit, praelium quoddam describitur. constat liber 12 foliis.

2°. Anonymi Commentarius in abi temam althai Poemata, Hamasa, dicta, 130 folia Complens.

3°. Tractatus Theologicus, hunc prae se ferens titulum : Liber praeclarus, in quo perversarum opinionum patroni refelluntur Illius auctor abu mohammed ben Hazm alandalusI \ [Marsh. 342.]

### MCCXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 987, christi 1579, exscriptus, cui folia 210. Continet Opus Poeticum, in sectiones duodecim, pro variis rerum argumentis, divisum, quod hunc prae se fert titulum : Collectio Poematum. Agitur ibi de gloria, fortitudine bellica, laude, gratitudine, venatione, fraternitate, consolatione, oratione funebri, amoribus, vino, querela, expostulatione, excusatione, condonatione, favore, aenigmate, gripho, satyra, morum praeceptis, vita monastica, aliisque rebus. Auctor est sAfIEDDIN AlHolLI[Marsh. 244.]

### MCCXXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 736, CHRIsTI 1335, exaratus, ubi reperiuntur:

i°. Commentarius in ben alpharedh Carmen Taiah nuncupatum, cujus scilicet singuli versus in literam Te desinunt: auctore daud ben mohammed alrumi alcaIsarI. Dissertur ibi de essentia Dei, ejus nominibus et attributis, de prophetia, revelatione, spirituum mundo, de imperii administratione,

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 255

tione, antistitis dignitate. Constat liber 156 foliis.

20. AviCENNAE Poemation de anima humana, ejusque facultatibus, cum anonymi scholiis, 8 paginas implens. [Pocock. 244.]

MCCXXXI.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 134 complens. Continet Opus sine praefatione, inscriptum ita: Collectio Carminum Illa carmina ab abulthaieb ahmed ben alhosain almotanabbi, Arabicorum Poetarum praestantissimo in Amicorum et Principum laudem condita sunt. Is in itinere Bagdadum versus a grassatoribus, vel, ut alii, a malevolis, in quos satyras conscripserat, anno Hegirae 354 interfectus est. [Pocock. 173-]

MCCXXXII.

Codex bombycinus, foliis, quorum nonnulla recens: supplevit manus, 160 constans. Ibi exhibetur Commentarii, quem selaheddin alsafadi conscripsit, in Carmen, Lamiat Alagiam dictum, Tomus primus. Carminis auctor est althograi, quum appellationem sortitus est a munere et peritia scribendi Althogra, id est, implexam istam et crassioris ductus scripturam, quae diplomatibus Principum praemitti solet, nomina eorum et titulos continens. [Hunt. 564.]

MCCXXXIII.

Codex bombycinus, anni carens nota, ubi reperiuntur:

10. Poemata varia, ad amorem praesertim spectantia, quorum auctor omar ben alpharedh", per excellentiam Amantium Rex nuncupatus, Doctrina apud Orientales nobilis et clarus, qui Cairi anno Hegirae 577 natus, anno 632 ibidem obiit. Accedit Commentarius, quem alhasan ben mohammed alburini conscripsit. Liber foliis 306 constat.

20. Commentarius in ben alphaRedh Poema Khamariah dictum, sive de vino vel amore divino, ut interpretantur mystice Mohammedani, 14 folia efficiens. Illius auctor daud ben mahmud alcaisar. [Pocock. 81.]

MCCXXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 971, christi 1563, exaratus, foliis 158 constans. In eo occurrit Carminum amatoriorum et moralium collectio, inscripta, Hortus cupidorum et Hilaritas amantium. Auctor salutatur mohammed ben ahmed Alrum. [Laud. C. 33.]

MCCXXXV.

Codex bombycinus, fine mutilus, folia 200 complens. Complectitur Opus Poeticum, quadripartitum, auctore AbulfAth mohammed ben obadalla ben abdalla sebth alta avidhi Pars prima agit de quatuor primorum Chalipharum laudibus; secunda, de Regni administris et proceribus, qui Poeticam excoluere; tertia, praeconia Regum, quos Modhafferinos vocitant, exhibet; in quarta, quae desideratur, occurrunt carmina religiosa, lugubria, amatoria, itemque satyrica. [Hunt. 467-3]

MCCXXXVI.

Codex chartaceus, non una scriptus manu, quo comprehenduntur:

r°. Mohammed ben ibrahim ben jusof hanbalitae in abu abdallae mo

256 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

mohammed, vulgo abulgiaish alansari alandalusi dicti, de Prosodia et Arte Metrica tractatum commentarius, foliis 74 constans. Tractatus titulum Compendii gerit. Commentarius inscribitur, Horti jucundi.

2°. Commentarius anonymi in eundem Tractatum, folia 40 complens. Ille exaratus est anno Hegirae 965, Christi 1557.

3°. zlneddini ben ahMed ben ali ben alhosain alhalabi c, vulgo alshoaifi nuncupati, Sitis depulsio sive de faciendorum carminum ratione libellus, 10 folia efficiens.

4°. Scholia Mohebeddini MohaMMed ben ezzeddin khalil albasrui Shapheitae in abdallae dhieddin alkhazragi e Tractatum de Arte metrica. Liber habet folia 20.

5°. Commentarius in eundem Librum, 50 folia implens, Illius auctor aldelagi f.

6°. Animadversiones in Poeticam, auctore eo, qui num. 3°. memoratus est. Continet liber 30 paginas. [Pocock.152.]

MCCXXXVII.

Codex bombycinus, initio et fine mutilus, foliis 240 constans. Complectitur Poemata, ad pietatem erga Deum, rerumque mundanarum contemptum spectantia, titulo, Carminum Paraeneticorum et Monasticorum Collectio. Auctoris nomen incompertum est. [Marsin 393»]

MCCXXXVIII.

Codex chartaceus, non una scriptus manu, quo continentur :

1°. Ben ALiAsMiNi de Algebra Comparationibus Poema, cum Commentario, Unio pretiosus dicto, cujus auctor SHEHABEDDIN ABULABBA s AHMED BEN MOHAMMED BEN ALI ALMISRI vulgo ben alhaim Opus exaratum est anno Hegirae 1008, Christi 1599; constatque foliis 91.

2°. Ben alhaim Poema de rebus ad Haereditatem pertinentibus, hunc prae se ferens titulum : Sufficit ad ediscendum,. Continet folia 28.

30. Tractatus de Geodaesia, instrumentisque eo relatis, 30 folia efficiens. Auctoris nomen abest. [Seld. 3277.65.]

MCCXXXIX.

Codex bombycinus, litera exaratus nitida, folia 335 complens. Comprehendit Carmina ad laudem Pseudoprophetae et aliorum, ad pietatem et rerum mundanarum contemptum, ad doctrinam morum, ad Grammaticae Arabicae praeceptiones, spectantia. Liber capite et calce caret, proin et auctoris nomine. [Hunt. 535.]

MCCXL.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1031, christi 1621, exaratus, quo continentur :

1°. Selaheddini alsafadi Commentarius in Librum, Epistola Zaidunia inscriptum, foliis 168 constans. Epistolae auctor ABULVALID AHMED BEN ABDALLA BEN GALEB BEN ZAIDUN ALMakhzuMivir praeclara ac recondita erudi-

eruditione ornatus, conditor item carminum celeberrimus. Is natus est: Cordubae anno Hegirae 394, denatus anno 4.63 HiSpali, ubi apud Regem almotadhed Veziratum gessit. Scribendae Epistolae occasio haec Suit. Vallada HiSpaniarum Regis, almostakphi billa nuncupati, silia, Cordubae nata, non pulchra minus quam ingeniosa Semina, postquam parentes amiserat, Se ad Rhetoricae ac Poeticae studia transtulit, et in iis brevi ita excelluit, ut in ingenti gloria apud omnes eruditos esset. Abdusius vir pernobilis Cordubensis eam, per mulierem quandam, ad perpetuam vitae Societatem invitavit, Sed repulsam tulit. Tum ben zaidun, hoc audito, nomine Puellae hanc ad eum Scripsit Epistolam; in qua exponitur, quare illa ei renunciaret, Suoque Se de fastigio ad proci humilitatem demittere nolit. Libellus est lepidus, scitusque, et tam salibus, quam elegantia dictionis et floribus, commendabilis.

2°. Ejusdem safaditae Commentarius in Librum, Epistola Gehuria dictum, folia 160 complens. Epistola a ben zaidun, ad Cordubae Regis ben gehur, qui eum certam ob causam in carcerem conjecerat, animum placandum conscripta est. [Hunt. 223.]

MCCXXLI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 964, christi 1556, nitide exaratus, folia 166 efficiens. Complectitur proxime memoratam Epistolam Zaiduniam, cum Commentario, Lucerna oculorum nuncupato, quem conscripsit gemaleddin ibn nobata, qui Cairi natus anno Hegirae 686, decessit octogenario major anno 768. Epistola contexta est allusionibus ad Arabicas historias variis, proverbiiis, Poetarum dictis, ut tessellatum aliquod mirifici artificii opus referre videatur. [Grav. 3782. 10.]

MCCXXLII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1033, christi 1623, exaratus, quo comprehenduntur:

i°. Commentarius, Lumen oculi nuncupatus, in Poema, Directio oculi dictum, foliis 102 constans. Poema condidit abdalcaeder ben; omar ben habib alsafadi, qui decimo ineunte Hegirae seculo floruit. Commentator salutatur olvan aLhamavi. In Opere agitur de rebus, ad Religionem et Historiam sacram spectantibus.

2°. Ejusdem olvani Commentarius in Poema, quod omar ben alpharedh in Suphitarum laudem fecit, appellavitque Taiah, quia ultimae singulorum versuum voces in literam Ta desinunt. Liber efficit 135 paginas. [Pocock. 75.]

MCCXXLIII.

Codex bombycinus, principio carens, 146 folia efficiens. Exhibet Opus, ubi praecipua Juris Mohammedici capita 2669 distichis exponuntur, auctore abu hafs omar alnasafi ꞑ, qui illud anno Hegirae 504, Christi 1110, composuit. Inscribitur : Stricta oratio de Rebus controversis Caput primum agit de Rapto ; secundum, de Deposito. [Hunt. 229.]

MCCXXLIV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1036, christi 1626, exaratus, foliis 218 constans. Ibi occurrunt Carmina varia, ex ben faredh, ben nobata, ben vefa, safieddin alholli, aliisque ingeniosis Poetis collecta, atque ordine alphabetico digesta : auctore anonymo,

## 258 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

nymo, qui hunc Operi titulum praefixit: Oblectamentum amantium, et Solatium desiderio affectorum. Dividitur in duas partes, priorem codex hic exhibet. [Pocock. 19.]

### MCCXLV.

Codex chartaceus, multiplici scriptus manu, ubi continentur :

i°. Carmen thograi, Lamiat Alagiam dictum, cujus singulis distichis zineddin aliraki tres versus adjecit. Habet folia sex.

2°. Carmen amatorium ben zaidun Veziri, scholiis illustratum : id occurrit in codicis quoque calce, sed fine scholiis. Constat 10 foliis.

3°. Carmen in mohammedis laudem, nomine Bordae notissimum, cui addita est interpretatio Persica, versibus scripta. Efficit folia 12.

4°. Opus Persicum, metrice contextum, complectens praecepta ad morum doctrinam pertinentia, quorum auctor AttAr, Poeta apud Persas quondam celeberrimus. Vocibus obscurioribus Arabicae sunt subjectae. Continet liber 36 paginas. [Marsh. 26.]

### MCCXLVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 993, christi 1584, exaratus, foliis 220 constans. Complectitur Poemate Grammaticae institutionibus, Alpha, hoc est Millenarium, dictum, quod mille versibus constat: auctore gemaledin abu abdalla mohammed ben abdalla ben m aleK Hispano, Damasci incola, qui natus anno Hegirae 600, fato functus est 672. Accedit commentarius, de cujus auctore non constat. [Pocock.76.]

### MCCXLVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1043, christi 1633, exscriptus, folia 180 complens. Ibi reperitur olvan ben athia alhamavi, anno Hegirae 936 extincti, Commentarius in Poema Directio oculi, nuncupatum, ubi de rebus ad Religionem et Historiam sacram spectantibus disseritur: auctore abdalCADER BEN HABIB ALSAFADI qui anno Hegirae 916 decessit. Ultima singulorum versuum voces in literam Te desinunt. [Marsh. 498.]

### MCCXLVIII.

Codex chartaceus, anni nota carens, folia 226 implens. Comprehendit Commentarii in Opera Poetica Poetae almotanabbi Tomum priorem, qui hunc praefert titulum : Pars prior Commentarii Divan almotanabbi, Auctore alvahedi, cujus obitus cadit in annum Hegirae 468. In codicis frontispicio legis: Empti duo hi Tomi sunt Aleppi florenis sex et quadraginta. [Marsh. 496.]

### MCCXLIX.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1019, christi 1610, exaratus, foliis 193 constans. Exhibet Operum Poeticorum almotanabbi Tomum posteriorem, cum Commentario, quem alvahedi conscripsit. Carminum auctor dictus est giophi a tribu, e qua originem duxit; kendi, a vico urbis Cuphae, in quo natus est; almotanabbi, a vaticinio, et prophetico munere, quod sibi delirans vindicasse videtur. [Marsh. 485.]

### MCCL.

MCCL.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1013, christi 1604, exaratus, folia 160 efficiens. Ibi occurrit Jus Mohammedicum, versibus conscriptum, et in Libros et Capita divisum, ubi, secundum abu hanIphae mentem, disseritur de purificatione, oratione, eleemosyna, jejunio, peregrinatione, sacrificio, bello, cultu terrae desertae, venatione, licito et illicito, matrimonio, divortio, manumissione fervorum, educatione puerorum, consanguinitate, securitate et poenis, homicidio et furto, rebus deperditis, juramentis, legato, contractibus, emphyteusi, donationibus, conductione, mutuo, pignore, raptu, nothis, minoritate, tutela, fidejussione, foenore, societate, testamentis. Opus inscribitur : Margarita Prudentum et Thesaurus Sapientum. Auctor est abubekr ben alI ben musa alhaMIII<sup>b</sup>. [Laud. A. 59.]

MCCLI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 630, christi 1232, exaratus, foliis 174 constans. Complectitur Opus, in quo carmina varia, ex veteribus Poetis collecta occurrunt. Inscriptio talis est : Heroica juxta Poetarum recentiorum methodum et genium Nomina auctorum, quibus tribuuntur, expressa sunt. Qui collegit, concinnavit et auxit, salutatur abu temam althai. [Marsh. 5\*4-]

MCCLII.

Codex chartaceus, capite et calce truncus, folia 66 efficiens. Continet Carmina heroica, laudatoria, probrosa, itemque ad variarum rerum descriptiones pertinentia. Singuli versus carminis primi in Lam; ultimi, in Mim, desinunt. De auctoris nomine non constat. [Thurst. 3987. 20.]

MCCLIII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 981, christi 1573, exaratus, quo continentur:

i°. Poema explanationem Alcorani complectens, cujus singuli versus in literam \$ desinunt. Condidit abulcasem ben pHira ben khalaph ben ahmed alroaini alshatebi almagrebi. Liber 135 foliis constat.

2°. Ejusdem Poema de variantibus Alcorani lectionibus, folia 36 complens. Singuli illius versus in syllabam cadunt. [Seld. 3268. 56.]

MCCLIV.

Codex chartaceus, citra anni mentionem exscriptus, folia 32 implens. Exhibet varia Carminum genera, quorum alia ad astra, alia ad terram, nonnulla ad maria, quaedam ad animalia, referuntur : auctore shehabeddin ahmed ben maged ben mohammed ben omar alsaadi e. Liber praefatione caret. [Seld. 3236. 24.]

MCCLV.

Codex bombycinus, anni notae expers, foliis 174 constans. Ibi repraesentatur Liber, continens carmina laudatoria, satyrica, funebria, amatoria, probrosa, ethica, religiosa, quae abu temam habib ben aus althai sui aevi Poetarum facile princeps composuit; abubekr alsuli in ordinem redegit. Comparent quaedam in margine notae. [Marsh. 593.]

MCCLVI.



260 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

MCCLVI.

Codex chartaceus, luculente, non commemorato anno, exaratus, folia 124 efficiens. Complectitur varia Carminum genera, auctore abulola ahmed ben Abdalla ben sollman altenukhI qui operi suo Ignis excusss nomen indidit, ea nimirum de causa, quod in ipso juventutis calore ad illud scribendum animum appulisset. Is fato concessiit anno Hegirae 449. Accedunt incerti scriptoris scholia. [Pocock.18o.]

MCCLVII.

Codex bombycinus, non una manu scriptus, quo continentur.

1°. Poema in virorum illustrium Basorensium laudem, Doraidia nuncupatum, auctore abubekr mohammed ben alhosain ben doraïd alazdi, qui anno Hegirae 228 Basorae natus, obiit Bagdadi anno 321. Accedit abu Abdallae mohammed ben Ahmed ben hesham allakhami commentarius. Liber constat 70 foliis.

2°. Carmen, cum anonymi scholiis, de vocibus, ex praesentia et absentia Meddae diversos sensus fundentibus, folia 36 complens. Illius auctor mohammed ben abdalla ben malek althai Alhaiani <sup>£</sup>.

3°. Ejusdem Carmen, cum anonymi scholiis, de verborum inflectendorum ratione, 25 folia efficiens. [Pocock. 266.]

MCCLVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1023, cHRisTI 1614, exaratus, ubi occurrunt:

i°. AvicENNAE Poema de animae cum corpore unione, adjuncto Commentario, cujus auctor abdalrauf ben AlArifin almanavi. Liber hunc prae se fert titulum : Explanatio Carminis de spiritu. Constat foliis 46.

2°. Commentarius in idem Poema septem folia complens. Auctor est abdalvaged ben mohammed

3°. Libellus anonymi, in idem Poema scholia continens. Efficit tres paginas, [Marsh. 35.]

MCCLIX.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia implens 140. Complectitur multiplicia Carminum genera, quorum aliqua ad Regum, Vezirorum, aliorumque illustrium virorum laudes referuntur, nonnulla sunt probrosa, in reliquis variarum rerum et animalium descriptiones continentur: auctore abulshaikh ben mohammed alnathazi <sup>k</sup>, qui Hispahani seculo Hegirae sexto floruit. [Marsh. 597.]

MCCLX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 557, christi 1161, exaratus, foliis 64 constans. Continet Poema, ad politicum regimen et morum doctrinam relatam, cujus auctor abu ali mohammed ben mohammed ben alhabaria AlABBAsi Elegantes operi fabellae et apologi, multaque acute dicta, interferuntur. [Pocock. 147.]

MCCLXI.

Codex chartaceus, anni expers notae, foliorum 182. Eo comprehenditur Pars quarta Commentarii in Poema, Res mirabilis dictum, quod in mohammedis laudem, ad illius instar quod Vulgo Borda

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 261

Borda inscribitur, mohammed ben albarezi algiohni anno Hegirae 725 composuit. Commentator salutatur abubekr ben hogi ah alh am avi. Operi ultima imposita manus anno Hegirae 828, Christi 1424. [Laud.A.51.]

MCCLXII.

Codex bombycinus, nitide, citra anni notam exaratus, cui folia 125. Exhibet Opus incerti auctoris, selectiora praestantissimorum Poetarum carmina complectens, idque hoc titulo : Famulus Ingeniosorum et Socius Perspicacium Dividitur in duodecim capita, ubi, praeter suavissimas narrationes, multa occurrunt lepide et acute dicta ad erudiendum animum, recreandumque idonea. Liber ad mohammed albazzazi pertinuit. [Hunt. 508.]

MCCLXIII.

Codex chartaceus. anno Hegirae 954, christi 1547, exaratus, ubi continentur:

1<sup>o</sup>. Poematis cujusdam laudatorii fragmentum, cum Commentario, 22 foliis constans.

2<sup>o</sup>, Chronicon Regum Persiae et Arabiae, ab abu mohammed abdalmagid ben abdun albaBeri versibus conscriptum, et ab abDalmalek ben abDALLA ALHADHRAMI ALSABTI Commentario, qui Torques Palumbis appellatur, illustratum. Procedit per 208 folia ad annum usque Hegirae tercenteimum. [Pocock. 283.]

MCCLXIV.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, quo comprehenduntur:

1<sup>o</sup>. AvicENNAE Poema de Medicina Theorica et Practica, distichis 1314, foliis 43 constans. Exaratus est; liber anno Hegirae 969, christi 1561.

2<sup>o</sup>. Idem Poema, Commentario Philosophi ben roshd munitum, cui folia 176.

3<sup>o</sup>. Liber, Praestigiae intellectuales<sup>1</sup> dictus, cujus auctor abulhasan almokhtar ben alhasan ben abdun bEn saadun ben bothlan. Is ibi per 15 folia de Quaestione disputat : Num pullus gallinaceus plus in se caloris, quam columbinus, contineat. Prius asserit.

4<sup>o</sup>. Compendium Medicinae, in sectiones decem distinctum, quarum prima de rebus naturalibus; ultima de alimentorum facultate, agit. [Hunt.502.]

MCCLXV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 754, christi 1353, exaratus, foliis 155 constans. Complectitur Carmina varia, a sherfeddino abdalaziz alansari alhamavi in Regum, Principum, amicorumque laudem conscripta, et a mohammed ben nobata almisri Damasci, sub titulo Divan, dicto anno publici juris facta. [Marsh. 525.]

MCCLXVI.

Codex chartaceus, anno Hegirae 993, christi 1584, exaratus, ubi reperiuntur:

i<sup>o</sup>. Poema, Lamiat Alarab dictum, ea de causa, quod Singuli ejus versus litera Lam clauduntur. Ibi per tres paginas de rebus ad morum doctrinam

262 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

nam pertinentibus disseritur. Auctor est ALSHANCARI ALAZDI.

2°. Septem Carmina, Moallacat nuncupata. Horum auctores longe apud Arabes celeberrimi mohammede antiquiores feruntur. Secutis temporibus post binos quoslibet versus additi sunt tres a mohammede althusi in laudem Pseudoprophetae ; verum ita tamen, ut sensus maneret integer. Liber constat 84 foliis.

3°. Poema morale, duas paginas efficiens. Illius auctor obaid ben alabras <sup>b</sup>. [Laud. A. 65.]

MCCLXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 834, chr1stI 1430, exaratus, in quo habentur:

1°. MoHAMMEDIS BEN CAISIR ALbagdadi de Prosodia carmen, binis paginis constans.

2°. Commentarius in Poema ibn alhagebi de Arte Metrica et Rhythmica, 42 folia complens. Auctor est SHEMSEDDIN ABULABBAS AHMED ALASADI

3°. Cothrobi Carmen, Mothallatha dictum, cujus singuli versus talem habent vocem, quae, pro diversitate trium vocalium, tres distinctos fundit sensus. Efficit duas paginas.

4°. Commentarius in Poema MohaMMEDis alsavi de Arte Metrica, et Rhythmica, 66 folia implens. Conscriptit ABDALLA BEN ABDALKAFI BEN ABDALHAMID ALASADI qui Hispali sexto Hegirae seculo claruit. [Pocockj 39-]

MCCLXVIII.

Codex bombycinus, multiplici serip tus manu, quo comprehenduntur:

1°. Poema de Haereditatibus, earum causis et legibus, compositum a moVAFFEKEDDIN ABI ABDALLA HIOHAMMED BEN ALI BEN ALHOSAIN ALRAHABI VUlgo IBN ALMoTTACANA inscriptumque : Liber necessarius pro controversiam moventibus Constat sex foliis.

2°. Poema, cum scholiis, de invidis et obtrectatoribus, hoc insigne titulo: Chamaeleontem referens. Ita appellatur, quia ultima singulorum versuum litera, pro diversa vocum constructione, tingulas admittit vocales. Versus habet 33, et folia quinque. Condidit tageddin othman BEN isa ALBALATHI".

3°. poema, cum seholiis, folia io complens, cujus auctor abu othman said ben aLmobareK ben aLi. Is amicos suos laudat, quos inter saibuiah Grammaticorum princeps.

4°. Poemata illa septem celeberrima, quae Moallacat dicuntur, subjectis commentariis, Persica lingua conscriptis. Opus 103 folia efficit.

5°. Carmina, ad Theologiam et morum doctrinam pertinentia, quibus titulus : Proverbia et Effata <sup>p</sup>. Horum auctor mohammed ben abibekr ben abdaLcader aLrazi Continet liber 50 folia.

6°. Carmen caab ben zohair ben abi soLma almozeni <sup>r</sup>, cum scholiis, in

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 263

in laudem mohammedis, quinque folia complectens.

7°. Carmen Lamiat Alagiam Poetae althograi, cum scholiis Persicis, quatuor paginas implens.

8°. Carmina, ex almotanabbi Opere Poetico excerpta. Habet liber 23 folia. [Pocock. 33.]

MCCLXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 832, christi 1428, exaratus, foliis 72 constans. Ibi reperitur Commentarius in abi mohammed casem ben phira ben khalaf ben ahmed setabitani Poema de variantibus Alcorani lectionibus, inscriptus Expositio utilitatum, et Explanatio difficultatum auctore ABULBECA ALI BEN OTHMAN BEN MOHAMMED BEN AHMED ALCASIH, a quo ultima operi imposita manus anno Hegirae 791. Poema Raia nuncupatur, quia singuli ejus versus in syllaba Ra terminantur. [Pocock. 277.]

MCCLXX.

Codex bombycinus, anni expers notae, folia 90 implens. Complectitur Tractatum de Arte Poetica, ubi de variis carminum generibus seu formis, quae in usum apud Arabes veniunt, adductis plurimis primae notae Poetarum locis, disseritur : auctore abu zakaria jahia BEN ALI ALKHATHIB ALTABRIZI, qui anno Hegirae 530 obiisse fertur. [Hunt. 552.]

MCCLXXI.

CodeX bombycinus, anno Hegirae 863, christi 1458, a ben hagi alrumi exaratus, ubi occurrunt:

i°. Poema, Cogitationum foetus nuncupatum, tot tetrastichis vicenariis, quot in Alphabeto literae dantur, constans. Ibi per 57 folia de mohammedis vita et rebus gestis disseritur. Auctoris nomen, una cum prologi principio, abest.

2°. Carmina varia; variis ex Poetis excerpta, ubi shemseddin ibn vefa agmen ducit. Liber paginas 17 habet. [Pocock. 279.]

MCCLXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 983, christi 1575, exaratus, folia 118 efficiens. Eo continetur Divan sive Poematum Collectio, auctore behaeddin alzohair qui septimo Hegirae seculo in AEGypto, imperante saladini nepote almalekalnaSeri floruit. [Hunt. 337.]

MCCLXXIII.

Codex chartaceus, anni nota carens, folia 370 complens. Continet Librum, complectentem varia carminum genera, epigrammata, cantilenas, apologos. Opus ex pluribus auctoribus est conflatum. Primus est saphieddin alholli. [Marsh. 576.]

POETAE IN OCTAVO.

MCCLXXIV.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, quo comprehenduntur :

1\*. Poema 10 foliis constans, quod a primis illius vocibus Banat Soad appellatur: auctore caab ben zohair, qui primis Islamismi temporibus mohammedem,

264 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

hammedem, cujus tamen dogmatibus nunquam nomen dedit, summis extulit laudibus. Accedit alzuzeni paraphrasis.

2°. Commentarius alkathib altabrizi in Poema, Recreatio animi inscriptum, quod condidit abulfadhl altuzeri. Agitur ibi per 16 folia de ratione, qua moerore afflicto animus erigitur. Exaratus est: anno Hegirae 1038, Christi 1628.

3°. abi abdallae alhosain ben ahmed alhosain alzufni in septem celeberrima Carmina, Moallacat nuncupata, Commentarius, folia 83 complens.

4°. Poema morale sex foliorum, Thantharania dictum, quod althantharani tali composuit artificio, ut postrema singulorum versuum syllaba, unam constituens vocem, congruat cum proxime praeteditis vocis ultima syllaba. Accedit interpretatio Persica.

5°. Scholia altabrizi in Carmen morale, cujus auctor obaid ben alabras. Libellus 5 paginas habet. [Marsh. 366.]

MCCLXXV.

Codex bombycinus, citra anni exaratus notam, folia 140 complens. Complectitur salaheddini khalil ben abik safadit, Commentarii in Poema Lamiat Alagiam Poetae althograi Partem quartam, incipientem ab illis Carminis vocibus : Mihi exemplum est in eo, quod inferior sit Sol Saturno, ubi commentator ad orbium coelestium doctrinam excurrit, adjectis figuris Mathematicis. [Marsh. 503.]

MCCLXXVI.

Codex bombycinus, nitidis exscriptus literis, foliis 114 constans. Ibi reperitur Carminum amatoriorum collectio Commentario illustrata, et Desideriorum Interpres appellata : auctore et commentatore mohieddin abu abdalla aiohammed ben ali ben mohammed alarabi althai alhatemi alandalusi, qui seculo Hegirae septimo floruit. [Marsh. 484.]

MCCLXXVII.

Codex bombycinus, luculente, non commemorato anno, exaratus, folia 188 efficiens. Exhibet Carmina encomiastica, gratulatoria, valedictoria, tristia, et variis de rebus. Inscritur opus: Excussa igniarum scintilla, ingenii scilicet scientiaeque specimen. Auctor est abuLOLA AHMED BEN SOLIMAN ALTENUrhi Initio nonnulla desiderantur. [Pocock. 88.]

MCCLXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1039, christi 1629, exaratus, foliis 122 constans. Ibi repraesentantur sub titulo Divan varia Carminum genera, eaque in complurium Syriae et Aegypti Principum, virorum item literis perpolitum, laudem condita, et ordine alphanumerico disposita; ut et Epistolae stricta oratione conscriptae : auctore ABULF ADHL ZOHAIIR BEN MOHAMMED BEN ALI ALMAHALLI, qui seculo Hegirae septimo floruit. Praemittitur praefatiuncula de Poeseos praestantia. [Laud. A. 86.]

MCCLXXIX.

Codex bombycinus, anni expers notae, foliorum 60. Complectitur Tractatum Poeticum de carmine extemporali, quod Zegel vocitatur, inscriptus Adeptio desiderii,

derii, auctore takieddin ben hogiah alhamavi. Plurimi inseruntur de amoribus versus. [Marsh. 702.]

MCCLXXX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 832, christi 1428, exaratus, folia 196 complens. Comprehendit Poema Lamiat Alagiam inscriptum, cum Commentario, cujus auctor selaheddin khalil ben abik alsafadi Opus in duas dividitur partes; posteriorem codex exhibet. Poema pocockii studio Latine prodiit. [Marsh. 570.]

MCCLXXXI.

Codex bombycinus, scriptionis destitutus aera, folia 170 efficiens. Eo continetur Commentarius ben nobatae in ben zaidun Epistolam, de qua mentio supra jam facta. Scripta nimirum est nomine valladae Regis almostakphi billa nuncupati siliae, ad ben abdu, qui eam matrimonio sibi adjungere studuerat, sed contemptum et repulsam tulerat. Exponitur itaque in ea cur Puella ei renunciaret, suoque se de fastigio ad proci humilitatem demittere nolit. Mordax est Epistola haec, sed perelegans. [Pocock. 272.]

MCCLXXXII.

Codex chartaceus, anni nota carens, folia 120 implens. Continet Commentarium in proxime memoratum ben zaidun Epistolam: auctore gemaledin ben nobata. Commentarius inscribitur Fontium declaratio. Praemittitur catalogus nominum virorum et mulierum, quorum in Epistola mentio sit. Nomina autem illa sunt circiter octoginta. [Marsh. 48.]

MCCLXXXIII.

Codex chartaceus, non una scriptus manu, ubi reperiuntur :

1°. Collectio Poematum, ad mohammedis laudem pertinentium, 32 folia efficiens, et titulum hunc prae se ferens: Cantus Columbae. Initio nonnulla desiderantur.

2°. Tractatus partim soluta, stricta partim oratione scriptus, cui titulus: Venti orientalis aura. Constat capitibus triginta, foliis 74, quibus coeli et siderum, solis et lunae, diei et noctis, nubium et imbrium, quatuor anni tempestatum, marium, fluviorum, hortorum, fructuum, florum, equorum, avium, camelorum, amicorum, armorum, descriptio stilo pereleganti contextitur: auctore alhasan ben omar ben alhasan ben habib Opus exaratum est anno Hegirae 1030, Christi 1620.

3°. Fragmenta tam carmine quam prosa. Liber habet 64 paginas. [Pocock. 153.]

MCCLXXXIV.

Codex bombycinus, pereleganter exaratus, foliis 44 constans. Complectitur Poema de mohammedis laudibus, Borda seu Vestis elegans nuncupatum, quod tanto est: apud Mohammedanos in pretio, ut multi versus illius aperto capite et nudis pedibus recitent. Condidit sherfeddin abu abdallae mohammed ibn alsaad albusiri Aegyptius, septimi Hegirae seculi scriptor. Is in morbum cum incidisset mohammedis ope, qui se illi in somnis obtulerat, recu-

266 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

recuperata valetudine, hoc grati in Pseudoprophetae animi monumentum extare voluit. Praemittitur praefatio Persice conscripta. [Laud. 62.]

MCCLXXXV.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 146 complens. Ibi reperitur Opus Poeticum, Aeternitatis Desiderium inscriptum, in quo varia Carminum genera, ad amorem divinum spectantia, exhibentur : auctore zineddin alabzari b. [Marsh, 569.]

MCCLXXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 985, christi 1577, exaratus, foliorum 189. Comprehendit Carmina laudatoria et satyrica, ordine alphabetico disposita, titulo Collectio Poematum. Auctor salutatur abulthaieb almotanabbi. Is in itinere Bagdadum versus a grassatoribus, vel, ut alii, a malevolis obruncatus est, anno Hegirae 354. [Marsh. 506.]

MCCLXXXVII.

Codex chartaceus, imperita exaratus manu, foliis 170 constans. Eo continetur Poema historicum, ab abu mohammed abdalmagid ben abdun compositum, et ab abu mervan abdalmalek ben iardun alhadhrami commentario dilucidatum, quod hunc prae se fert titulum : Voluptas magna. Opus rerum, ab orbe condito ad Abbasidarum usque Dynastiam gestarum, historiam exhibet. [Marsh. 606.]

MCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, scriptionis aera carens, folia 102 complens. Complectitur Carmina varia de religione, sapientia, de anima, de vita monastica de poenitentia; itemque Epistolas et odas. Titulus est: Carminum collectio Auctor vocatur shehabeddin ahmed ben olvan aliamani. [MaHh.587,

MCCLXXXIX.

Codex chartaceus, citra anni exscriptus notam, folia 88 efficiens. Ibi occurrit Poema in mohammedis laudem, cum Commentario, cujus auctor ignoratur. Carmen istud condidit caab ben zohair ben abi solma, qui ad Pseudoprophetae usque tempora vitam produxit. Praemittitur praefatio de carminis excellentia. [Pocock. 247.]

MCCXC.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1006, christi 1597, exaratus, foliis 82 constans. Continet Opus sio inscriptum : Notae dilucidae in Mocaddema hoc est, Commentarius in mohammed algezeri Poema de recto et concinno Alcorani legendi modo. Commentator auctoris fuit filius, qui opus hocce anno Hegirae 806 Larindae absolvit. [Laud. A. 64.]

MCGXCI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1067, christi 1656, exaratus, folia 86 implens. Eo comprehenditur Opus Poeticum, exhibens carmina in Regum, et virorum literis clarissimorum, laudem varia, auctore abulcasem mohammed ben hani, qui seculo Hegirae qUartO floruit. Primum occupat locum moez ledi-

CODICES MANUSCRIPTI ARABICI. 267

led1nIlla Chalipha Phatemida. [Hunt.527.]

MCCXCII.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 45 efficiens. Complectitur Poemata xliii. versus 1487, titulo Auri Micae, auctore abulhasan ali ben musa ben abilcasem ben ali alansari alandalusi. Carmina ordine sunt alphabetico disposita, pertinentque ad varii argumenti res. Notulae passim conspiciuntur inter lineas, inque margine. [Hunt. 405.]

MCCXCIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1032, christi 1622, exaratus, foliis 280 constans. Continet Opus Poeticum, quod abulola ahmed ben abdalla soliman AlmaArri Altenukhi e composuit, atque a finalibus carminum consonantiis Lozum ma la jalzam nuncupavit: ubi de intellectualibus rebus, et de vanitate mundi ac contemptu disseritur. [Pocock. 11.]

MCCXCIV.

Codex bombycinus, anni carens nota, ubi reperuntur:

i°. Fragmentum de septem Carminum formis, tres paginas efficiens. Liber hunc prae se fert titulum: Margaritae sculptae. Auctor salutatur alaeddin alhariri f.

2°. abu abdallae sHemseddin moHammed ben aHmed ben giaber alandalusi, Aleppi incolae, de capitum Alcorani titulis Poema, duas paginas complens.

3°. Carmina moralia, ex diversis auctoribus excerpta ab alaeddino almardini, atque sic inscripta: Cordium Sidera. Opus habet 42 folia. [Marsin 73.]

MCCXCV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 980, christi 1572,. exaratus, ubi occurrunt:

i°. Carmina ordine alphabetico disposita, quae composuit mohieddin ben ali alarabi alhatemi aLthai aLanDALusi, inscripsitque : Fulgor Elegantiae eximius Opus foliis 82 constat.

2°. Fragmenta Poetica, et preces supersticiosae. Continet liber 24 folia. [Pocock. 275.]

MCCXCVI.

Codex bombycinus, scriptionis destitutus aera, folia 86 complens. Exhibet Poemata varia, quorum auctor omar ben alfaredh, vitae sanctitate et doctrinae fama apud Mohammedanos clarus, qui origine Apameus, ortu vero AEgyptius, obiit Cairi anno Hegirae 632. Haec autem Poemata collegit e compluribus vetustis exemplaribus ali sebth ejusdem Poetae civis. [Marsh. 66.]

MCCXCVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 990, christi 1582, exaratus, foliis 74 constans. Complectitur Carmina varia, ad virorum illustrium laudes relata, quae simul collecta Divani circumferuntur nomine : auctore kemaleddin ibn alnabih. Liber principii est expers. [Pocock. 23.]

MCCXCVIII.



268 CODICES MANUSCRIPTI ARABICI.

MCCXCVIII.

Codex bombycinus, nitidis exaratus literis, ubi reperiuntur:

1<sup>8</sup>. Divan sive Poematum, quorum ; auctor omar ben alfaredh, Collectio, folia 50 complens.

2<sup>o</sup>. Poemata encomiastica, ex alseri ben alseri aLkendi Operis Poetici tomo primo excerpta. Constat liber 30 foliis.

3\*. Veterum Poetarum Poemata selectiora, in septem distributa classes, quarum quaelibet septem carmina continet. In prima quae occurrunt classe, auctores eorum sunt, amralkeis, tharafa, lebid, mohar ben abi solma, Nabega, AlAshI, Amru bhn kelthum Opus complectitur 66 folia.

4<sup>o</sup>. Carmina, ex IbN AbI jali Operis quod Delectus verborum et Hortus effatorum inscribitur, Parte prima deprompta. Efficit liber 10 folia.

5<sup>o</sup>. Abi pharas Divan sive poematum collectio, cui folia 73. [p<sub>0</sub>cock. 174.]

MCCXCIX.

Codex chartaceus, capite et calce truncus, paginas 19 efficiens. Complectitur Fragmentum Poeticum. Auctor ignoratur. [Seld. 3304.92.]

## CODICES PERSICI.

### VETUS TESTAMENTUM IN QUARTO.

#### CODEX PRIMUS.

CODEX bombycinus, anno Hegirae 1028, christi 1618, exaratus, foliis 102 constans. Ibi reperitur Psalterium davidis Persicum, e Latino a Patre joanne, e Carmelitarum sodalitia, anno Christi 1613 conversum. Praemittitur praefatio, ubi sermo sit de Librorum sacrorum ordine, et Psalmorum lectione. Occurrunt passim notae, plumbagine ductae. [Grav. 377<sup>64</sup>-]

#### II.

Codex bombycinus, eleganter, non consignato anno, exaratus, folia 106 complens. Complectitur Psalterium davidis, e lingua Latina in Persicam conversum. Interpretationis auctor Pater joannes e Carmelitarum familia. Praefatio de Librorum Sacrorum Serie praecipit, deque Psalmorum legendorum ratione. [Arch. B. 3044. 55.]

#### III.

Codex bombycinus, nitide et accurate Scriptus, folia 114 efficiens. Exhibet Psalterium davidis Persicum. Interpretationis auctor ignoratur. Psalmorum tituli rubram literam habent. Praefatio desideratur. Liber concinne compactus. [Laud. A. 138.]

#### IV

Codex chartaceus, non ita pridem exaratus, cui folia 88. Comprehendit Librum Psalmorum davidis Persicum. Psalmi decem posteriores desiderantur. Praefatio nulla praemittitur. Manus imperita atque inelegans. [Cler.3928. 10.]

### VETUS TESTAMENTUM IN OCTAVO.

#### V.

Codex bombycinus, eleganter exaratus, quo continentur:

i°. Historia judithAE, e Latina lingua

## 270 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

lingua in Persicam ab anonymo conversa Liber constat 48 foliis.

2°. Astrologia versibus conscripta, viginti folia complens. Nullum de auctore verbum.

3°. Poema anonymi morale, 12 paginas efficiens. [Hyde. 19.]

## NOVUM TESTAMENTUM IN QUARTO.

### VI.

Codex bombycinus, perita exaratus manu, folia 219 complens. Ibi exhibentur quatuor Evangelia Domini nostri Jesu Christi Perfice. Versio ad verba et mentem Graeci Textus est concinnata. Interpretationis quis sit auctor, definire non facile. [Laud. A. 96.]

### VII.

Codex bombycinus, luculente, non annotato anno, exaratus, foliis 230 constans. Ibi repraesentatur quatuor Evangeliorum Domini nostri Jesu Christi Versio Persica, Arabicam et Syriacam redolens. Interpretationis auctor ignoratur. [Hyde. 12.]

## THEOLOGIA CHRISTIANA IN QUARTO.

### VIII.

Codex bombycinus, perita scriptus manu, folia 215 efficiens. Complectitur Opus, Speculum Sanctitatis inscriptum, ubi nimirum exhibentur vita et miracula duodecim Apostolorum, e Latina lingua in Persicam conversa, auctore Patre hieronymo xaverio Societatis Jefu, qui opus hoc suum gelaleddino aKbar, Mogolorum Imperatori nuncupavit. Praemittitur quinque paginarum praefatio. [Laud, A 125.]

## ASCETICI et POLITICI IN FOLIO.

### IX.

Codex bombycinus, litera lectu facillima exscriptus, quo continentur:

i\ Liber utrinque mutilus, disserens per 128 folia de mqhammede, ejus comitibus et primis successoribus; de praeceptis, quae ad lotionem sacram, orationem, eleemosynam, jejunium, Meccanam peregrinationem, itemque bellum adversus infideles, spectant; de paradiso, inseris, morte, resurrectione, praemio, poena, prophetis. Auctoris nomen ignoratur.

2°. Fragmentum Arabicum, traditiones quasdam, a Propheta acceptas continens. Novem habet paginas. [Laud. B. 89.]

### X.

Codex chartaceus, non ita pridem exaratus, foliis 250, quorum 66 scriptura carent, constans. Ibi reperitur Opus, partim soluta, partim ligata oratione conscriptum, et Rosarum Hortus nuncupatum, cui Capita sunt octo. Primum agit de Regum indole et consuetudinibus; secundum, de moribus Religiosorum; tertium, de continentiae praestantia; quartum, de silentii commodis; quintum, de amore et juventute; sextum, de imbecillitate et senectute; septimum, de efficacia educationis, et institutionis; octavum, de conver-

## CODICES MANUSCRIPTI PERSICI. 271

conversationis regulis, et statutis. Auctor est mosleheddin saadi shirazita, qui septimo Hegirae seculo floruit. Gentius, a quo Latine conversus est, Rosarium Politicum inscripsit. Accedunt gol11 notae quaedam. [Marsh.1740

### XI.

Codex bombycinus, splendide, absque anni nota, exaratus, folia 530 complens. Complectitur Opus, duodecim Sectiones, quae Fidelium Consessus dicuntur, continens. Prima disserit de Religionis Mohammedicae fundamentis, deque illis urbibus, ubi illa maxime floret; secunda, de praecipuis Persarum tribubus ac familiis; tertia, de Pseudoprophetae sociis; quarta, de ejusdem asseclis; quinta, de Theologiae scholasticae doctoribus; sexta, de iis, qui in mystica Theologia excelluerunt; septima, de Philosophis et Jurisconsultis; octava, de Regibus et Sultanis; nona, de celebrioribus belli ducibus; decima, de Veziris et Scribis; undecima, de Arabum Poetis; duodecima, de Persarum Poetis. Salutatur auctor cadhi jahia Isa<sup>b</sup>. [Marsh. i94.]

### XII.

Codex bombycinus, perita scriptus manu, folia 250 implens. Eo continetur Opus, Nigharistan sive Porticus inscriptum, quod septem capitibus absolvitur. Primum agit de morum elegantia; secundum, de religione et pietate; tertium, de bona societate; quartum, de amore et amicitia; quintum, de adhortatione et consilio; sextum, de justitia et misericordia; septimum, de variis virtutum fructibus. Insertae sunt passim narrationes jucundae, et versus delicati. Auctoris nomen est moineddin giovini. [Marsh. 397.]

### XIII.

Codex bombycinus, vetus, folia 12 efficiens. Exhibet Librum, ubi disseritur de Hominis praestantia super caetera quotquot sunt animantia, et quod opus habeat religione divina; itemque de mentis acrimonia, variisque ejus dotibus. Characteres non fatis sunt concinni, et auctoris nomen abest <sup>a</sup>. [Seld. 3284, 72.]

### XIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 905, christi 1499, exaratus, foliis 260 constans. Ibi repraesentatur Opus Asceticum, plura in capita distributum, et Patefactio Opertorum inscriptum, disserens nimirum de Ascetarum, qui Suphitaee vocantur, regulis, moribus, studiis, dogmatibus, sectis, moderatoribus. Illius auctor abulhasan ali ben othman algiollani <sup>f</sup>. [Marsin 237.]

### XV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1052, christi 1642, Leydae in Hollandia exaratus, folia 73 complens. Continet Librum Ethicum et Politicum, eruditis notissimum, cui nimirum Colaila et Dimna est titulus. An ex Indica lingua, an ex Arabica in Persicam conversus sit, non dicitur. Interpretis quoque nomen non occurrit. Characteres sunt elegantes, vocalibus instructi. Pictura nulla conspicitur. [Marsh. 455.]

## ASCETICI et POLITICI IN QUARTO.

### XVI.

Codex bombycinus, splendide, absque anni nota, exaratus, folia 104 efficiens.

## 272 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

ficiens. Eo comprehenditur Opus morale, Liber de optimis moribus inscriptum, in capita quadraginta divisum, ubi complura occurrunt e veterum monumentis petita exempla, ad mores instituendos accommodata. Caput primum agit de Religione; ultimum, de Famulatio. Carmina elegantissima passim interseruntur. Auctor est hosain ALKASHEFI, qui anno Hegirae 910 obiisse fertur. [Marsh. 497.]

### XVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 929, christi 1522, exscriptus, folia 340 implens. Complectitur Opus Ethicum et Politicum, in capita quatuordecim distinctum, et hoc titulo praenotatum: Lumina Canopi. Caput primum agit de delatoribus et susurronibus, eorumque consortio vitando; 2. de concordia amicorum, itemque commodis, quae ex mutuo subsidio proveniunt; 3. de infelici et infausto improborum exitu; 4. de praecavendo inimicorum dolo; 5. de incuria, socordia, negligentia, et inde orituris malis; 6. de damnis et dispendiis, quae nimia festinatio invehit; 7. de vigilantia, consilio, hostesque superandi ratione; 8. de malevolis, invidis, et perniciosis assentatoribus; 9. de condonandis delictis, et clementia reges decente; 10. de praemio et poena; 11. de turpi lucrandi cupiditate; 12. de mansuetudine, gravitate, modestia, constantia; 13. de sceleratorum ac perfidorum malis artibus; 14. de Dei providentia. Auctoris nomen abeth [Grav. 3780, 8.]

### XVIII.

Codex bombycinus, nitidissime exaratus fine anni indicio, ubi continentur :

1°. Opus versibus conscriptum, Armarium Mysteriorum nuncupatum disserens per 90 folia de rebus ad Ethicam, Politicam, ac Theologiam spectantibus. Multa ibi de Pseudopropheta. Liber jucundissimis narrationibus refertus, sed operis primam tantum partem constituit. Illius auctor nadhami.

2°. Poema similis argumenti, folia 73 complens, et titulum hunc prae se ferens: Thesaurus Mysteriorum. Composuit mula giami. [Marfli. 369.]

### XIX.

Codex bombycinus, fine truncus, foliis 183 constans. Ibi reperitur Opus, in Tractatus tres, plura capita complectentes, distinctum, inscriptumque Liber de Moribus. Tractatus primus agit de Ethica; secundus, de Oeconomia; tertius, de Politica. In praefatione sermo sit de Philosophiae partibus et divisione. Auctor salutatur khogia nasireddih mohaMMed ALTHUSi. LaUdat is ARisTOTELEM frequenter. Obiit anno Hegirae 672. [Pocock. 61.]

### XX.

Codex bombycinus, elegantissime anno Hegirae 1066, christi 1655, exaratus, folia 100 complens. Continet Librum tripartitum, Lumina splendentia nuncupatum, disserentem de rebus ad Ethicam, Oeconomiam, Politicam

ticam spectantibus. Varia ex Alcorano loca insperguntur. Aristoteles laudatur. Auctoris nomen reticetur. [Marsh. 87.]

XXI.

Codex bombycinus, anni carens nota, ubi reperiuntur:

1<sup>o</sup>. Opus, Promptuarium Regum inscriptum, capitibus decem, foliis 206, constans. Caput primum disserit de Religione et Fidei articulis; secundum, de cultu divino, oratione, eleemosyna, jejunio; tertium, de morum regulis, primorumque quatuor Chalipharum virtutibus; quartum, de societate conjugiali, paterna et herili; quintum, de officiis regum in subditos, et subditorum in reges; sextum, de regia potestate, et imperatorio jure; septimum, de licitis et illicitis, ac adiaphoris; octavum, de beneficentia, aequitate, gratitudine; nonum, de patientia in adversis; decimum, de vitanda Superbia et ira. Auctor est SAID ALI ALHAMADani <sup>b</sup>, qui de vita anno Hegirae 78 exiit.

2<sup>o</sup>. Tractatus anonymi Theologicus, 12 paginas complens. [Marsh. 540.]

XXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 926, christi 1519, exaratus, folia 124 efficiens. Eo continetur Tractatus, Carmine et profa scriptus, et Vernum tempus inscriptus, ubi per octo prata seu Capita, quibus variae inferuntur narrationes et apologi, de rebus ad morum disciplinam, politicum regimen, religionemque spectantibus disseritur: auctore GiAMi, Poeta inter Persas Celeberrimo, qui anno Hegirae 888 obiisse fertur. [Seld. 3243. 31.]

ASCETICI et PoLITICI IN OCTAVO.

XXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 917, Christi 1511, exaratus, foliis 340 Constans. Exhibet Tractatum de vita prudenter instituenda, in capita quatuordecim distinctum, et Lumina Canopi inscriptum. Caput primum disserit de delatoribus et susurronibus; 2. de amicitia, ejusque utilitate; 3. de infelici improborum exitu; 4. de praecavendo hostium dolo; 5. de incuria, socordia, negligentia; 6. de malis, quae nimia festinatio importat; 7. de industria, vigilantia; 8. de pernicioso adulatoribus; 9. de clementia Reges ornante; 10. de praemio et poena; 11. de turpi lucro; 12. de modestia, gravitate, constantia; 13. de sceleratorum artibus; 14. de Dei providentia. Nullum de auctore verbum. [Marsh.553.]

XXIV.

Codex bombycinus, capite et calce truncus, folia 319 efficiens. Ibi reperiuntur Miscellanea, ad Theologiam, Ethicam, Politicam, Historiam, Physicam, spectantia. Multa ibi de virorum quorundam illustrium virtutibus, et insigni pietate. Liber capitibus caret. Auctoris nomen ignoratur. [Seld. 323927-]

XXV.

Codex bombycinus, non una exaratus manu, ubi reperiuntur:

1<sup>o</sup>. Miscellaneorum praecedentium fragmentum, decem et sex foliis constans.

2<sup>o</sup>. Trac-

274 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

2°. Tractatus de primorum Chalipharum laudibus, deque conversationis religiosae utilitate et fructu, 100 folia, quorum priora transposita sunt, complens. Illius auctor hosain ibn alem ibn abilhasan alhosaini. Liber descriptus est anno Hegirae 1012, Christi 1603.

3°. Carminum amatoriorum Divan sive collectio, 70 folia efficiens. Auctor salutatur chaki.

4°. Carmina varia, incondita exscripta manu: ultimum lingua Indica, literis Persicis, scriptum est. Liber habet folia 42.

5°. Poema de leilen et meginun amoribus. Imperfectum. [Seld. 3240. 28.]

XXVI.

Codex bombycinus, litera nitida exaratus, quo comprehenduntur:

1°. Tractatus de peregrinis et peregrinatione, itemque de vitae praesentis aerumnis, et futurae deliciis, 31 folia complens.

2°. Tractatus de methodo, qua ani, mus ad Deum sese erigere possit, sex folia efficiens. Inscibitur : Accessus ad Deum. Auctoris nomen non comparet.

3°. Quadraginta Dicta mohammedis Arabice tetrastichis Persicis explicata. Liber octo folia habet.

4°. mlran mohieddin abdalcaeder ghilani. Liber ubi per 13 folia quindecim Epistolae de variis argumentis exhibentur.

5°. Manifesta quaedam principia, ab omnibus agnita cordatis, et concessa. Liber 20 folia efficit.

6°. Triplex via insequendi vestigia mohammedis, succelbrumque ejus tria folia implens.

7°. Liber, Speculum Mundum repraesentans dictus: est explicatio circuli cujusdam mystici. folia septem habet. Sequuntur duae paginae, ubi prophetia Mohammedis asseritur.

8°. Superstitiosa morborum prognosis, quacunqu totius anni die aut nocte acciderint, 3 folia habens.

9°. Hymnus rhythmicus, Nomen Divinum celebrans. [Laud. A. 83.]

XXVII.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, ubi reperiuntur:

1°. Liber de Deo, ejusque attributis, itemque de Prophetia, 24 folia continens, titulumque hunc prae se serens: Tractatus de Entis, necessario existentis demonstratione. Demonstratio instituitur ex naturae miraculis, et creaturarum essentia. Auctor est joseph ali.

2°. Ex Opere, Memoranda Regionum dicto, excerptae aliquot historiae seu relationes; quae ad Chatajam et Indiam spectant. Liber, Turcice conscriptus, foliis 15 constat.

3°. Tractatus Geographicus, hoc praenotatus titulo: Regnorum Tractus. folia 96 complet. Composuit abulhasan said ben ali algiorgiani Is anno Hegirae 816 obiit. [Seld.3307. 95-]

XXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 998, christi 1589, exaratus, foliis 290 constans. Complectitur Opus, Liber

ber de optimis moribus inscriptum, disserens per quadraginta capita de rebus, ad Religionem, politicum regimen, morumque disciplinam, pertinentibus: auctore hosain alkashefi<sup>b</sup>, qui ab hominibus anno Hegirae 910 demigravit. [Maresc. 96.]

XXIX.

Codex bombycinus, anni expers notae, folia 77 complens. Ibi reperitur Tractatus Theologicus, Mysteriorum recitatio appellatus, cui sectiones sunt quatuor. Prima agit de formula, Non est Deus nisi Deus, mohammed Legatus est Dei; secunda, de mundo invisibili, aut contemplativo, vel intelligibili; tertia, de coelo empyreo; quarta, de Divinitate. Auctoris abest nomen. [Camer. 3520. 30.]

XXX.

Codex bombycinus, anni Carens indicio, folia 80 efficiens. Librum continet Theologicum, in octo tractatus distinctum, ubi de Deo, ejusque attributis, de excellentia Pseudoprophetae, ejusque apostolatu, de precum regulis et conditionibus, de locorum quorundam Alcoranicorum arcano sensu, disseritur. Nullum de auctore verbum. [Laud. B. no.]

HISTORIAE SCRIPTORES IN FOLIO.

XXXI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1018, christi 1069, polite exaratus, foliis 200 constans. Eo continetur Operis sive Historiae universalis, quae Hortus Deliciarum inscribitur, Volumen primum, ubi de Tabula custodita, de Calamo, quo Angeli scribunt, de Geniis ante adamum terrae incolis, de adami creatione, de Prophetis et Patriarchis, de Persarum Regibus ad jezdegerdem usque, quo imperante Persae in Mohammedanorum potestatem venerunt. Praemittitur praefatio de Historiae utilitate. Auctoris nomen mohammed ben khuandshah ben mahmude<sup>e</sup>, Vulgo mirKhond. [Marsh. 441.]

XXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1040, christi 1630, exaratus, folia 273 complens. Complectitur Historiae universalis, a mirkhondo scriptae, Volumen secundum, ubi primum agitur de mohammedis nativitate, progenie, prophetia, praeliis, fuga, victoria, quaeque eo pertinent; deinde, de illius Successorum abubekri, omari, othmani, ALi, rebus gestis et virtutibus. [Marsin 442.]

XXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 978, christi 1570, exscriptus, folia 569 implens. Ibi exhibetur Operis praecedentis Volumen tertium, quod Tomis tribus absolvitur, nempe tertio, quarto, quinto. Tertius agit de Chaliphis e Stirpe Ommiadarum et Abbatidarum, itemque de duodecim Imamis sive Antistitibus; quartus, de Dynastiis, quae imperantibus Abbatidis initium ceperunt; quintus, de Tartarorum Mogulentium, vulgo Ginghizchanorum, qui in Perside dominati sunt, rebus gestis. Liber desinit in khogia ali muiad, qui e Sarbedariis Rex fuit xii. [Marsh. 443.]

XXXIV.



276 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

XXXIV.

Codex chartaceus, luculente, non ita pridem exaratus, folia 210 efficiens. Opus continet ad Historiam, Geographiam, Astronomiam et Physicam, spectans, constansque praefatione, tribus partibus, corollario. In Praefatione disseritur de creatione, orbibus coelestibus, stellis, elementis, meteoris, climatis, locorum item longitudine et latitudine. Pars prima agit de metallis, plantis, animalibus; secunda, de homine, membrorum ejus fabrica et facultatibus; tertia, de variis Orientis regionibus, urbibus, maribus, lacubus, montibus. Corollarium provinciarum quarundam miranda exponit. Liber hunc prae se fert titulum : Cordium oblectamentum. Auctor est hamdalla ben abibekr ben hamd almatufi alcavini <sup>b</sup>. Accedunt passim gollī notulae. [Marsh. 190.]

XXXV.

Codex bombycinus, literis exaratus nitidis, qui folia 300 habet. Eo comprehenditur Operis, quatuor in Tomos distributi, Historia mundum exornans inscripti, Tomus primus, agens primum de Familiae Sophicae Majorum vita, deinde de shah ismaelis, shah thamasi, shah mohammedis, ad iskender shanum usque, rebus gestis. Auctor salutatur iskender begh [Marsh. 14 5-]

XXXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1058, christi 1648, exaratus, foliorum 186. Complectitur Operis, quod Historia mundum exornans appellatur, Tomum secundum, ubi res gestae shah abbasi, qui imperium anno Hegirae 990 suscepisse dicitur, pertractantur: auctore iskender begh. [Marsh. 146.]

XXXVII.

Codex chartaceus, anni nota carens, folia 470 complens. Ibi repraesentatur Operis praecedentis, quod scilicet Historia mundum exornans inscribitur, Tomus tertius, agens de shah abbasi rebus gestis, et de compluribus Principibus, qui eo imperante, vixerunt. Auctoris nomen iskender begh. [Marsh. 147.]

XXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1056, christi 1646, exaratus, folia 160 implens. Exhibet Operis, Historia mundum exornans nuncupati, Tomum quartum, ubi de shah abbasi vita et rebus gestis. Composuit iskender begh. [Marsh. 127.]

XXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1001, christi 1592, exaratus, folia 486 complens. Ibi reperitur Opus, Annalium Substantia inscriptum, cui Partes duodecim sunt. Prima agit de creatione mundi juxta fabulas, quae in Alcorano et traditionum libris occurrunt; secunda, de Patriarchis et Prophetis; tertia, de AEscuLAPio, aristotele, solone, hi pocrate, soCrate, pythagora, aliisque Philosophis; quarta, de veterum Persiae Regum chronologia; quinta, de mohammedis ortu, rebus gestis, morte; sexta, de quatuor primis Pseudoprophetae successoribus, et de duodecim Imamis; septima, de Chaliphis e stirpe Ommiadarum; octava, de Chaliphis e stirpe Abbasidarum; nona,

CODICES MANUSCRIPTI PERSICI. 277

nona, de variis dynastiis, quae Abbasidarum temporibus, et post illa, ortum habuerunt; decima, de ginguizchano, ejuSque posteris; undecima, de tamerlane, ejuSque posteris; duodecima, quae corollarii est vice, de urbis Herat amplitudine et amoenitate. Auctor vocatur gaiatheddin ben hamameddin, cognomento khondeMir. [Seld. 3i7.390

XL.

Codex bombycinus, anni expers in dicii, foliis 310 constans. Complectitur Historiam universalem, quae a moMaMMede ben gioraIr althabari primum Arabica lingua est conscripta, ab anonymo deinde in Persicam conversa : ubi agitur de creatione mundi, de Patriarchis et Prophetis, de quatuor veterum Persiae Regum dynastiis, de Pseudopropheta et Chaliphis. Decurrit ad finem usque Imperii Saraceni. [Laud. A. 177.]

XLI.

Codex bombycinus, luculente, non consignato anno, exscriptus, folia 540 complens. Eo comprehenditur Regum Indiae, Indicarumque rerum Historia, a sebeckeghin ad aKbarum UsqUe, hOC est, ab anno Hegirae 367 ad annum 1001, deducta : quae Praefatione, novem capitibus, corollario, constat. Praefatio agit de Gaznavidis, qui in India dominati sunt. Capita exponunt Sultanorum, qui in variis Indiae regnis imperarunt, res gestas. Corollarium rariores quosdam edisserit casus. Auctor operis vocatur nidhameddin ahmed BEN MOHAMMED MOKIM ALHARAVI [Th. Hyde. 47.]

XLII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 930, cHRisTI 1523, exaratus, foliis 194 constans. Continet Opus, in capita sex, plures sectiones complectentia, distinctum, ubi Praefectorum et Principum, qui Provinciis Kilaniae et Dilemistaniae praefuerunt, vita et res gestae enarrantur : auctore mir dheher. Liber terminatur in anno Hegirae 890. [Arch. D 2926. 14.]

XLIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1071, christi 1660, exaratus, complectens foliis 280 Opus, Consessuum ornamentum inscriptum, quod novem Partibus, quarum quaelibet decem sectiones habet, absolvitur. Pars prima agit de Creatore, de Prophetis, de veteribus Persiae Regibus, de Chaliphis, de dynastiis, quae imperantibus Abbasidis ortae sunt; secunda, de politico regimine; tertia, de Philosophis, Medicis, Astronomis, Poetis, Musicis, qui magnum adepti nomen sunt; quarta et quinta, de virtutibus; sexta et septima, de vitiis; octava, de fato, et rerum vicissitudine; nona, de nobilioribus Asiae urbibus. Auctor est magededdin mohammed alhos aini. [Th. Hyde. 45-]

XLIV.

Codex bombycinus, anni expers notae, quo continentur:

i°. Anonymi Tractatus Historicus et Dogmaticus, agens per 170 folia de moham-

## 278 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

mohammede, de quatuor primis ejus successoribus: de unitate Dei et prophetia Pseudoprophetae, quae adstruuntur ex Alcorano et traditionum libris. Sequuntur duae paginae, ubi de Templi Meccani destructione et extruptione.

2°. Liber de Lunae conjunctionibus cum stellis superioribus, octo folia complens. [Hunt. 3754. 17.]

### XLV.

Codex bombycinus, minutis exscriptus literis, folia 100 implens. Fragmentum continet Historiae universalis, ubi res a Chaliphis, compluribusque Principibus, ab anno Hegirae 135 ad annum 800, in Aegypto, Syria, Persia, aliisque regionibus, gestae referuntur. Auctor ignoratur. [Th. Hyde. 39.]

## HISTORIAE SCRIPTORES IN QUARTO.

### XLVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 798, christi 1395, exaratus, foliis 325 constans. Tractatum exhibet de virorum vitae egregia sanctitate apud Mohammedanos illustrium rebus gestis. Occurrunt praeterea ibi Quaesita et Responsa, ad Theologiam pertinentia. Occurrunt quoque narrationes animum lectorum delectantes. Initium sit a capite duodecimo, sinis in quadragesimo. Exscriptor vocatur nidhami ben HAIDAR BEN MOHAMMED BEN ABIBEKR, De auctore non constat. [Hunt.37,1. 14.]

### XLVII.

Codex bombycinus, anni carens indicio, foliorum 250, ubi continetur Triumphorum speculum, hoc est, vitae et rerum gestarum timuri, qui Vulgo TAMERLANES dicitur, historia, quae Operis integri Tomum primum constituit. Est liber jussu Magni Mogul emendatus, et a turgidis dictis, ac insuetis vocabulis, quibus Editio prior scatebat, purgatus, auctore ABDALSENNAR CASem Orditur ab istius Principis nativitate. [Th. Hyde. 36.]

### XLVIII.

Codex bombycinus, calce mutilus, foliis 240 constans. Ibi reperitur Liber eleganter scriptus, et vocalibus instructus, agens de Regum Mogulensium, oguzchani scilicet, gInghizcani et oktaichani, tertii illius sili, et in imperio successoris, nativitate, rebus gestis, morte. Praemittitur praefatio de japheti Filii noAE posteritate. Auctoris nomen non comparet. [Th. Hyde.]

### XLIX.

Codex chartaceus, non una scriptus manu, ubi continentur:

1°. Excerptiones ex Opere, Annalium Medulla, inscripto, ubi de tamerLANE, ejusque filiis. Liber habet folia 14.

2°. Grammatica Persica, Turcice explicata, cui folia 15.

CODICES MANUSCRIPTI PERSICI. 297

30. sheikh saadi shirazitae Rosarium Politicum, cum Arabico anonymi commentario, foliis 236 constans. [Marsin 566.]

L.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1055, christi 1645, exaratus, foliis 195 constans. Complectitur Librum, Historiarum Medulla nuncupatum, cui Partes sunt quatuor. In prima sermo sit de mohammede, et duodecim Imamis, qui ei succedere debebant. In secunda, de quatuor antiquorum Persiae Regum dynastiis. In tertia, de dynastiis, quae ortae post Pseudoprophetae tempora sunt. In quarta, de Regum dynastia, qui hodie in Persia rerum potiuntur. Auctoris nomen jahia ben abdallathif alcazvini. Is anno Hegirae 960 fertur obiisse. [Marsh.41.]

LI.

Codex bombycinus, tineis plenus, complectens foliis 210 Opus, cui titulus: Praeclarae .et Eximiae Actiones. Agitur ibi de abdalcaideri, qui sanctitate maximam apud Mohammedanos famam consecutus est, vita, virtutibus et miraculis; idque ex magnorum virorum testimonio, quod ducentis narrationibus constat. Auctoris nomen ignoratur. [Hunt. 3747. 10.]

LII.

Codex bombycinus, anni carens nota, foliorum ioo. Exhibet Librum, ubi rerum in Indiis, a humaiun, akbar et gehanghir, gestarum historia continetur. Auctoris nomen abest e. [Marsin 341.]

LIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 886, christi 1481, exaratus, folia 346 complens. Eo continetur rerum, a tamerlane gestarum Historia, Triumphorum Liber inscripta, auctore sherfeddino ali iezdi, viro suae aetatis eloquentissimo. Opus studio petis de la croix Gallice in lucem prodit. [Hunt. 160.]

HISTORIAE SCRIPTORES IN OCTAVO.

LIV.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, 494 folia efficiens. Complectitur Opus historicum, akbaro Regi dedicatum, quod praefatione, novem sectionibus, corollario, constat. In praefatione sermo sit de Gaznavidis, qui dominati in India sunt. Sectiones edisserunt Regum, qui in diversis Indiae ditionibus imperarunt, res gestas. In corollario agitur de notabilioribus quibusdam eventis. Auctor salutatur nidhameddin ahmed ben mohammed mokim alharavi. [Th. Hyde. 30.]

LV.

Codex bombycinus, litera nitida exaratus, foliis 112 constans. Ibi exhibetur

280 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

betur Liber quadripertitus, hunc prae se ferens titulum : Historiarum medulla. Pars prima agit de mohammede et duodecim Imamis. Secunda de quatuor antiquorum Persiae Regum dynastiis. Tertia de Chaliphis, variisque, quae illis imperantibus ortae sunt, dynastiis. Quarta de Regum dynastiis, qui hodie in Persia rerum potiuntur. Auctor jahia BEN ABDALLATHIF AlcaZVINI. [Marsh. 52.]

LVI.

Codex bombycinus, principii expers, folia 218 complens. Compendium exhibet Historiae universalis, ab orbe condito ad annum usque Hegirae 699 deductum, idque per varia capita. Composuit SHEHABEDDIN AHMED BEN ZINEDDIN ZEKI \ [Marsin 628.]

LVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 883, christi 1478, exaratus, folia 220 efficiens. Complectitur Opus, hunc prae se ferens titulum: Excerpta ex Libro, Praeclarae Famae dicto. Auctor salutatur mahmud ben hasan ben mahmud alhasanI aLaMaLI. Agit is hoc in compendio de vita et miraculis trecentorum virorum, praefertim Shirazensium, qui sanctitate maximam famam consecuti sunt. Praemittitur nominum index. [Th. Grav. 3807. 35-J

LVIII.

Codex bombycinus, anni nota carens, quo comprehenduntur:

i°. Tractatus de Mohammedis ortu miraculis, bellis, victoriis, et illis quae post ipsius mortem memoratu magis digna contigerunt, capita viginti, folia 96 habens. Auctoris nomen abest.

2°. Liber de Pseudoprophetae in coelum ascensu, paginas decem complens. [Seld. 3263. 51.]

LIX.

Codex bombycinus, impolite scriptus, ubi continentur:

i°. Collectio Praeceptorum mohammedis negativorum, cum eorundem historica expositione, foliis 35 constans.

Auctor abuLhas an MohaMMed ben ahMed ben abiLcaseM aLMohaMiLi Liber in plures sectiones abit.

2°. Carmen morale, cum commentario, folia 57 complens.

3°. Quadraginta narrationes sive traditiones, Pseudoprophetae ore exceptae. Liber 92 folia habet. [Hunt.3755.18.]

LX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1007, christi 1598, exaratus, folia 140 complens. Complectitur Epistolas complures, a Regibus et Magnatibus, itemque Jurisconsultis, ad alios scriptas. Titulus libri est: Eximiae Epistolarum

CODICES MANUSCRIPTI PERSICI. 281

larum Formulae. Agitur ibi de bello, pace, victoria, aliisque rebus. Qui collegit ei busafi nomen est. [Muf 145 ]

LXI.

Codex chartaceus, anni expers notae, complectens foliis 70 Epistolarum elegantissimarum formulas, sed fine titulo, fine auctoris nomine. Prima epistola ad regem quendam est scripta. [Pocock. 286.]

MEDICUS IN FOLIO.

LXII.

Codex bombycinus, litera exaratus nitida, quo continentur:

i°. Tractatus de remediis simplicibus, animalibus, vegetabilibus, mineralibus, illorumque in re medica proprietatibus, illudque ordine alphabetico : auctore ali ben hosain alansari, cognomine haji zein attar <sup>d</sup>. Constat liber 176 foliis.

2°. Ejusdem tractatus de remediis compositis, cui capita sexdecim, folia 44. [Th. Hyde 14.]

MEDICUS IN QUARTO.

LXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 769, christi 1367, exaratus, ubi reperiuntur:

i°. Liber, Thesaurorum clavis inscriptus, agens ordine alphabetico per folia 278 de medicamentis simplicibus, eorum natura, virtute, ac utilitatibus. Medicamentorum istorum nomina rubris literis conscribuntur. Auctor vocatur ali ben alhosain ali alansari, cognomento haji zein alattar.

2°. Ejusdem Tractatus de medicamentis compositis, divisus in capita sexdecim, foliis 40 constans. [Marsh. 491.]

MEDICUS IN OCTAVO.

LXIV.

Codex bombycinus, vetus, initii expers. In eo habentur:

i°. Tractatus de Febribus, illarum causis, signis, symptomatis, remediis, folia 50 complectens. Auctor ignoratur.

2°. Tractatus de medicamentis simplicibus secundum ordinem alphabeti, paginas 89 continens. [Marsh. ig.J

MATHEMATICI IN folio.

LXV.

Codex bombycinus, nitida exaratus litera, foliis 195 constans. Ibi reperiuntur Tabulae astronomicae, a cadhi zadeh alrumi et gaiatheddin, jussu ulug beghi ben shahrock ben tlmur korkhan conditae, et in partes quatuor

## 282 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

quatuor divisae. Pars prima de celebrioribus Orientalium epochis. Secunda, de temporum cognoscendorum ratione. Tertia, de planetarum cursu. Quarta agit de stellis fixis. Ultima a thhyde Latine et Persice edita est. [Grav. 3777<sup>80</sup>

### LXVI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1066, CHRiSTi 1655, exaratus, folia 386 complens. Continet Opus, Selectae Scientiae inscriptum, ac in Libros octo distinctum, ubi per plura capita disseritur de Scriptura, linguis, etymologia, Syntaxi, tropis et figuris, rhetorica et eloquentia, prosodia, poesi, rhythmis, de Theologia scholastica, Jurisprudentia, Alcorani interpretatione, de morum doctrina, de reipublicae administratione, de disciplinis ad Philosophiam theoreticam et practicam spectantibus, de Cosmographia, Elementis geometricis, Arithmetica, Algebra, Geodaesia, Constellationibus, Tabulis astronomicis, Geographia, Numeris quadratis, Geomantia. Auctor salutatur mohammed ben mahmud alamali. [Marsh. 170.]

### LXVII.

Codex bombycinus, scriptionis aera destitutus, folia 100 complens. Complectitur Librum, ubi sub Tabularum generalium titulo, disseritur primo de rebus, quarum notitia ad praxin astronomicam necessario requiritur; deinde, de orbibus coelestibus, sideribus, planetis, stellis fixis, caeterisque ad res astronomicas pertinentibus; postremo, de temporum cognoscendorum ratione: auctore mahmud shah kholgi, qui seculo Hegirae nono floruit. folia aliquot loco mota et praepostere posita sunt. Praefationis desideratur initium <sup>d</sup>. [Th. Grav. 3778. 6.]

### LXVIII.

Codex bombycinus, imperita exaratus manu anno Hegirae 808, christi 1405, folia 130 efficiens. In eo habetur Tractatus de Harmonica seu Musica, cui Modulationum Comprehensor titulus. Constat Praefatione, duodecim Capitibus, Corollario. In praefatione sermo est de Musicae definitione, origine, objecto, principiis. Capita agunt de voce, de natura fonorum et causis, de intervallis musicis, de consonantiis et dissonantiis, de systematibus et generibus musicis, de instrumentis, de nominibus, quibus Arabes et Graeci in Musica utuntur. Corollarium carmina continet et cantus. Composuit abdalCader ben gaibi alhafedh almaraghi. [Marsin 282.]

### LXIX.

Codex bombycinus, capite et calce truncus, complectens foliis 346 Opus, ubi per varias sectiones disseritur de orbibus coelestibus, stellis errantibus et fixis, eclipsibus; de mensibus Persarum, Graecorum, Syrorum; de hyeme, vere, aestate, autumnus; de elementis, generatione et corruptione, nube, pluvia, ventis, tonitru et fulgure, halone, iride; de maribus, insulis, climatis, montibus, fluviis, fontibus, de metallis, lapidibus, arboribus, de animalibus, homine, partibus item ejus et facultatibus; de Arabibus, Persis, Graecis, Christianis, Turcis, Indis, eorumque institutis,

CODICES MANUSCRIPTI PERSICI. 283

institutis, ac religione; de variis artibus et disciplinis. Liber figuris et picturis ornatus est. [Laud. A. 130.]

LXX.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, 160 folia implens. Complectitur Tabulas astronomicas, in partes quatuor divisas, quarum prima, de celebrioribus Orientalium epochis ; secunda, de temporum cognoscendorum ratione ; tertia, de planetarum cursu ; quarta, de stellis fixis. Auctoribus gaiATHEDDIN et CADHIZADEH ALRUMI, clarissimis suae aetatis astronomis, qui jussu ulug begh tamerlani Nepotis, huic operi manum admoverunt. [Pocock. 226.]

LXXI.

Codex bombycinus, nitidis exaratus literis, ubi reperiuntur:

i°. Tractatus de duodecim Domorum coelestium constructione, 25 foliis constans. Auctoris nomen non comparet.

2°. Tabulae Apogaei et Perigaei Solis pro Annis Jesdegerdicis, qui nimirum interjecti sunt inter annum 600 et 700 hujus Epochae; et Tabulae mediae motionis Lunae. Liber habet 10 folia.

3°. Fundamenta Astronomiae, Arabice: auctore iezdan bakhsh ben pir ali, qui vulgo beghugek dicitur. Sequuntur tabulae. [Seld. 3145. 12.]

MATHEMATICI IN QUARTO.

LXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 893, christi 1487, exscriptus, quo continentur:

10. Ulug beghi Tabulae astronomicae, in partes quatuor distinctae. Prima agit de Arabum, Persarum et Graecorum, epochis. Secunda, de temporum cognoscendorum ratione. Tertia, de planetis. Quarta, de stellis fixis. Liber habet folia 168.

2°. Opus, Novarum Tabularum Expositio inscriptum, hoc est, ali kushgi, qui sullem alsema cognominatus est, in ulug beghi Tabulas commentarius, 185 folia complens.

3°. Tabulae motus medii Lunae, quibus Methodus facilis est titulus : auctore emad ben gemal albokhari.

Liber 62 foliis constat. [Marsh.396.]

LXXIII.

Codex bombycinus, polite exaratus, ubi reperiuntur:

i°. Tractatus de Quadrante Astronomico, septemdecim capitibus constans et 9 foliis. Auctor salutatur jahia ben mohammed alkhatthab. Tractatus ille est Arabicus: Perfici, qui sequuntur.

2°. Gaiatheddini mansur Liber, hunc



284 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

hunc prae se ferens titulum : Speculum mundum repraesentans. Extat Arabice et Latine A. Ecchellensi editore.

3°. Hosain ben alhosain alkuarezmi in algiagmini Summarium Cosmographicum commentarius, 58 folia complens. Accedunt Figurae mathematicae.

4°. Lissertatio de Arenaria Scientia sive Geomantia, duas paginas implens. Illius auctor nasireddin thusi.

5°. Epistola de Divinatione per Armum ovillum, unam paginam habens. Sequuntur tres paginae, ad Globi pertinentes usum.

6°. Tractatus de Sphaera coelesti et terrestri, inscripta Sigilli revulsio, auctore mohammed giagermi. Liber constat 34 foliis.

7°. Tractatus de Arithmetica Indica, Astronomica et Geodaetica, 22 folia efficiens. Titulus est Numerorum scientia. Composuit ali Kushgi.

8°. Ejusdem Elementa Astronomica, cum figuris. Liber habet folia 25. Praemittuntur ea, quorum notitia ad Scientiam sideralem necessaria.

9°. Tractatus de Quadrantis Astronomici fabrica et usu, capita 22, paginas 9 complectens. Auctoris nomen abest.

10°. Ali bergendi Opusculum de Ephemeridum constructione, 12 folia implens.

11°. Tractatus de Astrolabii constructione et usu, 12 folia continens. Consecit nasireddin thusi

12°. Ali bergendi Liber de Sphaera utraque, 36 folia complens. Adjicitur Geographica praecipuorum locorum descriptio. [Laud. A. 154.]

LXXIV.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, 122 folia efficiens. Complectitur Tractatum de Electionibus Astrologicis quadripartitum, et in plures divisum sectiones. Pars prima agit de Electionis definitione, subjecto et principiis. Secunda, de regulis universalibus electionum. Tertia, de electionibus particularibus. Quarta, de electionibus diversis ac distinctis Operis auctor vocatur Hosain ben ali alb aiHaKI, vulgo alcashefi. In margine libri occurrunt notae non paucae. [Marsh. 126.]

LXXV.

Codex bombycinus, litera lectu facili scriptus, ubi occurrunt:

i°. Ali Kushgi de Astronomiae Fundamentis, et Terrae Climatis, Tractatus,

CODICES MANUSCRIPTI TURERICI. 285

tatus, solis 33 constans. Praemittuntur ea, quorum notitia ad praxin astronomicam necessario requiritur.

2°. Tractatus de Regionum latitudine, decem paginas complens. Auctor non nominatur.

3°. Tractatus de Astrolabii fabrica et usu, 76 solia implens. Insertae sunt tabulae, stellarum fixarum loca exhibentes.

4°. Tractatus de Computo Astronomico, 15 paginas efficiens. [Arch. Bodl. B. 5.]

LXXVI.

Codex chartaceus, multiplici scriptus manu, quo continentur :

i°. Liber de ratione, qua Lunae locus quovis die in Zodiaco inveniri potest, 14 solis constans.

2°. Fragmentum ad Numerorum scientiam spectans, cui solia 34, quorum aliquot scriptura carent.

3°. Tractatus de Arte divinatoria per literas, signa, puncta, nomina, quam Raml sive Arenariam nuncupant. Continet solia 26.

4°. Vocabularium Perficumcum interpretatione Turcica et Latina, 28 solia efficiens. [Marsh. 31.]

LXXVII.

Codex bombycinus, non una exaratus manu, ubi exhibentur :

i°. Collectanea de Arte Geomantica, quae species est divinationis per puncta, sed superstitiosa. Liber habet 46 solia.

2°. Compendium de Musica Turcicum, ex sufieddin abdalmumin et avicenna Concinnatum, octo paginas complens.

3°. Liber de sortibus eliciendis per literarum combinationes, 16 solia implens.

4°. Tabula sexagenaria, undecim paginas efficiens. sequuntur preculae Arabicae et Turcicae.

5°. Almansuri Epistola Astronomica, Arabice conscripta, quae 10 paginis absolvitur. [Marsh. 25.]

LXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 999, christi 1000, exaratus, solis 112 constans. Complectitur Tractatum de somniorum interpretatione, in capita novem et quinquaginta divisum : auctore ibrahim ben abdalla alcarmani<sup>h</sup>. In praefatione Opus hocce ex daniele Propheta, josepho Patriarcha, gaafaro Justo, aliisque selectissimis auctoribus, dicitur excerptum. Caput primum de somnii natura et origine disserit. [Marsh. 468.]

LXXIX.

Codex bombycinus, luculente, non consignato anno, exaratus, solia 84 complens. Eo continetur Tractatus de Numerorum combinatione et convenientia, hoc praenotatus titulo : Votorum Adeptio<sup>l</sup>. Opus, quo per varia schemata mystici numerorum sensus, et arcana illorum essicacia, exponuntur. Auctoris nomen non indicatur. [seld. 3270. 58.]

LXXX.

Codex bombycinus, scriptionis aerae expertus, soliorum 14. Continet Librum de Globi coelestis ordine, figura et constitutione, secundum systema vulgare.

286 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

gare. Orbium adjecta sunt schemata. sectiones nullae visuntur. Auctoris ignoratur nomen. [Th. Hyde. 17.]

MATHEMATICI IN OCTAVO.

LXXXI.

Codex bombycinus, elegantissime exaratus, folia 62 implens. Ibi reperitur Tractatus de rebus ad Metaphysicam, Physicam et Astronomiam, pertinentibus. Praefatio loquendi quosdam modos, quibus nimirum Theologi utuntur, explicat. sequuntur undecim Quaestiones Philosophicae, quarum postrema ad orbis coelestes, et quatuor elementa, se refert. In corollario adversus mortis metum diputatur. Operis auctor nasir ancari<sup>a</sup>. [Grav. 3781. g.]

LXXXII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 908, christi 1502, exaratus, foliis 114 constans. Continet Tractatum Astronomicum, duas in partes discretum, cui titulus Mundi cognitio \ In parte prima disseritur per 23 capita de Orbium coelestium compositione, forma, figura, numero; de Planetarum magnitudine, distantia, motu item illorum secundum longitudinem et latitudinem; de stellis sixis. In altera parte agitur de Orbe terraqueo: complectiturque capita quatuordecim. Auctoris nomen mohammed ben masud almasudl<sup>c</sup>.

[Grav. 3783. 11.]

LXXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1045, christi 1635, exaratus, ubi occurrunt:

1°. Tractatus Cynegeticus seu de Venatione, qui capitibus duodecim, foliis 84, absolvitur. Auctoris nomen abest.

2°. Tractatus Phytognomicus, auctore cotbolactab, cognomento nurbakhsh<sup>e</sup>. Liber paginas 20 continet.

3°. Tractatus Lumen pupillae inscriptus, complectens foliis 56 ea praecepta, quibus nimirum formandus erat Filius viri honorati abdalsalami. Composuit salami alkhangi<sup>g</sup>.

4\*. Eiusdem Tractatus de suphitarum institutis et moribus hunc prae se ferens titulum : Cordium lumina Paginas habet 20.

5°. Tractatus anonymi Physiognomicus, duodecim paginas implens. Exscriptor vocatur mir alishir alkhangi [Th. Hyde. 4.]

LXXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1033, christi 1623, exaratus, quo continentur:

1°. Tractatus de Numerorum disciplina, quinquaginta paginas complens. Auctoris nomen abest.

2°. Liber, cui Artium Collectio titulus. Exhibet artes, quibus lapides pretiosi

CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

pretiosi confici, res variae deaurari, chartae et capilli colorari, possunt. Constat foliis 95. [Marsh. 56.]

LXXXV.

Codex bombycinus, elegantissima manu exaratus, ubi reperiuntur:

i°. Tractatus de Arithmetica practica generali, Astronomica item et Geodaetica, 30 paginas complens. Auctor est alii Kushgi<sup>a</sup>.

2°. Ejusdem Opusculum de Astronomiae elementis, 32 paginas continens Figurae mathematicae auro lineatae sunt. [Th/ Grav. 3794. 2.]

LXXXVI.

Codex bombycinus, varia scriptus manu, ubi occurrunt:

i°. Compendium de Ephemeridum construendarum ratione, 12 foliis constans. Auctor salutatur abdalcaeder ruiani \

2°. Tractatus de calculando motu diurno, quem Planetae in Zodiaco singulos in dies perficiunt, 30 folia complens.

3°. Tractatus de Astrolabii construendi et utendi methodo, 40 folia efficiens.

4°. Libellus de Orbium coelestium, et quae eo pertinent, cognitione, 16 folia implens. Confecit alii ben hosain alisfahani<sup>c</sup>. [seld, 33o1. 89.]

LXXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 856, christi 1452, exaratus, paginas 60 complens. Complectitur Tractatum de Astrolabio, a nasireddin althusi conscriptum, et in capita viginti distinctum, cum anonymi Clave sive commentario. Accedunt figurae mathematicae. [Marsh. 686.]

LEXICOGRAPHI et GRAMMATICI IN FOLIO.

LXXXVIII.

Codex bombycinus, Luculente, absque anni nota, exaratus, foliis 360 constans. Ibi reperitur Dictionarium Persicum, bipartitum, Turcice explicatum. Pars prior voces ab antiquioribus Persicis poetis usurpatae complectitur \ Altera phrases continet obscuriores, itemque varias in Poeticam animadversiones. Vocabula juxta literarum seriem alphabeticam sunt disposita. Auctor salutatur lothfalla ben abi jusof alhalimi<sup>k</sup>. [Marsh. 281.]

LXXXIX,

Codex bombycinus, eleganter et exaratus et compactus, folia 450 complens. Complectitur Dictionarium Persicum, ex quadraginta quatuor Lexicis collectum, et Imperatori Mogolorum nureddino mohammed gehanghir,

## CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

gHir, qui anno Hegirae 1037 obiit, dedicatum : ubi exhibentur voces omnes Persicae tam antiquae quam hodiernae, eaeque celebriorum Poetarum testimoniis confirmatae, indicatis genuinis earum vocalibus, cum significationum diversitate. Praefatio, duodecim comprehensa sectionibus, disserit de rebus, ad Operis methodum, Orthographiam item et Grammaticam, spectantibus. Adjuncta est libro appendix, sed illa hic desideratur. Auctoris nomen ibn fakHreddin Hasan gemaledin Hosain angiu<sup>b</sup>. [Hyde. 48.]

XC.

Codex chartaceus, impolite scriptus, folia 374 efficiens. Eo continetur Lexicon Persico-Latinum, jacobi golii autographum, in edmundi castelli Lexicon Persico-Latinum transfusum, cum Epistolis nonnullis ad opus ipsum pertinentibus. Auctor ad finem perduxit die undecimo Julii anni 1643. [Marih. 213.]

XCI.

Codex chartaceus, eleganter exaratus, folia 11 implens. Exhibet Rudimentum et Vocabularium Persico-Latinum, a paradigmate conjugationis Danisten dictum. Ultima sectione, quae septima est, comprehenduntur Persica numerorum nomina. [Maresc. 9.]

## LEXICOGRAPHI ET GRAMMATICI IN QUARTO.

XCII.

Codex chartaceus, multiplici scriptus manu, ubi continentur :

1°. Vocabularium, voces Arabicas, a Persarum magnatibus in colloquiis et literis usurpatae<sup>d</sup>, Persice explicans. Constat foliis 24.

2°. PYTHagorae Philosophi divini historia, sex folia complens. Libellus Arabice ab anonymo conscriptus est.

3°. Tractatus Persicus de nonnullis Asiae desertis et urbibus, 10 folia continens.

4°. Nasreddin kHoglaE Facetiae, Turcice et Latine. Liber habet folia 28.

5°. Arabica in artem medendi introductio, sex folia implens. Illius auctor moHammed ben zakarla alrazl<sup>g</sup>.

6°. Ejusdem Tractatus de morborum, qui intra unius horae spatium fanari possunt, remediis, sex folia complectens.

7°. Nomenclatura Arabico-Turcica, folia viginti efficiens.

8°. Explicatio Arabica ponderum et mensurarum<sup>l</sup>, in Libris medicis occurrentium : auctore abulcasem alzaravl. Libellus 5 folia continet.

9°. Doctrina Verborum Arabicorum trilateralum<sup>l</sup>, cum expositione anonymi, 16 folia efficiens.

10°. Li-

CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.289

10°. Libellus de Verbi Nasara inflectendi ratione, sex folia habens. Accedit Turcica explanatio.

11°. Tractatus Graecus de Astrolabii circulis, de ceteris organis, de polis, undecim folia complens. Auctor est claudius ptolemaeus<sup>a</sup>.

12°. Golii Prosodia Arabica, quatuor paginas implens. [Marsh. 42.]

XCIII.

Codex chartaceus, foliis 60, quorum 30 scriptura carent, constans. Complectitur Rudimentum et Vocabularium Persico-Turcicum, Danisten<sup>b</sup> dictum. Vocabularium in quinque sectiones abit. sectio prima inscribitur de nominibus coelestibus et terrestribus; secunda, de partibus membrisque humani corporis; tertia, de armis et instrumentis; quarta, de animalibus; quinta, de numerorum nominibus. Vocabula duodecim Latine sunt expressa. [Marsh. 58.]

XCIV.

Codex bombycinus, nitida exaratus litera, folia 156 complens. Ibi repraesentatur Lexicon Persicum Turce explicatum, cui partes sunt duae. Prior complectitur Persicas voces celebriorum Poetarum testimoniis confirmatas. Altera, quae desideratur, varias in Poeticam animadversiones exhibet. Auctor salutatur lothfalla ben abi iusof alhallmi<sup>d</sup>. In prima pagina ponderum et mensurarum Aleppiensium nomina<sup>e</sup> occurrunt. Ultima Phraseologiam inchoatam continet. [Th. Hyde. 29.]

XCV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1014, christi 1605, exaratus, foliis 273 constans. Complectitur Dictionarium Persicum, Turcice explicatum, auctore nimet alla. Persicae voces rubra litera conscribuntur. Vocales utrumque idioma additas habet. [Laud. B. 77-]

XCVI.

Codex bombycinus, folia, quorum non pauca praepostere posita sunt, 95 complens. Ibi occurrit Rudimentum et Vocabularium Persicum, Turcicum et Mogolicum, cum explicatione Arabica, quae Interpres<sup>l</sup> appellatur. Primum per materias et capita viginti octo disponitur. secundum capita complectitur viginti quatuor. Tertium viginti quinque capitibus absolvitur. Interpretis nomen abest. [Thurst. 3981. 14.]

XCVII.

Codex bombycinus, luculente, non indicato anno, exscriptus, folia 215 efficiens. Exhibet Lexicon Persicum, per verba, nomina et particulas, dispositum, et Turcice explicatum, quod khathib rostem almevlevi<sup>g</sup> composuit, ac Adminiculum Propositorum<sup>h</sup> appellavit. Notae passim in margine occurrunt. [seld. 3194. 61.]

XCVIII.

Codex bombycinus, haud ineleganter exscriptus, qui folia habet 214. Ibi repraesentatur Lexicon Persicum, Turcice

cice explicatum, cui partes duae sunt. Prior Persicas voces omnes, testimoniis Poetarum confirmatas, exhibet. Posterior ad Grammaticam et Prosodiam spectantia continet. Turcica litera nigra, Persica rubra, conscribuntur. Auctoris nomen lothfalla ben abi jusof ALhaLIMI \ [Hyde. 28.]

## XCIX.

Codex bombycinus, litera scriptus lectu facili, quo comprehenduntur :

i°. Vocabularium Persico-Turcicum, foliis decem et octo constans. Frontispicium intercidit.

2°. Vocabularium Persico-Turcicum, octo folia efficiens. Calx deest. Qui conscripsit salutatur Mohammed ben filLas.

3°. Alzamachshari MocaddaMat Aladab sive Vocabularium Arabico Persicum, 120 folia complens. [Pocock. 210.]

## C.

Codex bombycinus, anni expers notae, foliis 142 praeditus. Ibi occurrit Lexicon Persicum, duas in partes distinctum, et interpretatione Turcica donatum. Pars prior<sup>d</sup> Verba complectitur ; posterior, cui Grammaticae Persicae fundamenta praemittuntur, Nomina exhibet. Auctoris nomen non comparet. [Laud. A. 69.]

## CI.

Codex chartaceus, musteus, ubi continentur:

i°. Lexici Persico-Turcici pars Literae primae, novem foliis constans.

2°. Prosodia Persica imperiti Juvenis manu descripta, quae 35 folia complet<sup>l</sup>,

3°. Primi Libri thucydidis pars Latine versa, sex folia efficiens. [Cler, 3929. 11.]

## CII.

Codex chartaceus, foliis 12 constans, comprehendensque Libellum, cum Latina gglii interpretatione, qui titulo Danisten Persicae linguae rudimenta exhibet. Multa sunt vitiosa in versione; forte auctor eam in juventute concinnavit. [Hyde. 20.]

## LEXICOGRAPHI et GRAMMATICI IN OCTAVO.

## CIII.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1020, christi 1611, exaratus, foliis 269 constans. Ibi repraesentatur Lexicon Persicum, hoc praenotatum titulo : Congeries Vocum Omnium Persicarum. Opus e duodecim celebrioribus lexicographis dicitur collectum, et in urbe Lar descriptum. Auctoris nomen est mohammed caseM ben hagi MohaMmed kashani Voces quae proponuntur explicandae, rubras eae prae se literas ferunt. [Marsh. 608.]

## CIV.

Codex chartaceus, eleganter exscriptus, folia 18 complens. Ibi continetur Liber inscriptus Danistan, sive Institutio brevis Persicae linguae, una cum inter-

## CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.291

interpretatione Turcica, auctore moHammed ben alhagl ellas. [Arch.B. 3064. 75-]

CV.

Codex bombycinus, eleganti exaratus litera, in quo reperiuntur :

1°. Vocabularium metricè conscriptum, ubi vocabula Persica alternis vocabulis Turcicis explicantur. AUctor salutatur shahedi <sup>a</sup>. Liber 40 foliis constat.

2°. Consimile Vocabularium, viginti quinque paginas complens. Hoc firishtezadeh <sup>b</sup> composuit. [Laud. D. 22.]

CVI.

Codex bombycinus, concinne compactus, folia 24 efficiens. Ibi exhibetur Liber Danistan inscriptus, sive brevis linguae Persicae institutio, una cum interpretatione Turcica, auctore mohammed ben alhagi elias <sup>c</sup>. [Laud. B. 63.]

CVII.

Codex bombycinus, principii expers, folia 82 habens. Complectitur Dictionarium, ubi voces in Poemate Meshnevi dicto occurrentes exponuntur. Alphabetica servatur vocum feries. Auctoris nomen non comparet. [Arch. B. 2992.3.]

CVIII.

Codex bombycinus, luculente, non consignato anno, exaratus, foliorum 102. Exhibet Lexicon Persicum, Turcice explicatum, et hoc titulo praenotatum: Linguae Persicae Fundamentum Auctoris nomen non exprimitur. Praemittitur praefatio, ubi de linguae istius utilitate. [Marsh. 710.]

CIX.

Codex chartaceus, anno Hegirae 945, christi 1538, exaratus, foliis 110 constans. Ibi continetur Lexicon Persicum Turcice explicatum, ubi voces Persicae nigra, Turcicae rubra, conscribuntur litera. Illius auctor lothfalla alhalimi abi jusof \ [Pocock. 27.]

CX.

Codex chartaceus, anni nota carens, folia 135 efficiens. Complectitur Lexicon Persicum, Propositorum Adminiculum<sup>6</sup> inscriptum, et Turcice explicatum: auctore khathib rostem almevlevi <sup>h</sup>. Liber ad hasan ben hadhar pertinuit. [seld. 3308. 96.]

cxl.

Codex chartaceus, duodecim paginas habens. Ibi exhibetur mohammedis ben alhagi eliae Danistan <sup>l</sup> sive Institutio brevis Persicae linguae, una cum Turcica interpretatione. [seld. 3305. 93-]

## POETAE IN FOLIO.

CXII.

Codex bombycinus, eleganter et ex-, aratus et compactus, foliis 638 constans.



## 292 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

Stans. Eo continetur Opus quadripertitum, Liber Regius<sup>0</sup> nuncupatum, hoc est, Ferdusi Althusi, scriptoris toto Oriente celeberrimi, Poema, veterum Persiae Regum historiam sexaginta mille versibus complectens. Pars prima inscribitur de Pishdadiensibus; secunda, de Cajanidis; tertia, de Ashganiensibus; quarta, de Sasanidis. His nominibus veniunt apud Orientales, Assyriae, Babylonis, Medorum et Persarum, Reges Graecis cogniti. Auctor in oppido Thus, anno Hegirae 411 supremum diem obiisse dicitur. [Th. Hyde. 49.]

### CXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1001, christi 1592, exaratus, folia 325 complens. Complectitur Poematis apud Mohammedanos longe celeberrimi, cujus Methnevi titulus, Tomum quintum, una cum commentario suo. In opere de rebus ad Religionem Mohammedanam, Theologiam, Ethicam, Politicam, Historiam, Physicam, pertinentibus disseritur. Poema istud composuit Ghaleddin Mohammed Albalkhi, qui ex oppido Balkh profugus, in urbem Conia se recepit, ibique diem supremum anno Hegirae 661 obiit. De commentarii auctore non constat. [Laud. A. 148.]

### CXIV.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1052, christi 1642, exaratus, foliis 170 constans. Ibi reperiuntur varia de amore carmina, eaque elegantissima, sed quibus pudori parum consulitur; magno tamen in pretio sunt apud Mohammedanos haecce poemata, quae illorum commentatores et interpretes ad amorem divinum referunt. Auctor vocatur Mohammed Shemseddin, Cognomine Hafez. Accedunt goliae annotatiunculae. Liber non est compactus [Marsh. 450.]

### CXV.

Codex bombycinus, concinne et exscriptus et compactus, folia 130 complens. Opus exhibet versibus conscriptum, in quo de Mohammedis Pseudoprophetae laudibus, et sinceri Mohammedani dotibus, disseritur. Interserta sunt sexaginta sex Arabica disticha. Mentio quoque sit de Adamo, Abrahamo, Ismaele. [Laud. B. 83.]

### CXVI.

Codex bombycinus, elegantissime exaratus, folia 165 efficiens. Complectitur rerum a Tamerlane gestarum historiam distichis bis mille et circiter ducentis: auctore Hatefi. Frontispicium libri picturis conspicitur ornatum. [Laud. B. 88.]

### CXVII.

Codex chartaceus, goliae notis instructus, ubi continentur:

i°. Saadi Shiraztae Pomarium sive

CODICES MANUSCRIPTI PERSICI. 293

sive Poema morale, decem capitibus, 124 foliis constans. Caput primum agit de Justitia et justo Mundi regimine; secundum, de Beneficentia et Liberalitate; tertium, de amore, temulentia, insania; quartum, de humilitate; quintum, de constantia et animi tranquillitate; sextum, de continentia et temperantia; septimum, de disciplina, virtute, bonis moribus; octavum, de gratitudine; nonum, de poenitentia; decimum, de precibus. Auctor anno Hegirae 691 fertur obiisse.

2°. Poema ejusdem argumenti, capite et calce carens, folia tamen 42 efficiens. [Marsh. 447.]

CXVIII.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 147 complens. Complectitur Poema, alexandri magni res gestas versibus exhibens. Opus fabulis plenum. Auctor salutatur nidhami<sup>a</sup>. [Marsh. 654.]

CXIX.

Codex bombycinus, litera pereleganti exaratus, folia 233 efficiens. Poema continet tripartitum, ubi sub Catenae aureae titulo, disseritur de rebus, ad Theologiam, morum doctrinam, politicum regimen, spectantibus: auctore mulana giami Intexuntur historiae et sententiae gravissimae. sectiones rubrum prae se characterem ferunt. [Laud. A. 131.]

CXX.

Codex chartaceus, goli notis instructus, ubi continentur:

1°. Poema de josephi et zelikhae amoribus, folia 118 implens. Ibi zelikha post mortem potipharis, qui illi, ut Mohammedani existimant, maritus erat, josepho nupsisse fingitur; eo autem extincto, superstes esse noluit. Composuit giami, poeta magni apud Orientalcs nominis.

2°. Liber octo foliorum, ubi Arabica quaedam vocabula Persice partim, partim Turcice, explicantur. [Marsh. 449.]

CXXI.

Codex bombycinus, concinne et scriptus et compactus, foliis 162 constans. Eo comprehenditur mosleheddini saadi sHirazitae<sup>e</sup>, Poetae inter Persas clarissimi, Gulistan et Bestan, ubi de rebus ad morum doctrinam, regimen politicum, et historiam pertinentibus. Liber ornatus est: picturis elegantissimis; singulae paginae auro coruscant. [Laud. B. 127.]

CXXII.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 286 complens. Complectitur varii argumenti poemata, quorum auctor anvari<sup>f</sup>, magni poeta nominis, qui anno Hegirae 597 fertur obiisse. Liber tineas alit<sup>g</sup>. [Laud. A. 126.]

CXXIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 983, christi 1575, exaratus, folia 150 efficiens. Ibi reperitur Historia<sup>h</sup> tamerlanis, sive potius Poema in istius laudem auctore hatefi. Ad hujusce codicis oram legitur fabula de josephi et zelikhae amoribus, sed sinis experts. [Laud. B. 131.]

CXXIV.

294 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

CXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae, 977, christi 1569, exaratus, foliis 154 constans. Exhibet Poema de Josephi Patriarchae et ZELIKHAE, quam Mohammedani potipharis uxorem fuisse existimant, amoribus : auctore Giami, poeta celeberrimo nato in oppido Giam, non magno ab Herat intervallo. Liber belle compactus, et picturis elegantissimis ornatus [Th. Grav. 3773. 1.]

CXXV.

Codex bombycinus, tinea mancipatus, folia 174 efficiens. Eo continetur Poenia Mihir ve Mushteri nuncupatum, sive Fabula de Mihir et Mushteri rebus gestis et amoribus. Praemittitur oratio ad Deum, cum laude Pseudoprophetae. Auctoris nomen latet. [Hyp. Bodl. 3599; 133 vel 144.]

CXXVI.

Codex bombycinus, non una exaratus manu, quo continentur:

1°. Poema de Arte chymica, novem capitibus, 60 foliis constans. Inscritur: Pars prima Thesauri sapientiae Auctoris nomen latet.

2°. Tractatus eadem de arte, viginti capita, 35 folia complectens. sequuntur duo folia de lapide philosophico.

3<sup>o</sup>, Fragmentum de acbari Regis rebus gestis, 14 paginas efficiens. [Marsh. 675.]

CXXVII.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 161 complens. Exhibet anonymi Poema, hoc insigne titulo: Avium Logica sive Eloquentia. Ibi decem aves, quae sunt upupa, psittacus, perdix, falco, attagen, philomela, pavo, phasianus, turtur, palumbes, introducuntur de suis dotibus, aliisque de rebus, inter se colloquentes. Praefatio Pseudoprophetae laudes, et successorum ejus, canit. [seld. 3237. 25.]

CXXVIII.

Codex bombycinus, luculente exscriptus, foliis 66 constans. Complectitur Opus, Gulistan dictum, in quo auctor, qui saadi SHIRAZLI est, partim soluta, partim ligata Oratione, varia argumenta moralia, adductis virorum illustrium exemplis, plerumque tamen commentitiis, disertissime pertractat. Prodiit Perfice et Latine Amstelaedami anno MDCLI. [<Laud. B. 94.]

CXXIX.

Codex bombycinus, literis exaratus nitidissimis, folia 171 complens. Ibi reperitur Poema, inscriptum jysof et zelikhj sive fabula de Josephi et ZELIKHAE uxoris POTIPHARIS amoribus Liber ille concinne compactus, et picturis non inelegantibus ornatus, omni in pagina aurum ostendit. Auctor GIAMI salutatur. [Marsin 431.]

CXXX.

Codex bombycinus, non una exaratus manu, ubi continentur :

1°. HOALNI IBN MOHAMMED ALHOAiNI et Aenigmatibus nonnullis tractatus, 46 folia implens.

Carmina varia ex praestantissimorum poetarum operibus collecta. Liber 115 foliis constat.

30 Apo-

## CODICES MANUSCRIPTI PERSICI. 295

3<sup>0</sup>. Apologus de castello Perber, 14. paginas continens. scriptus in surat anno Hegirae 911. [seld. 3244. 32.]

cxxxi.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1024, christi 1615, exaratus, foliis 195 constans, ubi continetur Opus, Divan othman mokhtari inscriptum, sive Carminum collectio, quae hunc Poetam auctorem habent. Ibi de morum doctrina potissimum \ [Laud. B. 87.]

## POETAE IN QUARTO.

cxxxh.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1001, christi 1592, exaratus, cui folia 384 sunt. Ibi repraesentatur Poema, Bostan sive Hortus inscriptum, varia monita, exempla, apophthegmata, et historias complectens, cum Turcica anonymi interpretatione. Constat capitibus decem, quorum primum agit de Justitia; secunda de Beneficentia; tertia de Amore; quarta de Humilitate; quinta de Voluntate decretis divinis conformanda; sexta de sufficientia seu septima de Recta educatione; octava de Gratitude; nona de Poenitentia; decima de Precibus. Poeta salutatur saadi sHlrAzltA<sup>c</sup>. [Laud. A. 82.]

## CXXXIII.

Codex bombycinus, absque notato exaratus anno, foliis 104 constans. Complectitur Divani titulo Poemata varia, sex, septem, octo, pluribus interdum, distichis constantia, quibus de amore et vino, aliisque id genus, disseritur. Auctoris nomen cadrari<sup>d</sup>. [Laud. A. 134.]

## CXXXIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1025, christi 1616, exaratus, folia 300 complens. Exhibet haefz sHIRAZITAE, anno Hegirae 797 mortui, carmina varia, subjecta Turcica singulis interpretatione, cujus auctor alsoruri<sup>e</sup>. Liber, totum operis primum constituens, desinit in litera Alphabeti decima septima. [Laud. B. 38.]

## CXXXV.

Codex bombycinus, eadem ac praecedens manu exaratus, folia 250 efficiens. Continet commentariorum in haefz sHlrAzltae poemata, ordine alphabetico disposita, Tomum primum, Turcice scriptum, cujus auctor aLsoruri [Laud. B. 39.]

## LXXXVI.

Codex chartaceus, initii expers, quo comprehenduntur:

i<sup>o</sup>. sheikh saadi, qui septimo Hegirae seculo floruit, Gulistan, 60 foliis constans. Gentius, a quo Latine conversus est, Rosarium politicum inscripsit.

2<sup>o</sup>. Poematis, ab attar<sup>6</sup> conscripti, et Lusciniae historia appellati, fragmentum, quatuor folia habens. Aves ibi de lusciniis coram salomone rege conqueruntur.

3<sup>o</sup>. Poema Theologicum, morale et politicum, 120 folia complens. Exaravit mohammed ben IsMAel anno Hegirae 884, christi 1479. opus inscribitur

296 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

scribitur Scyphus Bacchi \ Auctor est: auhadi. [Laud. B. 46.]

CXXXVII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 973, christi 1565, exaratus, folia 244 efficiens. Ibi reperitur Commentariorum Turcicorum in hafezi Carmina Tomus secundus. In illius poematibus multa latere mysteria arbitrantur Mohammedani. Opus suum aLsoruri anno Hegirae 966 absoluit. Initium ducitur a litera Alphabeti decima octava. [Laud. B. 47.]

CXXXVIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1014, christi 1605, exaratus, foliis 270 constans. Complectitur hafedh tageddin sHIRAZITAE Poema, Medulla medullarum inscriptum, quod compendium est poematis, cui Metsnevi titulus. In opere de officiis religiosorum Mohammedanorum disseritur. [E Muf. 194.]

CXXXIX.

Codex bombycinus, anno Hegirae 985, christi 1577, exaratus, folia 270 complens. Exhibet Opus, Poetarum Historia inscriptum : auctore dauLatthah ben aLaLdauLat bakhtIshah aLgazI aLsamarcandi Ibi repraesentatur primum decem insigniorum Arabiae poetarum MoHAMMEDI aequalium historia. Deinde agitur de celeberrimis Persiae poetis per septem sectiones: ubi aetas, praecipuae eorum res gestae, opera et quaedam ex illis specimina recensentur. Postremo sermo sit de sex maximorum poetarum vita, qui DAULATSHAH temporibus vixerunt [E Muf. 128.]

CXL

Codex chartaceus, litera lectu facili exaratus, foliis 116 constans, quo continetur opus inscriptum Gulistan, auctore saadi sHIRAZITA, una cum notis Latina lingua scriptis. Exscriptor salutatur abdalraHMan ben aLi e. [Laud. B. 102.]

CXLI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 982, CHRIS TI 1574, exaratus, quo continentur:

1°. Poema de amoribus josephi et zeLikhAe, quam Mohammedani potiPharIs uxorem fuisse existimant, folia 123 complens. Auctor est giامي f.

2°. Poema itidem amatorium, prioris margini adscriptum, quod hunc prae se fert titulum: LeiL et meginun e. Fabulae sunt romanenses.

3\*. Poema Theologicum et Morale, Turcica conscriptum lingua, folia, quorum nonnulla desiderantur in calce, 40 efficiens. Liber Thesaurus appellatur. [Laud. A. 46.]

CXLII.

Codex bombycinus, nitidis exaratus literis, folia 172 implens. Ibi continetur SHEIKH SAADI OpUS Gulistan inscriptum, una cum interpretatione illius Turcica interlineari: interpretis nomen ignoratur. [Grav. 3788. 16.]

CXLIII.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1033, christi 1623, exaratus, foliis 225

CODICES MANUSCRIPTI PERSICI. 297

225 constans. Complectitur Opus inscriptum Divan hasan sive varia hasani in amoris, vini, veris, Pseudoprophetae, laudem carmina. Liber capite est plexus, et tineas alit. [Thursh 3982. 15.]

CXLIV.

Codex chartaceus, non ita pridem exscriptus, folia 130 efficiens. Ibi repraesentatur sHeikH saadi sHirazitae Gulistan, una cum interpretatione illius Arabica. Contextus Persicus rubro conscribitur caractere. Ad oram notae quaedam sunt passim coniectae. Interpres non nominatur. [Seld. 3287. 75.]

CXLV.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 187 implens. Exhibet Opus, Divan hafez inscriptum, quod carminum est collectio, quorum is poeta auctor fertur. Agitur ibi de amore divino. [Arch. D. 2866. 59.]

POETAE IN OCTAVO.

CXLVI.

Codex bombycinus, luculenta exaratus litera, foliis 114 constans. Complectitur Poema de timuri seu tamerlanis rebus gestis et laudibus. Sermo in principio ad Deum et Pseudoprophetae dirigitur. Singulae paginae duas habent columnas. Auctor est abdalla, cognomine hatefi. [Thursh 3983. 16.]

CXLVII.

Codex bombycinus, sine notato exaratus anno, foliorum 63. Ibi exhibetur Poema Ortus luminum inscriptum, agens per 20 capita de iis, quae Mohammedani purioris vitae generi addicti servare debent: auctore emir khosru dehlevi. Is anno Hegirae 765 fertur obiisse. [Hyde. 13.]

CXLVIII.

Codex bombycinus, anni expers notae, cui folia 192. Exhibet shetkh saadi shirazitae<sup>4</sup> Opus, Gulistan nuncupatum, una cum interpretatione illius Turcica literali. Interpretis nomen abesh [Laud. B. 44.]

CXLIX.

Codex bombycinus, lectu non difficilis. Eo comprehenduntur:

1°. ibn iamin mollaacae shaberganensis Poemata, Divan inscripta, in quibus per 111 folia de amore, et quae eo pertinent, disseritur.

2°. Poema de puriori vitae genere, foliis 44 constans. Inscribitur Mysteriorum Cella. Condidit khogia nedhameddin alnagiabi s. [Camer. 3598. 132 vel I43.]

XL.

Codex bombycinus, nitide, fine notato exscriptus anno, cui folia 81 sunt. Ibi occurrit Poema, cujus titulus leile et meginun, sive fabula romanensis, magni apud Orientales nominis, de megin uni et leilae amoribus. Liber picturis

298 CODICES MANUSCRIPTI PERSICI.

turis non inelegantibus ornatus. [Seld, 324<sup>6</sup>34-]

CLI.

Codex bombycinus, anno Hegirae 1020, christi 1611, exaratus, foliis 145 constans. Complectitur Opus, Hortus rosarum inscriptum, ubi de rebus ad morum disciplinam, itemque ad politicum regimen, pertinentibus: auctore sheikh sAADi. Interpretatio Turcica adjecta passim est. [Grav.3793. 21.]

CLII.

Codex chartaceus, scriptionis aera carens, 40 folia efficiens. Continetur eo shahedi de Prosodia et Arte metrica tractatus, vertibus ex vocibus Persicis et Turcicis mixtim contextis scriptus Adjectae Sunt vocales. [Grav. 3789. 17-j]

CLIII.

Codex chartaceus, varia Scriptus manu, ubi reperiuntur:

Poema morale, capite et calce carens, folia tamen 72 efficiens. Sequuntur quatuor paginae, quarum prima de contractu matrimoniali agit; reliquae abdaLLae ansari Sapientiora quaedam monita exhibent.

2°. Responsum ad Epistolam alicujus Principis, 12 paginis constans.

3°. Epistola Seu Libellus Principis bahadur khan ad Magnum Mogul, 26 paginas complens.

4°. Tractatus anonymi de politico regimine, 52 folia continens. In fine quaedam desiderantur.

5°. Fragmenta quaedam Dictionarii Arabico-Persici. Subjiciuntur carmina de liberalitate, humilitate, patientia. [Seld. 3221. 9.]

CLIV.

Codex bombycinus, anno Hegirae 980, christi 1572, exaratus, foliis 16, constans, quo continetur liber inscriptus Divan hafedh c, sive collectio carminum, quorum hafedh shirazita est auctor. Agitur ibi de amore et vino. [Laud. A. 52.]

CLV.

Codex bombycinus, folia, quorum nonnulla carent scriptura, 300 complens. Complectitur Poemata varia, temere congesta, quibus accedit tractatus prosaicus, ubi sermo sit primum de mohammed homaiun Regis Indiae epulis; disseritur deinde de rebus ad Astronomiam pertinentibus. Carminum istorum auctor mohammed casem ben khoghiah fulad. [Laud.B. 103»]

CLVI.

Codex chartaceus, anni nota carens, folia 122 efficiens. Ibi exhibetur Speculum SALOMONIS, id est, Poema de rebus, ad Theologiam, Physicam, Politicam et Ethicam, Spectantibus. Salutatur illius auctor auhadi \ [Laud. B. 51.]

CLVII.

Codex bombycinus, eleganter compactus, folia 132 complens. Continet Poema, cujus titulus leile meginun, sive Fabulam romanensem de amoribus LeiLAE et meginuni. Poema hoc magni est apud orientales nominis. [Laud. A. 60.]

CLVIII.

Codex bombycinus, nitidis exaratus literis, ubi reperiuntur:

1°. Poema

CODICES MANUSCRIPTI PERSICI. 299

1°. Poema de Morum disciplina et politico regimine, 136 foliis constans. Auctoris abest nomen.

2°. Poema de Amore, sexaginta paginas complens. Constat historiis et sententiis gravissimis.

3°. Carmen de Regis anushirvan rebus gestis, 35 folia efficiens. [Laud. A. 85.]

CLIX.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 21 2 efficiens. Ibi exhibetur saadi SHIRAZITAE Opus, Gulistan inscriptum, una cum interpretatione illius Turcica: interpretis autem nomen ignoratur. Ad oras conjectae notae quaedam. [Laud. B. 76.]

CLX.

Codex chartaceus, luculente exscriptus, foliis 105 constans. Complectitur Carmina amatoria, a shahi celebri apud Persas poeta condita, cum commentario Turcico, quem shami efendi confecit. Libri titulus Divan est. [Laud. B. 45.]

CLXI.

Codex bombycinus, litera lectu facili exaratus, quo comprehenditur saadi shirazitae Opus, cui nimirum Gulistan titulus. Exscriptor salutatur said ali ben said ahmed. Liber 140 paginas habet. [Laud. D. 25.]

CLXII.

Codex chartaceus, fine truncus, foliis 55 constans. Ibi exhibentur gelaliae mulanae mohtashem cashi Carmina amatoria, cum dilucidatione, cujus ignoratur auctor. Duodeviginti paginae scriptura carent. [Arch. Bodl. C.61.]

CLXIII.

Codex bombycinus, multiplici scriptus manu, ubi continentur :

Poema, Divan dictum, in laudem Regis gelaeddin mohammed aKbar, foliis 142 constans. Auctor salutatur khangari.

2°. Opus, Munus excellens inscriptum, cujus auctor modhasher CABULensis. Dissertitur ibi per 116 folia de Patriarchis et Prophetis, de mohammede, de duodecim Antistitibus, de Tartariae et Arabiae Principibus. Nonnulla in fine desiderantur.

3°. Liber incerti Scriptoris, narrationes et relationes rerum, quae variis in regionibus accidisse feruntur, continens. folia 115 habet.

4°. Compendium historiae Regis gehanghir, ejusque successorum, 32 folia Complens. Auctor est vali serhindi, vulgari nomine khoge zadeh. Sequitur carmen quoddam. [Seld. 3235. 23-]



300 CODIECS MANUSCRIPTI PERSICI.

CLXIV.

Codex bombycinus, splendide et exaratus et compactus, foliis 90 constans, Poema complectitur de vini et amoris laudibus, auctore anonymo. Priores paginae picturas exhibent non inelegantes [Seld. Sup. 3310. 98.]

CLXV.

Codex bombycinus, anni carens nota, folia 135 complens. Eo continetur Carminum, quorum hafedh shirazita est auctor, collectio, in qua de amore divino agitur. Fontispicium coloribus est ornatum. [Marsh. 634.]

CLXVI.

Codex chartaceus, anno Hegirae 1025, ChriSti 1616, exaratus, ubi occurrunt:

i°. Poema de unitate Dei, de mohammedis excellentia, de virtutum pulchritudine, de vitiorum turpitudine, foliis 102 constans. Inscibitur: Rosarium Piorum Insertae sunt narrationes, ad delectandum animum accommodatae. Auctoris nomen non comparet.

2°. Poema religiosum et morale, hunc prae se ferens titulum: Donum ingenuis datum folia habet 8 supra 50. [Seld. Sup. 3253. 41.]

CLXVII.

Codex bombycinus, scriptionis aera carens, folia 54 complens. Ibi repraesentatur Opus, Divan inscriptum, sive carminum, quorum auctor masud begh, collectio. In ea de amore potissimum agitur. [Seld.Sup. 3245.33.]

CLXVIII

Codex chartaceus, caractere lectu facili exaratus, folia 58 efficiens. Fabulam complectitur romanensem, versibus scriptam, de josephi et zeLiKjjae, uxoris POTipHARis, amoribus. Initium et sinis desiderantur. [Laud. E. 4.]

CLXIX.

Codex bombycinus, anni nota carens, folia 147 implens. Exhibet Poema Pomarium inscriptum, ubi varia argumenta, ad Politicam et Morum doctrinam spectantia, adductis virorum illustrium exemplis, plerumque tamen commentitiis, disertissime pertractantur: aUctOre sheik saadeddin shirazita. Natus is anno Hegirae 571, denatus 691. [Laud. A. 41.]

CLXX.

Codex bombycinus, nitide exaratus, foliis 152 constans. Ibi reperitur Poema amatorium sive Fabula romanensis de nal et daman amoribus. Auctoris non comparet nomen. [Laud. A. 63.]

CIXXI.

Codex chartaceus, Splendide exscriptus, folia 26 complens. Comprehendit Libellum in puerorum usum, continentem omnis generis versus cum metris suis, ex vocibus alternis Persicis nimirum et Turcicis, se invicem explicantibus constantes. Salutatur illius auctor shahedI. [Seld. Sup. 3296. 84.]

CLXXII.

Codex chartaceus, scriptionis aera carens, folia 56 implens. Eo continetur

CODICES MAM UISC RIPTI PERSICI. 301

natur Poema Ethico-Politicum, in capita viginti distinctum, quod mulana abdalrahman giami Seculi Hegirae noni scriptor composuit, ac Aromatum oblationem nuncupavit. [Laud. A. 71.]

CLXXIII. J

Codex bombycinus, litera lectu facili exaratus;, foliis 72 constans. Complectitur Opus, eruditissimum, Latine Rosarium Polttictem inscriptum: auctore saadi shirazita, cujus apud Perfes elegantia summopere commendatur. [Laud. B. 66.]

CLXXIV.

Codex bombycinus, non una scriptus manu, paginas 80 habens. Repraesentat Dicta celebriora, et varia vatae monita, versibus expressa. Paginae aliquot scriptura vacant. Occurrit ibi Turcicum quoque carmen. [Laud. A. 39.]

CLXXV.

Codex bombycinus, formae oblongae, foliorum 91. Exhibet carmina varii argumenti, rudi farragine congesta, eaque caractere fracto, qui lectu perdifficilis est, exarata. Non paucae paginae vacuae sunt. [Arch. D.3039. 63.]

CLXXVI.

Codex bombycinus, calce carens, folia 79 complens. Comprehendit Divanum seu Collectionem Poematum de quorundam Principum, quorum agmen ducit abulmodhaffer shah, laudibus auctore abu mohammed farasi. Desiderantur carminum inscriptiones. [Marsh. 55.]

CLXXVII.

Codex bombycinus, eleganter et scriptus et compactus, 8 paginas efficiens. Continet versibus salutaria quaedam praecepta, et sententias morales. Ornatus est: liber picturis. [Laud. A, 89.3]

( 302 )

CODICES TURCICI.

HISTORICI IN FOLIO.

CODEX PRIMUS.

CODEX bombycinus, literis non inelegantibus exaratus, foliis, quorum non pauca loco mota sunt, 333 constans. Ibi continetur Opus, Corona Annalium nuncupatum, ubi de Imperatorum Othomannorum, ab othmane I. ad ultima usque seLIMI 1. tempora, rebus gestis disseritur : auctore saadeddIn MohaMMed hasan, Vulgo khoghiah espendi, qui anno Hegirae 1008 obiisse fertur. Adjectus est post singulos Imperatores Doctorum, qui illis imperantibus florere, catalogus. Opus magni apud Turcas nominis cum ob accuratam rerum tractationem, tum ob singularem stili elegantiam. Ad oras notae quaedam conjectae. [Rawl. 32.]

II.

Codex bombycinus, folia 22 complens, in quo reperiuntur:

Tabulae chronologicae, ubi appositis annis, quaecunque magis memoratu digna a creatione mundi ad MohaMMedeM 1. quintum Turcarum Imperatorem, cui Liber est dedicatus, contigerant, tabularum ope oculis subjiciuntur

2°. Praedictiones et electiones astrologicae, tabulis repraesentatae Sequitur Calendarium. [D. Hunt. 3753. 16.]

III.

Codex bombycinus, anno Hegirae ioiii, christi 1602, exaratus, folia 170 efficiens. Continet Opus de tribus Selgiucidarum Dynastiis. Prima, quae Selgiucidarum Hyrcaniae appellatur, coepit anno Hegirae 430, duravitque ad annum usque ejusdem aerae 593, centum nimirum et unum supra sexaginta annos, sub quatuordecim regibus. Secunda, Caramaniae dicta, undecim edidit Reges, qui ibidem ab anno Hegirae 433, ad

### CODICES MANUSCRIPTI TURCICI. 303

ad annum 583, imperarunt. Tertia, Romaea nuncupata, coepit in Natolia regnare anno Hegirae 480, duravitque ad annum uSque Septingentesimum Caput ultimum agit de cotulmishi ben ISRAELis Filiis. Auctoris nomen non indicatur. [D. Hunt. 3743. 6.]

#### IV.

